1379

1316

Graf Otto von Ravensberg und sein Bruder Bernhard, Propst zu Schildesche, bestätigen dem Kloster Vlotho den Besitz der Güter, die ihm ihre Vorfahren und Andere übertragen haben.

Nos Otto comes et Bernardus prepositus in Schildesche, fratres, nobiles de Ravensberg, omnibus Christi fidelibus presentia visuris et audituris subscripti recognoscimus veritatem. ... Noverint ... tam presentes quam posteri fideles universi, quod bona omnia, mansos, agros cultos et incultos, litones sive mancipia, nemora, virgulta, pascua, aquas aquarumque decursus seu possessiones qualescunque, quas progenitores nostri vel quicunque alii pro salute animarum suarum claustro monialium in Vlotouwe liberaliter cum integritate omnis iuris sive proprietatis et advocatie contulerunt, ipsa omnia illesa in sui iuris robore et inconcussa tam nostris quam successorum nostrorum temporibus volumus et decrevimus inviolabiliter observari. Unde recognoscimus per presentes, quod in premissis nihil iuris habeamus et ab omni actione cessemus, si quod nos ex facto contra dictum claustrum in posterum possemus aliquatenus suscitare. *Die Brüder siegeln. Zeugen:* Bernardus Gograveus,[a] Joannes dictus Duvel, Florentius de Quernheim, Eggenhardus de Them, Godefridus de Quernheim, Henricus dictus Wendt, milites, castellani in Vlotouwe, Herbertus dictus Duvel, Richardus de Schnathorst, Eustachius et Franco fratres de Schlum, Wetekindus de Ekesen, famuli, et alii quam plures fidedigni.

Actum et datum anno Domini M CCC sexto decimo.

Abschr. (17. Jh.) Alemans Collectanea Ravensbergensia (Bibl. f. Heimatkunde, Bielefeld) I 2 S. 2739; desgl.(18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3110 S. 775ff.; (17. Jh.) StBibl. München, Cod. germ. 2231 (Sammlung Redinghoven) Bd. 48b S. 468. – Druck: Lamay S. 79f. Nr. 87; WUB 10 Nr. 492 (mit weiteren Hinweisen). Vgl. Angermann S. 208 Nr. 160.

[a] *Lamay: Reynhardus Gogravius!*

1380

1316

Ritter Everhard Vulf *verkauft dem Kloster Wormeln drei Höfe in Wettesingen.*

... Everhardus miles dictus Vulff *verkauft* tres mansos nostros in terminis ville Wettesingen sitos non pheodales, sed ad nos ex antiqua divisione cum fratre nostro Arnoldo habita iure proprietatis pertinentes et nullo contradicente possessos cum omnibus suis iuribus, appendiciis et usufructibus in campis, silvis, pratis et pascuis ... domino preposito monasterii sanctimonialium Wormolen totique conventui ibidem libere et in perpetuum possidendos promittentes fide data super omni inpeticione,[a] que fieri posset per filios Arnoldi, fratris nostri, videlicet Everhardum, Arnoldum, Lodewicum et Gundramum seu per quoscumque alios in dictis mansis plenam prestare warandiam. *Zeugen:* Albertus de Scardenberch, iunior, Hermannus Blome, Ecbertus Speculum, Arnoldus Yscheri et plures alii fide digni. Ad pleniorem huius venditionis evidentiam nostrum sigillum una cum sigillis Gerlaci de Linne ac Herbordi de Mederke, militum, presentibus est appensum. ...

Anno Domini millesimo tricentesimo sexto decimo.

Abschr. (um 1500) StA Münster, Msc. VII 4519 S. 113.

[a] *Abschr.: inpetione*

1381

1316

Henricus monetarius cum consensu domini feudalis de Boffsen ¼ decimarum suarum canonico cuidam novi templi, vulgo Nienkercken, nomine Eckeberto Vetzen, pro 80 et una marca argentea vendidit.

Regest (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 245 S. 506; desgl. ebd., Msc. I Nr. 247 S. 30.

1382

1316

Eintragung in ein im Jahre 1628 zu Corvey aufgestelltes Inventarium über Höxtersche Archivalien: (Litterae) ... nos Bartholdus de Curia, incipientes, dicentes de quibusdam redditibus sequardo (?) dimidio[a] solido ... 1316.

Regest (1628) StA Münster, Msc. I Nr. 140 Bl. 46 Nr. 11.

[a] Abschr.: dividio. Die ganze Stelle muß vielleicht heißen: de quarto dimidio solido (= dreieinhalb Solidi)!

1383

1316

Bertoldus Natan et Johannes Stephani, cives Montis Martis, procuratores a custode Westphalie, a guardino et ...[a] domus Paderbornensis ordinis Minorum constituti, abbati in Breidelar vendidunt[b] pensionem ...

Engelbertus prepositus ecclesie Montis Martis. 1316.

Regest (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 242b S. 118 Nr. 15.

[a] Zu ergänzen: conventu [b] Regest: vendidit

1384

1316

Fridericus Elwording, *ein Vikarius St. Nicolai zu* Weste, *vermacht dem Konvent zu Büren jährlich 6 Schillinge zu einer Memorie.*

Regest (18. Jh.) in einem Verzeichnis von Urkunden des Klosters Holthausen im Archiv Erpernburg, 1 Akte Nr. 5.

1385

1316

Litterae incipientes: Nos Herboldus de Ponte etc., sine sigillo, quibus fratribus Dominicanis in Warburg area quaedam super Rodewick venditur. Anno 1316.

Regest (1628) StA Münster, Msc. I Nr. 140 Bl. 46 Nr. 10.

1385a

1316

Anno 1316 bekendt Dieterich Northmann, Burger zue Corbach, Henrich undt Johannes, seine Sohne, das er alle seine Gerechtigkeit, so durch absterben seiner Mutter auf ihn komen, an den zweyen Hueben Landes zu Horigforst, verkaufft habe Brenarij(!), Burger zu Volckmarßen, undt seinen rechten Erben, mit Verzeichnung aller seiner daran habenden Gerechtigkeitt.

Regest (1657) StA Marburg, Dep. von der Malsburg, Akten I Lit. 45 Nr. 6 Bl. 90^{v} (nach: Extract und Auszug der Briefe und Siegel der von der Malsburg Anno 1572*).*

1386

(1316)

Die Verpfändung der Stadt Lippstadt durch den Edelherrn (comes!) *Simon zur Lippe an den Grafen Engelbert von der Mark* (comes[!] Simon de Lippia oppignoravit Lipstadium pro 8000 mc.) *vom 13. Juli 1366 (StA Münster, Grfsch. Mark, Urk. Nr. 51a) läuft in einer Abschrift (18. Jh., StBibl. Berlin, Msc. boruss. fol. Nr. 837 Bl. 409) unter der obigen falschen Jahreszahl. Vgl. auch StA Münster, Grfsch. Mark, Urk. Nr. 51b, 51c und 51d vom gleichen Tage und Overmann, Lippstadt S. 21* und ebd. S. 18f. Nr. 22 und Nr. 23 vom 15. Juli 1366 – Druck: Chalybäeus S. 274f.*

1387

(1316)

Diese (falsche) Jahreszahl (anno Domini millesimo tricentesimo sexto decimo) *hat die Abschrift der Urkunde von 1314 (s. o. Nr. 1244) in einer Handschrift von 1530 (StA Münster, Msc. VII Nr. 4519 Bl. 81^{v} [S. 113]).*

1388

(1316)

Die Urkunde vom 30. Mai 1356, durch die Abt Dietrich (von Dalwig) von Corvey bei der Neugründung eines Gemeinwesens in Corvey einen besonderen Bezirk daraus als geistliche Immunität eximiert (StA Münster, Fst. Corvey, Urk. Nr. 202) wird in Msc. I Nr. 165 ebenda Bl. 202f. mit der falschen Jahreszahl 1316 angeführt.

1389

1316 Januar 2

Graf Engelbert von der Mark bestätigt den von seinem Schwiegersohn, dem Grafen Otto von Ravensberg, mit dem Ritter Heinrich Korff geschlossenen Vertrag vom 2. Dezember 1315[1].

Datum in crastino Circumcisionis Domini, anno dominice incarnationis mcccxvi.

Hier nach dem Regest in WUB 8 Nr. 1007 bzw. 10 Nr. 493b; vgl. auch INA 2,2 S. 57 Nr. 6.

[1] Vgl. o. Nr. 1368.

1390

1316 Januar 2

Graf Adolf von Berg tut das Gleiche.

Datum in crastino Circumcisionis Domini anno incarnationis eiusdem M°CCC° XVI°.

Hier nach dem Regest: WUB 8 Nr. 1006 bzw. 10 Nr. 493a und INA 2,2 S. 57 Nr. 15; vgl. auch Fahne, Von Hövel I,2 S. 15.

1391

1316 Januar 2

Die Gebrüder Werner und Konrad von der Lippe verzichten zugunsten des Klosters Brenkhausen auf ihre vermeintlichen Rechte an Gütern in Wimelsen, Haddenhusen *und* Denkenhusen.

Nos Wernherus et Conradus fratres de Lippia, famuli, recognoscimus per presentes, quod constituti in presencia venerabilis domini Frederici, prepositi Novalis, nostri consanguinei, et aliorum fidedignorum ad hoc vocatorum renunciavimus omni questioni seu actioni, quam vel quas religiosis personis domine .. abbatisse et conventui sanctimonialium in Beringehusen occasione bonorum in Wimelsen, Haddenhusen et Denkenhusen sitorum movere intendebamus, si qua nobis racione advocacie, comicie, pheodi vel alterius iuris questio competere videbatur, ob reverenciam virginis gloriose protestantes nos et nostros heredes in predictis bonis quicquam iuris penitus non habere. In cuius renunciacionis testimonium presens scriptum nostro et predicti domini Frederici prepositi sigillis munitum sepefatis sanctimonialibus duximus contradendum. Testes aderant domini de Corbeya Conradus portarius et Godscalcus de Patberch, Guntherus de Hedewigessen et Lambertus de Voltessen, famuli, et quam plures alii fidedigni. Datum in crastino Circumcisionis[a)] Domini anno eiusdem m°ccc°xvj°.

Urschr. StadtA Brakel (II 38[65]), mit an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Werner von der Lippe (Platte abgesprungen, lose beiliegend) (Abb. II 88; vgl. UB v. d. Lippe, Tafel V,3), Rest; 2) Propst Friedrich (Abb. II 41); Rückschr. (15. Jh.) Denkenhusen, Haddenhusen, Wynnelsen.

[a)] Das zweite c aus s verbessert

1392

1316 Januar 5

Die Gebrüder von Warburg verzichten zugunsten des Klosters Willebadessen auf ihre Rechte an Gütern in Hadeborgehosen.

Nos Arnoldus, Druchtlevus et Johannes fratres de Wartbergh recognoscimus in hiis scriptis firmiter protestantes, quod nos ac nostri heredes omne ius, quod in bonis et in villa Hadeborgehosen habuimus et habemus, ecclesie in Wilbodessen cum omni iure et utilitate resignavimus et resignamus per presentes eternaliter possidendo ita firmiter, quod nos aut nostri successores dictam ecclesiam nullatenus de cetero inquietare debemus bonis in eisdem. Et quia propriis caruimus sigillis, quare sub sigillis honorabilium virorum domini .. Reynboldi, electi ecclesie in Helmwordeshusen, et Henrici Jůden, militis, presens scriptum dedimus communitum. Et nos .. electus et Henricus miles predicti ad peticiones dictorum famulorum .. fratrum de Wartbergh nostra sigilla huic apposuimus scripto in

testimonium premissorum. Testes huius rei sunt Wigandus hospitellarius, Godscalcus de Patberg, Engelhardus de Kalden, domini im Helmwordeshusen, Arnoldus de Hagen, Gereco de Snusingen, famuli, et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini M°CCC°XVI°, in vigilia Epyphanie Domini.

Urschr. Archiv Willebadessen, mit geringem Rest des ersten an Pgt.streifen anhängenden Siegels (sitzender Abt mit Krummstab in der Rechten?). – Reg. (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 242b S. 65 Nr. 2. – Regest: INA 4,1 S. 114 Nr.34.

1393

1316 Januar 6 Brakel

Hermann von Brakel und seine Erben bestätigen der Stadt Brakel ihre alten Rechte.

In nomine Domini amen. Cum ea, que geruntur in tempore, cum tempore transeant et de facili evanescant, nisi ea perpetuentur testibus, litteris et scriptura, igitur nos .. Hermannus domicellus de Brakele, Gysle, uxor nostra, Albertus et Bernardus, filii nostri legitimi, ceterique heredes nostri omnibus hanc litteram visuris vel audituris cupimus fore notum publice protestantes, quod antiquum ius et consuetudinem per dilectos consules et opidanos nostros in Brakele a progenitoribus nostris antiquitus sine aliqua nostra contradictione hucusque quiete, pacifice habitam libere et possessam videlicet disponendi, ordinandi, statuendi de pane, cervisia et carne in eorum opido ratificamus renunciantesque omni iuri, si quod habuissemus in predictis, et ad evitandum prorsus quemlibet erroris scrupulum, qui eisdem opidanis ex premissis posset per nos vel heredes nostros nunc vel in futurum quoquomodo exoriri, dictum ius et consuetudinem ipsis presentibus litteris innovamus, dantes eisdem plenam ac firmam pro libero arbitrio eorum auctoritatem cervisiam braxandi, inhibendi, vendendi, deducendi atque inter ipsos pe se ordinandi hoc cum adiecto videlicet, quod proconsules et consules, qui pro tempore in dicto opido fuerint, secundum iuramenta nobis ac eorum concivibus facta mensuram cervisie vel cannam statuent[a] ac statutam revocent, prout ipsis secundum eventum temporis videbitur expedire. Cui iam dicto articulo est conditum[b], quod si quis burgencium super statutam a consulibus mensuram vel cannam falsam, quod absit, habuerit, hoc nobis ac aliis dominis in Brakele in iure vel in gratia emendabit. Insuper damus predictis consulibus et opidanis nostris de pistura panis et carnium vendicione secundum iuramenta nobis et eorum concivibus ut prius facta, plenam pro eorum libero arbitrio potestatem in eorum opido ordinandi, statuendi, vendendi atque disponendi, prout ipsis secundum eventum temporis visum fuerit expedire, addentesque, quod si quid etiam de pane, cervisia et carne cesserit aut quoquomodo derivatum fuerit, hoc consulum erit et civitatis. Et preterea, si quis burgensium predictam ordinacionem, statutum ac ordinatorum revocacionem a predictis consulibus ordinatam et statutam temere infringere presumpserit, hoc ipsis consulibus ac civitati solum excedens, prout dignum duxerint, emendabit et prorsus ad maiorem omnium premissorum firmitatem cessamus ab omni iure, omni inpeticione, omni inpugnacione, quibus prescriptam formam possemus irritare aut quovismodo inpedire. Ut[c] autem omnia et singula prenarrata firma et inconvulsa perhenniter perseverent, presentem litteram sigillo nostro firmiter duximus roborandam. Ordinatores huius rei fuerunt dominus Bertoldus, plebanus in Brakele, Gerhardus de Modikessen, Henricus de Erenwordessen, Everhardus de Mengersen. Testes vero sunt Rolandus iudex, Fredericus et Henricus de Ymmesen, Gotfridus de Modikesen et Hermannus de Coven[d], Bruninc de Ystorp, Thidericus[e] de Brochusen, Hermannus et Henricus fratres de Osthem, Henricus de Colden, famuli, et alii quam plures fidedigni. Datum et actum Brakele ipso die Epyphanie, anno Domini m°c°c°c° sextodecimo.

Urschr. StadtA Brakel II 39(9), mit dem an roten Seidenfäden anhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 20). – Abschr. (1561) StA Münster, Paderborner Kanzlei, Akten I Nr. 1; desgl. (17. Jh.) Archiv Studienfonds Paderborn, Msc. III Nr. 20 (Libri Variorum 6) Bl. 70^{v}ff.; Niederdt. Übersetzung (15. Jh.) Archiv Alt. Ver. Paderborn, Urk. – Reg. (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 242b S. 132 Nr. 11. – Druck: Wigands Archiv 4 S. 4ff. Nr. 3 (vgl. die Bemerkungen am Schluß!); – Regest: Spilcker, Everstein UB S. 260 Nr. 315; desgl. Stolte S. 142.

[a] Wigand verbessert: statuant [b] Wigand: additum [c] Wigand: Et ut [d] Wigand abweichend dahinter: castrenses in Hyndeneburch [e] Wigand: Theodericus

1394

1316 Januar 6 Brakel

Burchard von der Asseburg und seine Erben bekunden dasselbe.

... nos Burchardus de Asseburch, miles, Agnese, uxor nostra, Burchardus, canonicus Paderbornensis, Ecbertus, canonicus orientalis, Johannes, canonicus Huxariensis, et Wernerus, famulus, filii nostri legitimi, ceterique heredes nostri *usw. wie o. Nr. 1393 mit folgenden Abweichungen:* Z. 21: derivatum fuerit quoquomodo, ... burgencium, Z. 23: infringere temere, Z. 26: Et ut, Z. 27: nostri Burchardi, militis predicti, duximus firmiter pro nobis et filiis nostris antedictis roborandum, Z. 29: dicti de, ... Modikessen, Z. 30: Coven, castrenses in Hyndeneburch, ... Theodoricus, Z. 32: millesimo trecentesimo.

Urschr. StadtA Brakel, Urk. Nr. 8 (I 6) mit dem an rot/weißen Seidenfäden hängenden Siegel des Ausstellers (WS IV 232,1). – Druck: Asseb. UB 2 Nr. 756. – Erwähnt Spilcker, Everstein, UB S. 261, Nr. 315.

1395

1316 Januar 6–13

Vor den consules Hervordenses *vermachen* Sophia, relicta quondam Hermanni Clavigeri, et Mechtildis matrona secum commanens concordi presenti voluntate ... omnia bona sua mobilia vel immobilia, magna vel minima quatuor ebdomadariis ecclesie Hervordensis ... quatenus ipsorum ebdomadariorum pronunc non tantum existentium sed etiam ipsis succedentium etc. ..

Datum infra octavas Epiphanie Domini, anno eiusdem 1316.

Abschrift (Auszug) von 1687 StA Münster, Abtei Herford, Akten Nr. 100, Bl. 246^{v} (Anlage Mm), nach der Urschr. mit dem Stadtsiegel von Herford, beglaubigt von dem Notar Arnold Isfording.

1396

1316 Januar 7 Paderborn

Bischof Dietrich von Paderborn bekundet, daß die Knappen Dethard de Norde *und Dethard von* Wethen *sich gegenseitig zu Erben eingesetzt haben.*

Theodoricus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus universis, quod Dethardus de Norde et Dethardus de Weten, famuli, coram nobis constituti quilibet alterum in suum perpetuum voluntarie elegit coheredem et bonorum suorum successorem, inter se statuentes, ut alter alteri succedat, si quem ex ipsis prius decedere sine liberis contingerit et herede. Et ad huius rei maiorem firmitatem Dethardus de Norde predictus petivit, Dethardo de Weten prefato tres mansos in maiori

Norde, duos mansos in minori Norde, tres mansos in Ossendorp sitos cum suis pertinentiis secum iure conferre feodali. Similiter Dethardus de Weten petivit, ipsum Dethardum de Norde e converso cum tribus mansis et medietate decime in Weten et cum duobus mansis et medietate decime in Rekene sitis ac pertinentiis eorundem per nos infeodari una secum. Quorum precibus inclinati ipsis prefata bona ad usus eorum equaliter possidenda iure hinc inde conferimus feodali, gratum habentes ordinationes, si quas inter se fecerint de possessione bonorum predictorum. *Der Bischof siegelt.*

Datum Paderborne anno Domini M°CCC°XVI°, in crastino Epiphanie Domini.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 445; das Siegel ist vom Pgt.streifen abgefallen; Rückschr. (15. Jh.): Electio coheredis famulorum dictorum Dethardi de Norde et Dethardi de Weten. – *Druck: Wigands Archiv 3 S. 191ff. Nr. 4.*

1397

1316 Januar 7

Bischof Engelbert von Osnabrück tauscht mit dem Grafen Otto von Ravensberg Ministerialen.

Nos Engelbertus Dei gratia episcopus Osnaburgensis presentibus protestamur, quod nos Eggehardum, filium Alberti de Hornen,[a] olim ministerialem nostrum, dedimus et damus nobili viro Ottoni, comiti de Ravensberg, in ministerialem, recipientes ab ipso Hermannum, filium Hermanni de Aspelecampe, militis, in ministerialem ecclesie nostre pari permutationis titulo pro eodem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M.CCC.sexto decimo, in crastino Epiphanie Domini.

Hier nach dem Druck bei Culemann, Ravensbergische Merkwürdigkeiten 2, 1749, S. 8. Der Druck bei Lamay, Cod. dipl. S. 78 Nr. 85 folgt wohl einer anderen Vorlage. – Reg. (17.–19. Jh.) StABibl. München, Cod. germ. Nr. 2213 (Sammlung Redinghoven) Bd. 48a S. 471 und 48b Bl. 30°; desgl. (Henseler): StA Osnabrück, US IV S. 103 und StA Münster, Msc. VII Nr. 2411 S. 7 Nr. 32. – Druck: Lamay, Cod. dipl. S. 78 Nr.85. – Regest: WUB 10 Nr. 494.

[a] Lamay las: Alberti dicti Hernen

1398

1316 Januar 7

Der Ritter Ludwig von Roide *bzw. von Deutz quittiert dem Kloster Hardehausen über 350 Mark, die es für den Verkauf ihres Lehnhofes in Kestenich bei Bonn schuldete.*

... nos Ludowicus dictus de Roide sive de Tuicio, miles, et Jutta, uxor ipsius, necnon nostri heredes notum facimus et recognoscimus per presentes, quod nos recepimus ex parte honorabilium virorum .. dominorum .. abbatis et conventus de Herswithusen, Cysterciensis ordinis Paderburnensis dyocesis, trecentas quinquaginta marcas pagamenti Coloniensis in solucionem debitorum, que nobis tenebantur de bonis quondam nostris videlicet de officio villicacionis, quod ab ipsis in feodo tenuimus, apud Bunnam in Kastinaco ipsis venditis, de quibus ipsos quitos dicimus et clamamus per presentes. *Ludwig siegelt.*

Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} sextodecimo, feria quarta post Epiphaniam Domini.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 446, mit einem Bruchstück des am Pgt.streifen anhängenden Siegels (aufrechter, gekrönter Löwe).

1399

(1316 Januar 7)

Dieses Datum (anno Domini M°CCC°Xsexto, crastino Epiphanie Domini) *einer niederdeutschen Urkunde des Bischofs Johann von Paderborn, in der dieser dem Burchard von Pappenheim gegen Überlassung von Schloß und Wigbold Liebenau* (Levenawe) *das dort gelegene Vorwerk, das zur Zeit noch Herr Kord Spiegel innehat, überläßt, ist falsch. Die Abschrift (16. Jh.) im Pappenheimer Kopiar (StA Marburg, Dep. v. Pappenheim Nr. 2) Bl. 176 hat ein C in der Jahreszahl ausgelassen. Die Urkunde gehört in das Jahr 1416!*

1400

1316 Januar 22

Gertrud, die Witwe des Johann Jude, und ihre Schwester Gertrud schenken der Marienkirche in der Altstadt Warburg sechs Joch Ackerland als Seelgerät.

Nos Gertrudis, relicta quondam Johannis dicti Judeus, ac Gertrudis, sorores, ad universum tam nunc superstitum quam in antea futurorum presentibus cupimus pervenire noticiam, quod unanimi consensu ac bona voluntate pro salute animarum nostrarum assignavimus, obtulimus, contradidimus doti et plebano ecclesie parrochialis gloriose virginis Marie veteris oppidi Wartberg sex iurnales terre arabilis excepto quartali minus iurnalis salvo tamen iure bonorum dictorum ‚hoflant', quod tamen quartale restaurabimus et integrabimus infra annum in hunc modum: nam cum decem et octo solidis Wartbergensis monete comparabimus mediante consilio plebani et .. consulum veteris oppidi predicti ortum vel aliam pensionem in restaurum quartalis supradicti ea nichilominus condicione interposita, quod nos sorores predicte bonis predictis et usufructibus ipsorum quo ad vixerimus uti libere debeamus ita tamen, quando aliqua de nobis decesserit, pars media in usus dotis et plebani ecclesie predicte libere devolvatur et superstiti altera pars reservetur ... Cum autem ambe decesserimus, predicta bona insimul convertantur ad manus et usus dotis et plebani supradictis, ut iugis memoria et apud Deum fiat simpliciter. In cuius rei testimonium sigillum oppidanorum veteris oppidi predicti presentibus est appensum. Et nos Hermannus de Videlenberg, proconsul, Henricus Episcopus, Thidericus coram cimiterio, Olricus ex Tuistemolen, Herboldus Cerdo, Henricus de Rodden, Johannes de Monte, Johannes de Brakele, Hermannus de Brakele, Godfridus Lepus dictus Rudencrans et Albertus Cruse, consules sepedicti veteris oppidi, nostrum sigillum in testimonium premissorum presentibus apposuimus prout a sororibus predictis attente rogabamur. Datum ipso die Vincencii, anno Domini m°ccc°xvj°.

Urschr. StadtA Warburg, Urk. Nr. 14; abhängendes Siegel ab; Rückschr. (16. Jh.): Over vj morgen landes dem pastore der oldenstad horend. – *Regest: INA 4,1 S. 43 Nr. 42.*

1401

1316 Januar 25

Bischof Dietrich von Paderborn überläßt dem Kloster Hardehausen den von ihm neu gegrabenen Salzbrunnen in Salzkotten.

Nos Theodericus Dei gracia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus et lucide protestamur, quod cum voluntate et cum consensu honorabilium virorum .. prepositi, .. decani et tocius

capituli nostri puteum salis in opido nostro Soltkoten per nos de novo factum, quem in iniuriam, preiudicium atque dampnum suum viri religiosi .. abbas et .. conventus monasterii de Herswidehusen Cysterciensis ordinis conqueruntur effossum et maxime contra tenorem litterarum domini quondam Ottonis olim episcopi, predecessoris nostri, et .. capituli Paderbornensis nobis exhibitarum[1], quibus iidem religiosi fuerunt muniti, eisdem .. abbati et ..[a] conventui donamus, tradimus et relinquimus una cum area et domo nostro salinari ibidem, cum ponderibus plumbi et quidquid eidem domui attinet, cum omni iuris, possessionis, proprietatis et utilitatis plenitudine et integritate pacifice in perpetuum possidendum et pro eorum[b] voluntate libere disponendum in recompensam et in restaurum dampnorum et debitorum, ad quorum solucionem eis ex debito tenebamur, que quidem dampna et debita se ad summam centum quinquaginta marcarum denariorum Wartbergencium extendebant. Ad perpetuam igitur huius rei robur et memoriam sigilla nostra scilicet .. episcopi et .. capituli Paderbornensis presentibus sunt appensa. Daum VIII° Kalendas mensis Februarii, anno Domini M°CCC°XVI°. Has litteras dedimus duplicatas.[c]

Urschr. (A und B von gleicher Hand) StA Münster, Kloster Hardehausen, Urk. Nr. 447 und 448. An A das Siegel des Bischofs (WS II 50,1) an Leinenschnüren anhängend, das des Domkapitels ab; von B beide Siegel verloren; Rückschr. auf A und B (15. Jh.): Soltkoten. *– Abschr. (17. Jh.): Archiv Paderb. Studienfonds, Hs. III Nr. 18 (Libri Variorum 4) Bl. 68 (nach B); desgl. StA Münster, Kl. Hardehausen, Akten Nr. 65 Bl. 4, 19 und 25; desgl. (1697) ebd., Msc. VII Nr. 4905 (Salzkottener Stadtbuch) Bl. 12 Nr. 2; desgl. (M. von Engers, 1697) Bibl. Theodoriana Paderborn, Hdschr. Pa Nr. 79 Bl. 82; desgl. (18. Jh.) Archiv Alt. Ver. Paderborn, Acte Nr. 94 (aus den Urk.Abschriften des M. v. Engers von 1697) mit falschem Datum: 1316 Februar 23* (VIII° Kal. Martii). *– Regest: INA 3,1 S. 183 Nr. 1, und S. 194 Nr. 10; desgl. INA 3,2 S. 161 Nr. 50.*

[a] Fehlen in B [b] B: sua [c] Der Satz fehlt in B und C
[1] WUB 4 Nr. 2472

1402

1316 Januar 31

Vor dem Rat der Stadt Salzkotten vermietet Hermann Rabodonis *sein dortiges Haus dem Kloster Willebadessen auf zwei Jahre.*

Nos .. Henricus dictus Regenhardi et Bernardus de Othelincstorp, proconsules, ac Olricus de Osdinchosen, Hermannus de Tule, Johannes de Molendino, Johannes et Conradus fratres dicti Medele, Alphinus dictus Hůndertmarch, Everhardus de Chelvelinchosen, consules opidi Zaltkothen, notum facimus universis publice protestando, quod Hermannus dictus Rabodonis, noster coopidanus, Elyzabet, uxor eius, ac eorum veri heredes in nostra presentia constituti domum ipsorum inibi sitam .. preposito totique conventui in Wilbodesen ad duos annos continuos pro viginti cintenariis plumbi excepta quarta parte unius cintenarii locaverunt. In cuius rei testiminium sigillum nostri opidi apposuimus huic scripto. Datum sabbato ante festum[a] Purificationis Marie, anno Domini M°CCC°XVI°.

Urschr. Archiv Willebadessen, abhängendes Siegel verloren. – Regest: INA 4,1 S. 114 Nr. 35.

[a] Aus feste verbessert

1403

(1316 Februar 14)

Dieses (falsche) Datum (in die dominica Exurge, anno Domini mccc xvj) *haben einige Abschriften der Urkunde vom 6. Februar 1317 (vgl. u. Nr. 1524).*

1404

1316 Februar 17

Genannte Schlichter entscheiden den Streit zwischen dem Bischof Dietrich von Paderborn und dem Kloster Hardehausen wegen eines Salzhauses in Salzkotten und anderer Differenzen.

Nos Georgius Dei gratia decanus, Heydenricus cantor maioris, magister Ludolfus, canonicus sancti Petri ecclesiarum Paderburnensium[a)], et Henricus Bolemast, famulus, arbitri arbitratores et amicabiles compositores super universis et singulis controversiis et dissensionibus, que vertebantur inter venerabilem patrem, dominum Theodericum episcopum Paderburnensem ex una et inter viros religiosos, dominum abbatem et conventum monasterii de Hersvedehusen, Cysterciensis ordinis, parte ex altera ab eisdem partibus communiter electi et assumpti recepta in nos arbitratione seu arbitrio predicto eedem partes fide in nostris manibus data promiserunt nobis sub pena ducentarum marcarum denariorum Sosaciensium, se ordinationem et pronunciationem nostram omnimode inviolabiliter servaturos. Auditis itaque summarie de universis dampnis illatis per officiatos domini episcopi predictis religiosis ut dicebant et de quibusdam debitis, in quibus eis dominus episcopus fuerat obligatus, auditis etiam ex parte altera, quid et qualiter dominus episcopus ad ista respondit, audita etiam controversia, que inter partes super uno puteo salis noviter per dominum episcopum exstructo in Soltkoten vertebatur, deliberatione inter nos prehabita diligenti statuimus, pronunciamus et decernimus, quod abbas et conventus predicti dominum episcopum et suos officiatos quitos et solutos dicent et dimittent de omnibus dampnis eis illatis temporibus domini episcopi usque in hunc diem et de omnibus debitis, in quibus eis dominus episcopus prius usque huc fuerat obligatus. In molendinis Borgentrike observabunt iidem religiosi illam mensuram sub eo modo, specie et quantitate et recipient illam eandem mensuram de tot scepel, sicut olim habebatur et servabatur in illis molendinis illo tempore, quando ea dominus quondam Otto, episcopus Paderburnensis dinoscitur vendidisse.[1] Si vero circa illam mensuram foret aliquid per errorem forsitan inmutatum de hoc ratione preteriti temporis, dominus episcopus vel eius officiati seu quivis alius emendam vel penam aliquam non requirent. Puteus salis de novo in Soltkoten per dominum episcopum effossus, quem in[b)] iniuriam suam et in dampnum suum et maxime contra tenorem literarum domini quondam Ottonis episcopi et capituli Paderbornensis, quibus iidem religiosi patenter sunt muniti,[2] conqueruntur effossum predicti religiosi, una cum area et domo cum ponderibus plumbi et quicquid eidem domui salinari attinet, cum omni iuris, possessionis, proprietatis et utilitatis plenitudine et integritate monasterio predicto in perpetuum pertinebit. Dethardus iudex et Hermannus dictus Blankenber[c)] domum illam pro centum sexaginta capisteriis salis sub annua pensione tenebunt et monasterio Hersvedehusano quam diu vivunt et quamdiu[d)] hanc pensionem solvunt secundum loci illius consuetudinem expedite hoc adiecto, quod ipsa pensio per seipsos et non per alios est solvenda. Hunc predictum puteum habebunt illi de Hersvedehusen cum operibus salis, cum domo et plumbo predictis in recompensam dampnorum et debitorum eis illatorum et debitorum, que ad centum et quinquaginta marcas denariorum Wartbergensium se extendunt. Si per adiutorium domini episcopi abbas emolimentum consequitur ab inquilinis Soltkoten,

illud inter se equaliter divident, si extraneis, illud erit solum[e] abbatis. Per hanc pronunciationem nostram debet omnis rancorum subortus utrobique et inter officiatos domini episcopi esse finaliter terminatus. Insuper partem non observantem premissa alteri parti ea observanti in ducentis marcis Susaciensibus[f] condempnamus interpretatione dubiorum nobis specialiter reservata. Pronunciatum et datum sub nostris sigillis quartodecimo kalendas Marcii, anno Domini m°ccc°sextodecimo.

Abschr. (17. Jh.) StA Münster, Kl. Hardehausen, Akten Nr. 65 Bl. 18f.

[a] Abschr.: Paderburnensis [b] Fehlt in der Abschrift [c] So ist wohl zu lesen statt des Blanbenber der Abschrift! [d] Dieses et quamdiu ist doch wohl überflüssig? [e] Abschr.: solius [f] Abschr.: Sasacien-

[1] Vgl. WUB 4 Nr. 2234, 2262 und 2329 vom 23. Januar und 17. Oktober 1293, sowie vom 29. März 1295 [2] Vgl. WUB 4 Nr. 2472 vom 9. Februar 1298

1405

(1316 Februar 23)

Dieses (falsche) Datum (8. cal. Martii ...) *hat ein Regest (18. Jh.) der Urkunde vom 25. Januar 1316 (nach den Urkundenabschriften des M. Engers von 1697) im Archiv Alt. Ver. Paderborn, Acta Nr. 94 (vgl. auch Abschrift Gehrkens ebd. Bl. 1 von 1819). Das richtige Datum:* VIII. Kalendas mensis Februarii *(25. Jan.) s. o. Nr. 1401.*

1406

1316 Februar 24

Genannte Ritter und der Rat der Stadt Marsberg bekunden, daß die Witwe und die Söhne des Ritters Giso von Brobike *dem Verkauf eines Hofes in* Elern *durch diesen an das Kloster Hardehausen zustimmen.*

Vor ... Goscalcus de Brobyke, Ludolfus de Horhusen et Johannes de Brobyke, milites, necnon et Conradus de Clinge, iudex, Hermannus de Huxaria, proconsul, Gerhardus de Mengerinchusen, Siffridus de Buren, Conradus de Vesperde, Rodolfus de Clinge, Thidericus Scarman, Bertoldus de Oddenhusen, Ludolfus de Driborg, Henricus de Corbyke, Conradus de Adorp, Thidericus Staldregere et Dethmarus Kortleder, consules Montismartis, *bekunden* Rixa, relicta Gysonis de Brobyke, quondam militis pie memorie, et Goscalcus, Olricus ac Conradus, dicti militis filii, *daß der genannte* Gyso de Brobike, miles, *mit ihrer Zustimmung an Abt und Konvent in* Breydelaria *einen Hof* (bonum) *in* Elern *verkauft habe, und verzichten auf alle weiteren Rechtsansprüche daran. Die drei Ritter und der Rat der Stadt Marsberg siegeln.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, ipso die beati Mathie apostoli.

Urschr. StA Münster, Kl. Dalheim, Urk. Nr. 61, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln der drei Ritter und der Stadt Marsberg: 1) Gottschalk von Brobike *(Abb. II 26), 2) Ludolf von* Horhusen *(WS IV 231,3), 3) Johann von* Brobike *(Abb. II 28), 4) Stadt Marsberg (WS II 66,3). – Abschr. (Anf. 16. Jh.) Archiv Alt. Ver. Paderborn, Cod. 112 Bl. 63; desgl. StA Münster, Msc. I Nr. 127 Bl. 37^{v}.*

1407

1316 Februar 27

Hermann von Enger verkauft dem Kloster Arolsen die Hälfte seiner Güter in Altholzhausen.

... Hermannus de Engere, miles, *verkauft mit Zustimmung seiner Gattin Gertrud und seiner Erben,* videlicet Johannis Anselmi, Alberti ac Hildegundis, medietatem bonorum in Aldenholthusen cum omnibus usufructibus et appendiciis ... ecclesie in Aroldessen ... Preterea dicte ecclesie promisi, quod si necesse fuerit, super hereditaria impetitione, que wlgo dicitur ‚ervetale', firmam et iustam debeo facere warandiam. Huius rei testes sunt dominus Johannes, quondam prepositus dicte ecclesie, dominus Volquinus, plebanus in Mengerinchusen, Johannes de Vassenbike, Godescalcus de Mulehusen, milites, Johannes de Engere, Otto de Vassenbike, Henricus de Osterhusen, famuli, Conradus de Bruhardessen, proconsul, Symon, Henricus de Flectorp, Johannes Berebom, Johannes de Sasenhusen, Johannes Cesar, Herdericus[a] Bilere et alii quam plures fide digni. *Mit dem Aussteller künden die* consules oppidi Mengerinchusen ... nostre civitatis sigillum ... *an.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI, sabbato ante dominicam, qua cantatur Invocavit.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 8035 (Kloster Arolsen) mit zwei abhängenden Siegeln: Hermann von Enger (Abb. II 40), Stadt Mengeringhausen (Abb. I 13). – Abschr. (16. Jh.) ebd., Kopiar Arolsen Nr. 1 Bl. 15.

[a] Umschr.: Herdcūs

1408

1316 Februar 27

Bischof Dietrich von Paderborn bestätigt der Stadt Brakel ihre alten Rechte.

In nomine Domini amen. Cum ea, que aguntur in tempore, cum tempore transeant et de facili evanescant, nisi ea perpetuentur testibus, litteris et scriptura, nos igitur Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderburnensis omnibus hanc literam visuris vel audituris cupimus fore notum publice protestando, quod cum voluntate et cum consensu expresso .. prepositi, .. decani et totius capituli nostri antiquum ius et consuetudinem per dictos consules et opidanos nostros in Brakele a predecessoribus nostris antiquitus sine aliqua nostra contradictione hucusque quiete (et) pacifice habitam libere et possessam, videlicet disponendi, ordinandi, statuendi de pane, cervisia et carnibus in eorum opido ratificamus renuntiantes omni iuri, si quod habuissemus in predictis. Et ad evitandum prorsus quemlibet erroris scrupulum, qui eisdem opidanis ex premissis posset per nos vel successores nostros nunc vel in futurum quoquomodo exoriri, dictum ius et consuetudinem ipsis presentibus literis innovamus, dantes eisdem plenam ac firmam pro libero eorum arbitrio auctoritatem[a] cervisiam braxandi, inhibendi, vendendi, deducendi atque inter ipsos per se ordinandi, hoc tamen adiecto videlicet, quod proconsules et consules, qui pro tempore in dicto opido fuerint, secundum iuramentum nobis ac eorum concivibus factum mensuram cervisie vel cannam statuant ac statutam revocent, prout ipsis secundum eventum temporis videbitur expedire. Cui iam dicto articulo est condictum, quod si quis burgencium super statutam a consulibus mensuram vel cannam falsam, quod absit, habuerit, hoc nobis ac aliis dominis in Brakele in iure vel in gratia emendabit. Insuper dedimus predictis consulibus et opidanis nostris de pistura panis et carnium venditione secundum iuramenta nobis et eorum concivibus ut prius facta, plenam pro eorum libero arbitrio potestatem in eorum opido ordinandi, statuendi, vendendi atque disponendi, prout ipsis secundum eventum temporis visum fuerit expedire, addentes quod si quid etiam

de pane, cervisia et carne cesserit aut derivatum fuerit quoquomodo, hoc consulum erit et civitatis et preterea, si quis burgencium predictam ordinationem, statutum ac ordinatorum revocationem a predictis consulibus ordinatam et statutam infringere temere presumpserit, hoc ipsis consulibus ac civitati solum excedens, prout dignum duxerint, emendabit. Et prorsus ad maiorem omnium premissorum firmitatem cessamus ab omni iure, omni inpeticione, omni inpugnacione, quibus prescriptam formam possemus irritare aut quovis modo impedire. Ut autem omnia et singula prenarrata firma et inconvulsa perhenniter perseverent, presentem literam sigillis nostris firmiter duximus roborandum. Nos vero .. prepositus, .. decanus et .. capitulum Paderbornensis pro testimonio consensus nostri adhibiti ad premissa sigillum nostrum apposuimus una cum sigillo domini nostri episcopi huic scripto. Datum iiij°Kalendas mensis Marcii, anno Domini m°ccc°sextodecimo.

Urschr. StadtA Brakel, Urk. Nr. 10 (I 7); die beiden an grünen Seidenfäden hängenden Siegel des Bischofs (WS 1 50,1 mit RS (WS I 61,14) und des Domkapitels (WS II 102,2) vorzüglich erhalten. Rückschr. (15. Jh.): de sate up ber unde broith unde vlesk. – *Abschr. (1561) StA Münster, Paderborner Kanzlei I Nr. 1; Reg. ebd. (17. Jh.), Msc. I Nr. 242b Bl. 133 Nr. 12, desgl. StA Wolfenbüttel, Hs. VI, 6 (Falcke) Coll. 2 S. 711, angeblich von der Hand des Bürgermeisters Reden in Brakel von 1722 nach der Urschrift. – Druck: Schaten, Ann. Pad. 2 S. 234f. – Erwähnt Spilcker, Everstein, UB S. 260f. Nr. 315.*

[a] Urschr.: autoritatem

1409

1316 März 1

Die Edelherren und Gebrüder von Everstein verkaufen bzw. verpfänden dem Paderborner und Mindener Dompropst Bernhard zur Lippe die Grafschaft in Dringenberg.

... Otto et Fridericus fratres nobiles et .. domicelli de Everstene *verkaufen* comiciam nostram in Dryngen cum suis pertinentiis, iuribus, iurisdictionibus, usufructibus universis, scilicet cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, silvis, nemoribus, viis, inviis et cum hominibus utriusque sexus ad dictam comitiam pertinentibus, cuiuscunque conditione existant, honorabili viro domino Bernhardo de Lyppya, Paderbornensis et Myndensis ecclesiarum .. preposito, et suis veris heredibus pro centum et quatuor marcis Sozatiensium denariorum[a] nobis ab ipso pro nostra voluntate et commodo numeratis et solutis ...[b] *und geloben Währschaft.* Insuper supradictis domino .. preposito et suis heredibus promisimus fide data, quod antedictam comitiam resignare coram vero domino pheodi ipsius comitie debebimus et volumus, quando ipsis domino .. preposito vel suis heredibus videbitur expedire, eundem quoque dominum pheodi cum effectu rogitantes, ut predictos heredes sepedicti domini .. prepositi aut alium vel alios pro voluntate et commodo eiusdem domini .. prepositi et nomine ipsius cum comicia inpheodet pronotata.[c] Quodsi idem .. dominus pheodi facere rennueret, extunc id ipsum facere nos ipsi tenebimur et spondemus. Renuntiamus eciam omni actioni iuris canonici aut civilis, que nobis vel nostris heredibus, si quos nos habere contingeret, posset competere vel competeret in futurum[d]. *Die Brüder siegeln.* Actum presentibus Rolando, Florikino fratribus dictis de Holthosen, .. militibus, Gerhardo de Selindorpe, Johanne dicto Somerkalf, Florikino de Vresenhosen, Ludegero de Donepe. Conrado dicto Vammehege, .. famulis, Herberto, .. plebano in Yenhosen, Engelberto, cappellano in Driborg, .. presbiteris, Ludolfo de Herse, .. milite, et aliis quam pluribus fidedignis.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo, feria secunda proxima post Invocavit.

Zwei Urschrr. (A und B) *StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 431, mit (an beiden) an weißleinenen Schnüren anhängenden Siegeln: 1) Graf Otto von Everstein (Abb. II 166), 2) Friedrich von Everstein (Abb. II 164a). – Abschr. (17. Jh.) ebd., Stift Heerse, Urk. Nr. 27; desgl. (von M. Strunck)*

Theodorian. Bibl. Paderborn, Hs. Pa Nr. 112 (Notae criticae) S. ad 303[v]. – Druck: Spilcker, Everstein, UB S. 261ff. Nr. 316 (nach Strunck). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 621 (nach Strunck) und Nr. 695 Anm.; WUB 10 Nr. 499 sowie F. Philippi, Zur Geschichte der Fischerei im ehemaligen Fürstbistum Paderborn: Archiv für Fischereigeschichte 5, 1915 S. 129f.F.

[a] B: pro ducentis marcis puri argenti. [b] B hat statt iusto venditionis titulo iure hereditario rite et rationabiliter vendidimus nur obligavimus! [c] B: prenotata [d] Urschr.: fururum

1410

1316 März 1

Vor dem Rat der Stadt Büren verkauft Menger Vector *dem Konrad* Roderi *eine Rente.*

Vor ... Hermannus de Bochlon, magister burgensium, Hinricus Allexandri, Hinricus de Haren, Detmarus de Blykesen, Mengerus, filius Lodewyci de Dyderkeshusen, Hartmodus de Barchusen, Bertoldus de Redenstorp. Hinricus Kyllinchusen, Johannes de Volbachtinchusen, Arnoldus Ernescheveld, Hinricus Radolphi et Hermannus Volquini, consules in Buren, *verkauft* Mengerus Vector, noster coopidanus ... cum bona voluntate sue uxoris Cristine ac aliorum suorum heredum octo solidorum redditus denariorum in Buren usualium de domo sua annis simgulis in perpetuum tollendos Conrado Roderi, nostro burgensi, et eius veris heredibus ..., ita quod dictorum reddituum dimidietas in vigilia Pasche et alia dimidietas in festo Michaelis *(= 29. Sept.)* persolvetur anno quolibet expedite tali condicione interposita, quod si predictorum reddituum persolucio aliquo tempore predictorum terminorum neglecta fuerit in parte vel in toto, extunc proxima die iudiciali ipsos terminos immediate subsequenti dictus Conradus vel sui heredes ipsam domum assumpto sibi iudice, qui pro tempore in Bůren fuerit, intrare poterunt, copiosa pignora, cum quibus suos denarios conquirere valeant, recepturi. Preterea dicto Mengero et suis heredibus prenarratam domum sine voluntate ipsius Conradi vel suorum heredum aliaqua in sua parte di(s)membrare vel diminuere non licebit. Si insuper prelibata domus aliquo infortunio adveniente, ut puta incendio, vetustate vel quocunque alio modo fuerit peiorata, is, quicunque dictam domum in sua possessione habuerit, ipse in melius reedificare et reformare tenebitur, ita ut de eadem redditus venditi assignatis ad hoc temporibus rite et rationabiliter observatis[a] premissa omnia persolvantur. *Der Rat kündigt das Siegel* nostre universitatis *an.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, proxima secunda feria post dominicam Invocavit.

Abschr. (15. Jh.) ErzbA Paderborn, Erpernburger Kopiar von Böddeken Bl. 103 (alt 38) Nr. 144. – Regest: INA 3,1 S. 131 Nr. 77.

[a] Abschr.: observatō

1411

1316 März 8 Stromberg

Hermann und Ludolf, Burggrafen von Stromberg tauschen mit dem Knappen Themo Grip das Eigentumsrecht an einem Hof in Grastrup, den dieser dem Marienstift in Bielefeld verkauft hat, gegen solche in den Kirchspielen Herford und Jöllenbeck.

Nos Hermannus et Ludolphus nobiles, castri Stromberg burcgravii, milites, recognoscimus et in his scriptis lucide protestamur, quod cum Themo dictus Grip, famulus, fidelis noster dilectus, de consensu .. uxoris sue ac .. heredum suorum bona sua videlicet domum in Gravestorp cum casis circumiacentibus ad eam pertinentibus in parrochia Schotemere sita, quorum proprietas ad nos de iure

pertinere dinoscitur, et per que idem Themo per nos inpheodatus extitit, honorabilibus viris, dominis .. decano et .. capitulo ecclesia sancte Marie Bileveldensis vendiderit, nos ad instanciam et preces supplices Themonis fidelis nostri prenotati proprietatem sepedictorum bonorum in Gravestorp cum voluntate bona et consensu expresso omnium heredum nostrorum legitimorum dictis Themoni et suis heredibus legitimis assignamus et damus pleno iure in concambino in perpetuum possidendam, renunciantes omni iuri, quod in ipsis bonis nobis et nostris heredibus hactenus competebat, recipientes nichilominus pro proprietate dictorum bonorum in Gravestorpe nomine concambii proprietatem bonorum videlicet parve domus in Arnholte in parrochia Hervorde et domus dicte Hophus in parrochia Jolenbeke sitorum, quorum proprietas ad ipsum Themonem et suos heredes pertinere dinoscebatur, volentes de consensu heredum nostrorum predictorum dictum Themonem et suos heredes eodem iure fidelitatis et omagii circa nos et posteros nostros in oblacione pheodi in ipsis bonis gaudere, quo in bonis prioribus sunt gavisi. *Die Aussteller siegeln.* Acta sunt hec in presentia honestorum virorum testium subscriptorum: nobilis viri Frederici comitis de Retberge, Adolphi de Ostenvelde, Johannis de Hovele, Lutberti de Severen, Henrici dicti Vinken de Ostenvelde, Ottonis de Sendene, Adolphi de Saffenberghe et Conradi de Avenstroth, militum, Florencii dicti Mûle, Arnoldi de Vrekenhorst, Winandi dicti Heket, Everwini de Stembeke, famulorum, et aliorum quam plurium fide dignorum.

Datum in castro Stromberghe anno Domini millesimo CCC° sexto decimo, feria secunda post Reminiscere.

Urschr. StA Detmold, L 1 E XIII/2 Nr. 1; von den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln ist nur das 2. (Ludolf von Stromberg) beschädigt erhalten (Abb. II, 140). – Druck: Bielef. UB Nr. 114. – Regest: WUB 8 Nr. 1018, Lipp. Reg. 2 Nr. 622.

1412

1316 März 10

Ritter Burchard von der Asseburg verkauft dem Stift Paderborn ein Sechstel von Herrschaft und Stadt Brakel.

Notum sit universis presentes litteras visuris et audituris, qoud nos Borchardus de Asseborg, miles, Agnes, uxor nostra legittima, Borchardus Egbertus, Johannes et Wernerus, Alheydis, Sophia et Druda, pueri nostri, et ceteri heredes et coheredes nostri unanimi voluntate et pari consensu vendidimus venerabili patri, domino Theoderico episcopo, .. capitulo et ecclesie Paderbornensis sextam partem totius dominii et civitatis in Brakele, quam olim a quondam Ottone comite de Eversten nostris denariis emendo comparavimus, sextem partem iudicii, sextam partem monete civitatis, sextam partem reddituum illorum denariorum, qui ‚vorehure' nominantur, et plenam potestatem, eandem civitatem per se et suos officiatos et per suam familiam et per suos amicos intrandi et exeundi, securitatem et conductum ad intrandum et exeundem civitatem prestanti omni tempore ad eorum beneplacitum, prout et quando eis videbitur expedire, recipientes ab eis quadragintas et septuaginta quinque marcas denariorum Paderborne et Sosati legalium, quas in parata pecunia nobis per ipsos recognoscimus esse numeratas, traditas et solutas. Ex titulo igitur venditionis predicte cedimus et tradimus exnunc domino episcopo, .. capitulo et ecclesie Paderbornensi in perpetuum universum ius, quod nobis aut heredibus nostris competebat aut competere posset in futurum in sexta parte civitatis Brakele et in aliis iuribus prenarratis, constituentes eos veros dominos eiusdem sexte partis et iurium annexorum. Et sic per hanc venditionem et traditionem nostram dominus .. episcopus, .. capitulum et ecclesia Paderbornensis cum alia sexta parte eiusdem civitatis prius per eos empta, habita et possessa exnunc in antea terciam partem tocius dominii et civitatis Brakele cum

universis iuribus eidem civitati et dominio annexis plene et plane una nobiscum et cum herdibus quondam Bernhardi militis de Brakele in perpetuum equaliter pacifice possidebunt. In cuius testimonium sigilla scilicet Borchardi de Asseborg predicti et .. consulum in Brakele presentibus ad perpetuum rei memoriam sunt appensa. Nos vero .. consules civitatis Brakele omnia superius conscripta recognoscimus esse vera et ad preces domini Borchardi predicti et suorum heredum sigillum nostre civitatis apposuimus huic scripto pro testimonio et publica noticia premissorum. Datum feria quarta post dominicam, qua cantatur Reminiscere, anno Domini M°CCC°sextodecimo.

Zwei Urschrr. (A und B) StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 432 (B durch Mäusefraß beschädigt), mit (an beiden) an weißleinenen Schnüren anhängenden Siegeln: 1) Burchard von der Asseburg (WS IV 232,1), 2) Stadt Brakel (WS II 97,1). – Abschr. (17. Jh.) Archiv Paderb. Studienfonds, Msc. III Nr.20 (Libri Variorum 6) Bl. 72f.; desgl. (18. Jh. von Michael Strunck SJ), Theodor. Bibl., Paderborn, Hs. Pa Nr. 112 S. 153f. und S. 506 und Spilcker, StA Hannover, Archiv Hist. Ver. Niedersachsen, Msc. 220 Bd. 11 S. 79f. (ex arch. Asseb.). Beide entscheiden sich für das Jahr 1315, letzterer berichtigt dies allerdings später zu 1316. – Reg. (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 242b S. 13 Nr. 8; desgl. (P. Grothaus SJ) ebd., Paderborner Landstände Nr. 21 und Msc. VII Nr. 207 II Ab (Brakel). – Druck Asseb. UB 2 Nr. 760; Spilcker, Everstein, UB S. 263ff. Nr. 317. – Regest: INA 3,2 S. 161 Nr. 51.

1413

1316 März 12

Graf Otto von Ravensberg tauscht mit dem Edelherrn von Steinfurt Höfe im Kirchspiel Wellingholzhausen gegen einen Meierhof im Kirchspiel Laer.

.. Nos Otto comes in Ravensberg omnibus presencia visuris et audituris notum facimus publice protestando, quod de consensu omnium heredum nostrorum proprietatem domus in Sluchteren et domus tor A, site in parrochia Welincholthusen damus pleno iure in concambio nobili viro .. domino de Stenvordia suisque veris heredibus in perpetuum possidendam recipientes ab ipso domino de Stenvorde predicto proprietatem curie in Harnsethen site in parrochia Lodhere nobis et nostris .. heredibus iure perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini millesimo ccc°xvj°, in die beati Gregorii pape.

Urschr. StA Osnabrück, St. Johann-Osnabrück, Urk. Nr. 127, mit dem abhängenden Siegel des Ausstellers (WS I 12,3) *mit RS (WS I 16,7); Rückschr. (15. Jh.):* super curiam in Sclucteren. – *Abschr. (19. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3107. – Regest: WUB 8 Nr. 1020 bzw. 10 Nr. 500. – Vgl. Angermann S. 208 Nr. 161.*

1414

1316 März 12

Graf Otto von Ravensberg verpfändet Gerhardo de Donowe, famulo, domine Sophye, uxori sue legitime, ac eorum .. heredibus legitimis et veris cum consensu et bona voluntate honorabilis viri domini Bernhardi, prepositi in Schildesche, fratris nostri karissimi, ac inclite domine Margarete, domine et uxoris mee predilecte, pro triginta[a] octo marcis Bilveldensium denariorum, quas eisdem ex causa rationabili solvere tenemur, denarios areales in opido nostro Bilevelde veteri ac molendinum inferius

cum molendino nostro situm in Vroudenove una cum redditibus et censu eorundem piscatura et piscinis exceptis ..., donec eisdem triginta[a] octo markas dederimus expedite, et extunc denarii areales et molendina[b] cum suis redditibus ad nos et nostros heredes libere revertentur. *Graf Otto siegelt mit Bruder und Gattin.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, Gregorii pape.

Urschr. StA Münster, Grafsch. Ravensberg, Urk. Nr. 51; alle drei Siegel verloren. Fehlerhafte Abschr. (18. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 3117,3 Bl. 69. – Druck: Culemann, Merkwürdigkeiten 2 S. 61f.; Lamay S. 78f. Nr. 86; Bielefelder UB Nr. 115. – Regest: WUB 10 Nr. 501. – Vgl. Angermann S. 208 Nr. 162.

[a] *Urschr.: tringinta* [b] *Urschr.: molendi*

1415

1316 März 12

Konrad, Sohn des Meyges *verkauft dem Dietrich* de Kerictorp *eine Hausrente in Marsberg.*

Vor Conradus de Clinge, iudex, Hermannus de Huxaria, proconsul, Gerhardus de Mengerinchusen[a], Sifridus de Buren, Conradus de Vesperde, Rodolfus de Clinge, Thidericus Scarman, Bertoldus de Oddenhusen, Ludolfus de Dryborg, Henricus de Corbeke, Conradus de Adorp, Thidericus Staldregere et Detmarus Kortledere, consules Montismartis, *verkauft* Conradus filius Meyges de pleno consensu Alheydis, uxoris sue, ceterorumque omnium suorum heredum pensionem duorum solidorum Mersberg usualium Thiderico de Kerictorp et Mechildi, uxori sue, ... in hunc modum, quod ipse Conradus et sui heredes et hii, qui pro tempore domum ipsius Conradi infra domum Lubbrendescen sitam inhabitaverint vel fundum ipsius domus, si domus ipsa destructa forte fuerit, possederint, ex dicta domo seu domus fundo prefato Thiderico de Kerictorp et Mechtildi, uxori sue, aut illi, cui ipsi hanc litteram presentaverint, in perpetuum annis singulis semper in festo Nativitatis Christi *(= 25. Dez.)* unum solidum dicte monete sine cotradictione qualibet favorabiliter ministrabunt. *Die Stadt siegelt.*

Datum anno Domini MCCCXVI^to^, ipso die beati Gregorii.

Abschr. (um 1408) StA Münster, Msc. I Nr. 121 Bl. 90°f. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 95.

[a] Abschr.: Mongerinchusen

1416

1316 März 21

Ritter Heinrich Wendt verschreibt dem Kloster St. Marien in der Neustadt Lemgo für 15 Mark eine Rente aus seinem Haus in der dortigen Altstadt.

... ego Heynricus miles dictus Wenet recognosco ... me a reverenda domina .. priorissa ecclesie gloriose virginis Marie novi oppidi in Lemego ordinis predicatorum quandam summam pecunie videlicet quindecim marcas denariorum[a] Lemego usualium recepisse, pro quibus eidem priorisse et suo conventui in domo mea sive area, in veteri civitate Lemego sita, certa bona annualium[b] reditum videlicet sex modios siliginis, tres modios ordei, novem modios avene, unum porcum valentem tres solidos, quatuor ovinos caseos, unum plaustrum feni singulis annis fideliter assignavi, habens ex gratia speciali per dictam priorissam et suum conventum mihi concessa liberam facultatem pro memorata pecunia dictos redditus quolibet anno recuperandi, si mihi fuerit oportunum, dummodo eo fiat tempore, quo me[c] contigit

dictam pecuniam recepisse. ... Heynricus miles dictus Wenet antiquior et Alradus dictus Swarte, famulus, *bürgen und siegeln mit dem Aussteller.*

Datum et actum anno Domini M°CCC°XVI°, in die beati Benedicti abbatis.[d]

Urschr. StA Detmold , Dep. St. Maria-Lemgo (L 4A), Nr. 48, mit den an Hanffäden anhängenden Siegeln: 1) Heinrich Wendt (Abb. II 155), 2) Heinrich Wendt d. Ält. (Abb. II 154), 3) Alrad Swarte (WS IV 256,10). – Rückschr. (17. Jh.): ... 1321 (!). *– Reg.: Lipp. Reg. 2 Nr. 659 (mit falschem Datum: 1321).*

[a] Fehlt in der Urschr. [b] Urschr.: annalium [c] Über der Zeile nachgetragen [d] Das Tagesdatum ist vom Schreiber nachgetragen

1417

1316 März 21

Die Stadt Brakel verkauft dem Scholaren Hermann Elberti *eine Rente von ½ Mark.*

Cum acta temporibus munimine litterarum ob oblivionem sepius ipsa regentem roborari sit necesse, igitur nos Zeghehardus Ruffus, Johannes de Horebrŭghe, proconsules, Lubbertus de Stenem, Albertus Volcquini, Conradus Elberti, Wernerus Hartwici, Didericus de Mengersen, Henricus de Molendino, Ludolfus de Erkelen, Henricus de domo lapidea, Hermannus de Hirze et Johannes de Eghelen, consules in Brakele, protestamur in hiis scriptis, quod cum requisita et unanimi voluntate nostre unversitatis vendidimus ac vendimus per presentes pensionem dimidie marce denariorum pro tempore Brakele dativorum Hermanno Elberti, scolari, hereditarie singulis annis semper ad festum Michahelis *(= 29. Sept.)* ex quatuor casis civitatis iuxta forum ibidem in parte occidentali sitis usque in mundi finem penitus persolvendam. Si autem ob casus infortuitos accidentes quocumque modo huiusmodi case ad solucionem dicte pensionis non sufficerent annuatim, tunc consules pro tempore in Brakele ipsam solvere tenentur in prescripto termino annuatim. Nunc autem dictus Hemannus more sapientis diem messionis eterne pre oculis suscipiens ob salutem anime sue antedictam pensionem post mortem suam donavit et legavit ad lumina altaris per ipsum in ecclesia in Brakele in honorem beate Barbare virginis dotati, ita quod talis pensio tradatur in manus beneficiati in eodem altari anno quovis termino in prescripto perpetuis temporibus, et ipse cum eadem pecunia lumina in dicto altari ardenda infra missarum solempnia vel ceteris horis, quando utile et bonum esse dinoscitur, procurabit. Et, ut hec res suum consequantur perhennem finem, dedimus presentes litteras pro nobis et pro nostris successoribus dicto Hermanno sigillo nostre universitatis subarratas, quod etiam ego Hermannus Elberti sepedictus rogavi pro me presentibus apponendum. Testes huius rei sunt dominus Bertoldus, plebanus in Brakele, Everhardus de Mengersen, Hermannus de Kověn, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini MCCC°sexto decimo, ipso die Letare Jherusalem.

Urschr. StadtA Brakel, Urk. Nr. 131 (I 5), mit dem am Pgt.streifen anhängenden, vorzüglich erhaltenen Siegel der Stadt Brakel in grünem Wachs (WS II 97,1).

1418

1316 März 21

... Hermannus et Joannes fratres, famuli dicti de Adorp, *verkaufen* de pleno consensu Theodorici, Gotscalci[a] et Wernheri, fratrum nostrorum, ceterorumque omnium heredum nostrorum bonum unum in Erdelinghußen situm, quod Bertholdus de Erdelinghußen colit, cum omnibus suis iuribus, proventibus et appenditiis Siffrido de Buren, civi Montis Martis, et Wredeburgi, uxori sue, et Gerlaco ac Gotschalco,

filiis suis, ceterisque eius veris heredibus, *belehnen ihn damit erblich und geloben Währschaft.* Nos vero Conradus de Clinge, iudex, Hermannus de Huxaria, proconsul, Gerhardus a Mengeringhußen, Sifridus de Buren, Cunradus de Wesperde, Rudolphus de Clinge, Theodericus Scharman, Bartoldus de Oddenberg, Ludolphus de Dripurch, Henricus de Corbeke, Conradus de Adorp, Theodoricus staldrager et Detmaruß Korckleder[b)], consules Montis martis, in homagium a dictis fratribus de Adorp electi, pro testimonio et perpetua firmitate premissorum ad preces dictorum fratrum de Adorp propriis sigillis carentium nostre civitatis sigillum apposuimus huic scripto.

Datum anno Domini M°ccc°xvi., ipso die beati Benedicti.

Abschr. (18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 5723, Bl. 388f. – Regest: Curtze, Beiträge 3 S. 142 Nr. 100.

a) Abschr.: Gotssalci b) Heißt richtig Kortleder (vgl. o. Nr. 1406 und 1416)

1419

1316 März 24

Ritter Burchard von der Asseburg reversiert über die Verpfändung eines Viertels des Brakeler Zehnten durch Bischof und Domkapitel von Paderborn.

Ego Borchardus de Asseborg, miles, pro me et pro meis heredibus notum facio et protestor, quod quarta pars decime in Brakele cum suis pertinenciis obligata est michi et meis heredibus pro centum et sexaginta marcis denariorum Paderborne et Sosati legalium, quorum denariorum sedecim solidi facient marcam argenti puri, per dominum Theodericum episcopum et .. capitulum ecclesie Paderbornensis, et quandocumque infra diem beati Martini hyemalis *(= 11. Nov.)* et diem beati Petri ad cadedram *(= 22. Febr.)* proxime subsequentem solvunt michi et meis heredibus pecuniam predictam vel puri argenti estimacionem marcam pro sedecim solidis computando, ita quod sedecim solidi valeant marcam argenti puri ut premittitur, que electio eorum arbitrio relinquitur, extunc eidem quarta pars decime predicti erit domini .. episcopi et .. ecclesie Paderbornensis libera et soluta. In huius testimonium sigillum meum et sigillum civitatis Brakele huic littere est appensum. Nos .. consules civitatis Brakele ea, que supra conscripta sunt, recognoscimus esse vera et ad preces domini Borchardi de Asseborg atque suorum heredum sigillum nostre civitatis apponi fecimus huic scripto. Datum feria quarta post Letare, anno Domini M°CCC°XVI°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 433, mit den an weißen Leinenschnüren anhängenden Siegeln: 1) Burchard von der Asseburg (WS IV 232,1), 2) Stadt Brakel (WS II 97,1). – Abschr. (17. Jh.): Archiv Paderb. Studienfonds, HS. III Nr. 15 (Libri Variorum 1) *Bl. 47v; desgl. (von Spilcker), StA Hannover, Archiv Hist. Ver. Niedersachsen, Msc. Nr. 220 Bd. 19 S. 152 – nach der Urschr. mit zwei Siegeln. – Reg. Overhams StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 Bd. 1 Bl. 4 und 161. – Druck (mit falschem Datum:* feria quinta post Letare *= 25. März 1316): Asseb. UB 2 Nr. 762. – Regest: INA 3,2 S. 161 Nr. 52.*

1420

1316 April 3

... Albertus de Amelungsen, Paderbornensis ecclesie canonicus et archidiaconus sedis in Höxeren, *verkauft* strenuo et honesto militi et armigero nobis dilecto Herboldo de Papenheim, uxori eius legitime, eorumque veris heredibus Johannem dictum de Germeden et Herboldum, nostros homines, iure

proprietatis nobis attinentes cum eorum mulieribus et pueris pro sex marcis denariorum Höxerensium *vorbehaltlich des Rückkaufrechtes binnen Jahresfrist.* Si vero dicta reemptio per nos in dicto tempore neglecta fuerit, extunc antedictus Herboldus miles aut sui heredes dictos homines hereditario possidebit, promittentes antedicto Herboldo et eius heredibus sub fidei datione de dictis hominibus loco et tempore warandiam prestare debitam et competentem.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto, in vigilia Palmarum.

Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Dep. von Pappenheim, Nr. 2 (Kopiar) Bl. 47^{v}.

1421

1316 April 4

Gerhard NN verkauft dem Dietrich de Keritorp *eine Hausrente in Marsberg.*

Vor Conradus de Clinge, iudex, Hermannus de Huxaria, proconsul, Gerhardus de Mengerinchusen, Siffridus de Buren, Conradus de Vesperde, Rodolfus de Clinge, Thidericus Scarman, Bertoldus de Eddenhusen[a)], Ludolfus de Driborg, Henricus de Corbyke, Conradus de Adorp, Thidericus Staldregere et Detmarus Kortleder, consules Montismartis, *verkauft* Gerhardus cognatus Gerhardi de Mengerinchusen, de pleno consensu Jutte, uxoris sue, ac omnium suorum heredum pensionem sex solidorum Mersberg usualium Thiderico de Keritorp et Mechthildi, uxori sue, in hunc modum, quod ipse Gerhardus et sua uxor eorumque heredes aut hii, qui pro tempore domum iuxta domum Blekeschen sitam, quam quondam Seltere[b)] inhabitaverat, inhabitaverint aut fundum ipsius domus, si domus ipsa destructa forte fuerit, possederint, ex ipsa domo seu domus fundo prefato Thiderico et Mechthildi uxori sue, aut illi, cui ipsi hanc litteram presentaverint, in perpetuum annis singulis semper in festo beati Michaelis *(= 29. Sept.)* dictos sex solidos Mersbergenses expedite et sine exceptione qualibet ministrabunt. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, ipso die beati Ambrosii episcopi.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 65, abhängendes Siegel verloren. – Abschr. (um 1408) ebd., Msc. I Nr. 121 Bl. 90^{v}f. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 96.

[a)] Abschr.: Oddenhusen [b)] Abschr.: Soltere

1422

1316 April 14

Bertold Luscus *verkauft der Propstei Marsberg eine Hausrente.*

Vor Conradus de Clinge, iudex, Hermannus de Huxaria, proconsul, Gerhardus de Mengerinchusen, Siffridus de Buren, Conradus de Vesperde, Rodolfus de Clinge, Thidericus Scarman, Bertoldus de Oddenhusen, Ludolfus de Driborg, Henricus de Corbyke, Conradus de Adorp, Thidericus Staldregere et Detmarus Kortleder, consules Montismartis, *verkauft* Bertoldus Luscus de pleno consensu Bertradis, uxoris sue, ac Hermanni et Johannis, filiorum suorum, ceterorumque omnium suorum heredum pensionem sex solidorum Marsberg usualium et unius pulli .. preposito et .. conventui Montismartis ... in hunc modum, quod ipse Bertoldus et sui heredes aut hii, qui pro tempore domum ipsius Bertoldi iuxta domum Johannis Pensellers sitam inhabitaverint vel fundum ipsius domus, si domus ipsa destructa forte fuerit, possederint, ex ipsa domo seu domus fundo magistro karitatum dicti

conventus racione hospitalis inperpetuum annis singulis semper ipso die beati Michaelis *(= 29. Sept.)* tres solidos et ipso die Pasche tres solidos dicte monete et unum pullum in Carnisprivio sine excepcione qualibet favorabiliter ministrabunt. In cuius pensionis ministracione si prefati pensionarii in dictis terminis fuerint negligentes, tunc ipsis terminis elapsis dictus magister karitatum huiusmodi pensionem super dampnum ipsorum acquirendi licitam habebit facultatem, a quo dampno una cum debito principali ipsum magistrum karitatum quitum facient penitus et indempnem, prout ipsi venditores sunt arbitrati publice coram nobis. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini m°ccc°xvi°, ipso die beatorum Tyburcii et Valeriani.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 43; abhängendes Siegel abgefallen. – Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 544.

1423

(1316 April 14)

Dieses (irrige) Datum hat das Regest (17. Jh.) einer Urkunde, der zufolge Didericus (Dirick) abbas Helmwardeshusanus (to Helmelshusen) *den Lambert von* Besfessen (Befessen) *mit der* villa to Hed(d)inchusen *belehnt (StA Münster, Msc. I Nr. 242b S. 51 Nr. 3 bzw. StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 (Nachlaß Overham) 5 S. 230.*

Im Jahre 1316 regierte (seit 1312; vgl. o. Nr. 1009) Abt Adolf († 1320). Abt Dietrich (Rebock) *amtierte erst 1399–1423, so daß das Datum der genannten Urkunde 1416 lauten dürfte.*

1424

1316 April 16

Das Kloster Neuküstelberg überträgt dem Grafen Heinrich von Waldeck zwei Drittel des Dorfes Valhusen *mit dem Patronatsrecht über die dortige Kirche und anderen Besitz im Tausch gegen den Zehnten in* Storenbroc.

Nos Gotfridus prepositus, Richze priorissa totusque conventus monasterii sancte Marie in Novo Quistelberg recognoscimus tenore presencium publice profitentes, quod duas partes ville Valhůsen cum iure patronatus ecclesie parrochialis ibidem, totam villam Hermanshayn tam in agris quam in areis et quidquid in Hartradessen et in locis dictis Sundern et Geren prope Bivangen sitis habuimus ab antiquo tam in villis quam in campis, nemoribus, pascuis, pratis, aquis, aquarum decursibus ac aliis iuribus quibuscumque, in nobilem virum, dominum Heynricum comitem de Waldeke et suos heredes legitimos maturo consilio et bona deliberatione prehabitis resignatione spontanea per modum compositionis amicabilis transferimus per presentes eo iure, quo ad nos et nostrum monasterium pertinebant, propterque idem dominus comes propria motus honestate predictorum bonorum translationem per decimam in Storenbroc tam in villa quam in campis et universis suis pertinenciis recompensando de consensu et voluntate inclite domine Alheydis, consortis sue, necnon Ottonis, filii sui, et heredum suorum aliorum seu coheredum nostrum monasterium indotavit et in dotationem irrefragibiliter appropriavit iure perpetuo possidendam, renunciantes omni iuris canonici et civilis exceptioni, qua predictam translationem in parte vel in toto manifeste vel occulte possemus ex nunc in antea quomodolibet inpedire. Huius vero transactionis seu ordinationis meditatores sunt et fuerunt Conradus prepositus de Beriche, frater Gerwinus, minorum fratrum custos in Hassia, Bertoldus plebanus in

Landowe et Johannes plebanus in Sassinhusen, a nobis communiter constitutis, Walthero, provisore monasterii in Necze, Bernone plebano in opido Waldeke, Conrado capellano castri ibidem, presbiteris, Heynrico Brotrump, Johanne de Yminchusen, militibus, Heynrico de Yminchusen, Walgone de Ence et Gumperto de Krence ac aliis quam pluribus fide dignis ad hoc testibus annotatis. *Propst und Kloster siegeln.*

Anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo sextodecimo, feria sexta infra octavam Pasche.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 4225 (Orte und Familien: Waldhausen) mit zwei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Propst von Neu-Küstelberg (II 175), 2) Kloster Neuküstelberg (WS III 116,9). – Abschr. (16. Jh.) ebd., Samtkasten Nr. 8. – Regest: Führer, Medebach S. 29 Nr. 138.

1425

1316 April 16

Graf Heinrich von Waldeck überläßt dem Kloster Neuküstelberg im Tausch für die ihm überlassenen Güter (s. o. Nr. 1424) den Zehnten in Storembroch.

Nos Hynricus Dei gratia comes de Waldecke recognoscimus tenore presentium publice protestando, quod gratuite in recompensam bonorum, que prepositus, priorissa et conventus monasterii in Novo Quistelberg in villis Valhusen, Hermanshaen, Hardtradessen et in Sundern et Geren prope Byvangen sitis, sicut ad eos et eorum monasterium antiquitus pertinebant, in nos et heredes nostros deliberato consilio transtulerunt iuxta suarum continentiam litterarum nobis confectarum. Nos viceversa de consensu et bona voluntate Alheidis, consortis nostre, Ottonis, filii nostri, et aliorum heredum et coherendum nostrorum dicto monasterio in Novo Quistelbergh et personis ibidem in Christo degentibus ob reverentiam virginis gloriose decimam nostram in Storembroch sitam in campis et in villa cum suis pertinentiis universis donavimus et appropriavimus et appropriando indotavimus perpetuo et irrefragabiliter possidendam caventes eidem monasterio pro nobis et nostris heredibus bona fide, quod de quavis seu cuiuslibet impetitionis instantia ratione donationis et appropriationis nostre in posterum succrescente ipsum liberabimus et iuste warandabimus quando et quoties super hoc fuerimus requisiti. Huius transactionis seu ordinationis mediatores sunt et fuerunt Conradus, prepositus monasterii in Beriche, frater Gerwinus, minorum frater, custos in Hassia, Bertoldus, plebanus in Landawe et Johannes, plebanus in Sassenhusen. Insuper testes aderant Walterus provisor monasterii in Netze, Berno, plebanus oppidi Waldecke, Conradus, cappellanus castri ibidem, pre[s]biteri, Hinricus Brotrump, Joannes de Imynchusen, milites, Hinricus de Ymynchusen, Walgo de Enße et Gumpertus de Kreme, famuli armigeri cum pluribus aliis fide dignis ad hoc pro testibus vocatis. In quorum omnium evidentiam et ampliorem firmitatem presens scriptum nostri, videlicet Hinrici, comitis predicti, Alheidis, consortis nostre, Adolphi, Godtfridi et Everhardi, fratrum nostrorum, sigillis dedimus firmiter communitum anno ab incarnatione dominica M°CCC°XVI°, feria sexta in festo paschali.

Umschr. StA Münster, Kl. Glindfeld, Urk. Nr. 27; alle vier Siegel verloren. – Abschr. (16. Jh.) Archiv Droste zu Vischering in Padberg. Niederdeutsche Übersetzung (16. Jh.) ebd. – Regest: Führer, Medebach, S. 29 Nr. 137.

1426

1316 April 16

Vor dem Rat der Stadt Paderborn vermacht Hermann Grube genannten Altären in der Stadt eine Rente von sieben Schillingen.

In nomine Domini amen. Nos Godfridus Pust, Egbertus Top, proconsules, et ceteri .. consules civitatis Paderbornensis notum facimus et lucide protestamur, quod Hermannus dictus Grube, noster opidanus et concivis, cum voluntate et cum consensu expresso domine Gertrudis, uxoris sue, Conegundis et Gertrudis, filiarum suarum, et illorum, quorum super hiis consensus erat merito requirendus, pia motus devocione pro anniversario suo, .. uxoris sue et parentum eorum perpetuo peragendo donatione perfecta et exnunc in perpetuum valitura dedit, legavit et tradidit coram nobis et coram iudicio nostre civitatis redditus annuos septem solidorum Paderbornensium denariorum, qui solventur singulis annis futuris de domo et ex domo sua, que fuerat olim Andree Vulturis, per inhabitatorem et possessorem eiusdem domus et per eum in die Annunciacionis beate Marie virginis *(= 25. März)* dividentur et distribuentur ad infrascriptas altaria et capellas, scilicet ad altare maius, sancti Lyborii, sancte Brygide, sancti Nycolai in cripta, sancte Marie in capella sancte Margarete, sancte Crucis, sancte Trinitatis, sancti Servacii, sancti Mauricii, sancti Johannis baptiste, inferioris chori, sancti Bartholomei, sancti Ypoliti, ad quinque altaria in ecclesia orientali, preposito rurensi et duobus suis capellanis, plebano forensi et uni suo capellano, in monasterio sancti Pauli ad altare superioris chori et in medio monasterio, capellario sub urbe, in hospitali Paderbornensi, ad altare capelle leprosorum extra civitatem, ad quodlibet altare et cuilibet sacerdoti de predictis dabuntur tres denarii Paderbornenses ad hunc anniversarum in crastino Annunciacionis *(= 26. März)* tam in vigiliis quam in missis singulis annis devote et fideliter peragendum. Hec prefata domus sine aliqua prohibicione seu contradictione predictorum sacerdotum licite vendi poterit per eius possessorem, sed ille, qui domum detinet atque inhabitat, tenebitur prefatos septem solidos de domo illa in die presignato dare, solvere et distribuere, sicut predictum est, expedite tam diu, quousque Hermannus Grube redditus annuos septem solidorum emat in aliis redditibus adeo certis sicut sunt redditus de domo supradicta ad explendum de illis anniversarium sepedictum. *Der Rat siegelt.*

Datum XVI° Kalendas mensis Maii, anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo.

Zwei Urschrr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 434; das Siegel der Stadt Paderborn ist an beiden Exemplaren von der weißleinenen Schnur abgefallen.

1427

1316 Mai 1

Für eine Schuld von 50 Mark versetzt der Knappe Konrad von Bega dem Ritter Hermann von der Lippe eine Rente von sechs Mark aus dem Hof in Ostheim.

Noverint universi visuri vel audituri presencia, me Conradum de Bege, famulum, teneri et obligari ex causis legitimis strenuo militi Hermanno dicto de Lyppia in quinquaginta marcis denariorum legalium, pro quibus quidem denariis eidem militi, Alheydi, uxori sue, Johanni, eius filio, et veris eorum heredibus de consensu Gertrudis, uxoris mee, Johannis, fratris mei, aliorumque fratrum et heredum meorum assignavi et in recompensam dictorum denariorum obligavi sex marcarum redditus de curia mea in Osthem, michi a nobilibus viris in Retberg comitibus obligata, annuatim in festo beati Michahelis *(= 29. Sept.)* tollendos et possidendos feliciter, donec per me aut heredes meos a milite predicto vel suis

heredibus infra mensem scilicet infra quindenam ante beati Johannis baptiste Nativitatem *(= 24. Juni)* et infra quindenam post pro iam dicta pecunia reemantur, conferens prefato militi et suis heredibus presens scriptum mei sigilli et sigillorum nobilium virorum .. domini Lyppensis et comitum de Retberg munimine roboratum. Actum in presentia Hermanni in Stromberg burgravii, Frederici de Hůrde, Hermanni dicti Wulff, Renfridi de Vrederskerken, Renfridi de Scorlemere et Louf de Hervelde, militum, Rodolfi de Ervete, Johannis dicti Boleke et Wilhelmi de Vernede et aliorum fide dignorum. Datum anno Domini m°c°c°c° decimo sexto, in die beate Walburgis virginis.

Urschr. StA Münster, Grafsch. Rietberg, Urk. Nr. 21, mit den an Pgt.streifen beschädigt anhängenden Siegeln: 1. Konrad von Bega (WS IV 223,3), 2. ab, 3. Graf Friedrich von Rietberg (WS I 30,2), 4. Edelherr Simon zur Lippe (Abb. II 86). – Druck: UB von der Lippe Nr. 156. – Regest: Lipp. Reg. 3 Nr. 1511.

1428

1316 Mai 1

Vor Richter und Rat der Stadt Marsberg[1] *verkauft* Henricus de Latervelde *mit Zustimmung seiner Frau* Bertradis *und seines Sohnes* Conradi *der Propstei Marsberg eine Rente von zwei* solidi *und einem Huhn aus seinem Hause, gelegen neben dem Hause des* Hermanni de Latervelde.

Datum anno Domini m°ccc°xvi°. ipso die beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 44, das abhängende Siegel ausgerissen. – Reg. (17.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 544.

[1] Die Namen der Ratsmitglieder sind dieselben wie in Nr. 1422 vom 14. April 1316, wie denn auch der Text der Urkunde wortwörtlich dem dieser Urkunde entspricht.

1429

1316 Mai 3

Der Knappe Hermann Gogreve vermacht den vier Wochenherren der Herforder Stiftskirche eine Kornrente.

... ego Hermannus Gogreve, famulus, de bona voluntate consensuque unanimi domine Mechthildis, matris mee, Henrici et Reynheri, fratrum meorum ipsorumque insimul heredum, et generaliter omnium coheredum meorum ad perpetuam memoriam mei et omnium parentum, fratrum nostrorum predictorum in ecclesia Hervordensi iugiter peragendam contuli et expresse legavi quattuor ebdomedariis ecclesie prelibate pensionem duorum moltiorum avene pro iure, quo eam possedi in domo Oytinchusen Richardo de Snathorst pertinente in hunc modum, ut predicti ebdomedarii ... memoriam patris mei et parentum ac amicorum meorum omnium in festo Walburgis *(= 1. Mai)* seu ipsius crastino, in quo anniversarius patris mei occurit, me superstite sollempniter in missis et vigiliis peragent et complebunt. Me autem amplius in rerum natura non existente memoriam predictam die, quo ego obiero, quovis anno complebunt. Aderant huic legationi presentes antedicti fratres mei mecum pariter hoc facientes et preterea Swederus de Buscho, miles, fratres de Quernhem Everhardus, Gerhardus, Boldewinus, aliique pro testibus hic inpressi. *Es siegeln die Brüder Hermann und Heinrich Gogreve sowie Sweder und Boldewin für die Zeugen.*

Actum et datum festo Inventionis sancte Crucis, anno Domini M°CCC°XVI°.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 140, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Hermann Gogreve (Abb. II 43a), Bruchstück, 2) ab, 3) Heinrich Gogreve (Abb. II 43b), 4) ab. Rückschr. (14. Jh.): R(egistratum). Hermannus quondam Gogreve contulit ebdomedariis redditus ii molt avene de domo Oytinchusen. Nunc habet Hugho de Exterde. CXI. – *Abschr. (15. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 3323b Bl. 7v.*

1430

1316 Mai 3

Vor Richter und Rat der Stadt Marsberg[1] *verkauft* Lodewicus de Ossendorp *mit Zustimmung seiner Frau* Gertrudis *und seiner Söhne* Lodewici et Johannes *sowie seiner Töchter* Gertrudis ac Alheydis *der Propstei Marsberg eine Rente von zwei in Marsberg gängiger Schillinge aus seinem Hause, gelegen neben dem Hause des* Lerikes.

Datum anno Domini m°ccc°xvi°, ipso die Inventionis sancte Crucis.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 45, das abhängende Siegel ist abgefallen. – Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 544.

[1] Die Namen der Ratsmitglieder sind dieselben wie in Nr. 1422 vom 14. April 1316. Der Wortlaut der Urkunde entspricht dem Text dieser Urkunde.

1431

1316 Mai 5

Vor Richter und Rat der Stadt Marsberg[1] *verkaufen* Mechildis dicta Brunesche et Conradus eius filius, plebanus in Westhem, pensionem sex solidorum Mersberg usualium Thiderico de Kerictorp et Mechildi, uxori sue ... in hunc modum, quod ipsa Mechthildis et Conradus, eius filius aut hii, qui pro tempore domum ipsorum iuxta theatrum sitam inhabitaverint, vel fundum ipsius domus, si domus ipsa destructa forte fuerit, possederint, ex ipsa domo seu domus fundo prefato Thyderico de Keritorp et Mechtildi, uxori sue, aut illi, cui ipsi hanc litteram presentaverint, in perpetuum annis singulis semper in festo beati Michaelis *(= 29. Sept.)* sex solidos dicte monete favorabiliter ministrabunt. – *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini MCCCXVI^to^, ipso die beati Godehardi.

Abschr. (um 1408) StA Münster, Msc. I Nr. 121 Bl. 91f. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 97.

[1] Die Namen der Ratsmitglieder sind dieselben wie in Nr. 1422 vom 14. April 1316.

1432

1316 Mai 6

Vor dem Rat der Neustadt Herford vertauscht das Stift Herford eine Hausrente des Giselbert Goswini.

Nos consules novi opidi Hervordensis omnibus presentem paginam inspecturis notum esse cupimus publice protestando, quod sicut per recognitionem publicam ac in forma iudicii resignationem coram nobis per Ghiselbertum Goswini, concivem nostrum, uxorem ipsius suosque liberos et heredes factam didicimus, venerabiles in Christo domina abbatissa eclesie Hervordensis suusque conventus et ebdomedarii censum octo solidorum annualium possident et in perpetuum possidebunt in domo dicti

Ghiselberti, quam comparavit in platea Christi militum in civitate nostra, quem quidem censum receperunt ab ipso intuitu gracie et favoris loco census, quem habuerant sub eadem quantitate in domo sua a se vendita et alienata, ita tamen, ut si dictus Ghiselbertus vel aliquis successorum suorum alium censum in predicta domo alias venderent, id ipsum predictis personis preiudicare non debeat, sed census ipsorum prior aliis remanebit. *Der Rat:* Hermannus Wulfardi et Henricus de Haghen, proconsules, Johannes de Jůlenbeke, Johannes Bolleman senior, Boldewinus de Quernhem, Florekinus de Lon, Gerhardus Pistor, Arnoldus de Lůbbeke, Johannes de Lippia, Johannes de Bredenbeke, Borchardus Serdo, Everhardus de Jůlenbeke et Engelbertus Longus, *siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC° sextodecimo, Johannis ante portam latinam.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 141. mit abhängendem Siegel der Neustadt Herford (WS II 69,5).

1433

1316 Mai 8

Der Ritter Burchhard von Steinheim quittiert über 112 Mark Brakeler Pfennige, für die er dem Domherrn Reinhard Krevet und dem Dechanten Werner des Busdorfstiftes den Zehnten in Suthem bei Brakel überlassen hat.

Nos Borchardus de Asseburg, miles, dominus in Hindeneburg, Sygehardus Ruffus et Johannes de Horebrugge, proconsules, ceterique consules in Brakele universis notum facimus et testamur, quod discreti viri Reynhardus Crevet, canonicus maioris, et Wernerus, decanus sanctorum Petri et Andree apostolorum, ecclesiarum Paderburnencium, decimam in Suthem iuxta Brakele a strennuo milite Burchardo de Stenhem et suis heredibus nomine capituli Paderburnensis ecclesie pro centum et duodecim marcis denariorum Brakelencium eisdem numeratis totaliter et traditis reemerunt et in possessionem suam dictam decimam legaliter acceperunt, quas centum et duodecim marcas denariorum Brakelencium predictas idem miles de Stenhem pro se et heredibus suis recongnovit coram nobis se a predictis Reynhardo et Wernero se integraliter recepisse. In cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes eciam aderant Rolandus iudex, dominus Hermannus, abbas monasterii iuxta Svalenberg, Ber(toldus) plebanus in Brakele, Everhardus de Mengersen, Henricus de Erenwordessen, Olricus de Nedere, Hermannus de Coven, famuli. Datum octavo Idus Maii, anno Domini M°CCC° sextodecimo.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 435, mit am Pgt.streifen anhängendem Siegel des Burchard von der Asseburg (WS IV 232,1); das zweite Siegel ab. – Druck: Asseb. UB 2 Nr. 764.

1434

1316 Mai 15 Paderborn

Bischof Dietrich von Paderborn stimmt dem Rückkauf des Zehnten zu Suthem *bei Brakel durch das Domkapitel zu.*

Nos Theodericius Dei gracia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus, quod cum olim dominus Otto Paderbornensis episcopus, predecessor noster, decimam in Suthem iuxta Brakele Borchardo de Stenhem, militi, et suis heredibus pro centum et duodecim marcis denariorum in Brakele usualium titulo pignoris, quousque redimeretur, obligasset,[1] et cum idem miles eam multis annis pacifice possedisset, ne sub colore possessionis huiusmodi quasi iure hereditarie successionis ad .. predicti militis transiret posteros et heredes, nos quoque eam de manu eorum ad usus nostros nequiremus aliqualiter

revocare, licentiavimus .. decano et .. capitulo nostre ecclesie, quod ipsi hanc decimam in Suthem cum omnibus suis pertinentiis in villa et extra villam, cuius quidem decime possessionem et usum .. episcopus Paderbornensis in sua nunquam habuit potestate, ad suam utilitatem et ad se pro centum et duodecim marcis predictis a prefato .. milite et a suis heredibus reemerunt nostro ad hoc accedente consilio, beneplacito et consensu. Ad hec ex specialis dono gracie, ut predicta nostra licencia magis existat, .. capitulo profutura proprietatem, dominium, possessionem et usum prefate decime eidem .. capitulo nostro donacione perfecta et exnunc in perpetuum valitura donamus, assignamus et tradimus pleno iure constituentes .. decanum et .. capitulum nostrum huic decime veros dominos et legittimos possessores, ratificantes nichilominus, approbantes et confirmantes, quidquid ipsi de fructibus eius pro memoria Georgii, quondam decani Paderbornensis, peragenda pie duxerint statuendum. *Der Bischof siegelt.*

Datum Paderborne Ydus mensis Maii, anno Domini M°CCC° sextodecimo.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 436, mit an weißleinener Schnur hängendem Siegel des Bischofs (WS 50,1).

[1] Eine Urkunde darüber ist nicht bekannt.

1435

1316 Mai 16

Graf Heinrich von Waldeck bekundet, daß die Hälfte der Güter in Sarewordenkusen *dem Kloster in Arolsen gehört.*

Heynricus Dei gratia comes de Waldecke devotis .. preposito, .. priorisse et conventui cenobii in Aroldessen nobis sincere dilectis salutem cum plenitudine omnis boni. Ex parte vestri nobis exstitit intime supplicatum, quod cum vos una nobiscum et nos similiter una vobiscum universa bona in Sarewordenkusen dinoscamur possidere et habere indivisim, qualiter ad habundantem cautelam vobis in litteris nostris desuper providere curaremus. Cupientes itaque vos et vestrum monasterium predictum favore prosequi et nichilominus in omni iure vestro ac honore in quantum conservare, recognoscimus igitur publice per presentes et ad cunctorum notitiam pervenire cupimus, quod medietas omnium et singulorum bonorum predictorum et proventuum in decimis, silvis, pascuis. pratis, agris cultis et incultis quocumque nomine censentur, ad vos et ad vestrum monasterium pertinet pleno iure, residua vero pars ad nos atque ad nostros heredes cum integritate spectat et pertinet econverso, dantes vobis nostras presentes litteras. ...

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, XVII° Kalendas Junii.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 8036 (Kl. Arolsen), mit abhängendem Reitersiegel des Ausstellers (Abb. II 147) mit aufgedrücktem Sekretsiegel (Abb. II 148). – Fehlerhafter Druck Curtze, UB S. 24 Nr. 21. – Regest: Führer, Medebach S. 29 Nr. 139.

1436

1316 Mai 19

Dietrich Ketelhot *verkauft dem Dietrich* de Kerithorp *eine Hausrente in Marsberg.*

Vor Conradus de Clinge, iudex, Hermannus de Huxaria, proconsul, Gerhardus de Mengerinchusen, Conradus de Vesperde, Thidericus Scharman, Siffridus de Buren, Rudolfus de Clinge,

Bertoldus de Oddenhusen, Ludolfus de Driborch, Heinricus de Corbike, Corandus de Adorp, Thetmarus Kortleder et Thidericus Sthaldregere, consules Montismartis, *verkauft* Thidericus dictus Ketelhot de pleno uxoris sue Svenehildis et filiarum suarum Walburgis et Alheydis et aliorum omnium heredum suorum consensu ex domo sua, quam inhabitat, seu ex area eiusdem domus, si devastata fuerit, ... pro parata pecunia sibi persoluta Thiderico de Kerithorp et eius uxori Mechthildi et unicuique eorum successori, qui hanc litteram possederit, quatuor solidos Marsbergensium denariorum in annuam pensionem in perpetuum iure hereditario in festo Michahelis *(= 29. Sept.)* debitam et solvendam eisdem singulis annis ab huius domus seu aree inquilino. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, in vigilia Ascensionis Domini nostri Jesu Christi.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 65[c]; abhängendes Siegel verloren. – Abschr. (um 1408) ebd., Msc. I Nr. 121 Bl. 92. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 98.

1437

1316 Mai 24

Das Cyriacus-Stift in Geseke nimmt Hermann Wilbrandinc *und seine Frau* Dedradis *in seine Gebetsverbrüderung auf.*

Nos Dedela Dei gratia abbatissa et .. capitulum secularis ecclesie beati Cyriaci in Gyseke notum esse cupimus universis et singulis presentes literas visuris et audituris, quod nos Hermannum dictum Wilbrandinc et Dedradim, uxorem eiusdem, pro pio affectu, quo nos et nostram ecclesiam diligunt, in nostram fraternitatem recepimus et recipimus in hiis scriptis concedentes ipsis participacionem omnium bonorum operum nostrorum scilicet missarum, vigiliarum, ieiuniorum, castigacionum, elemosinarum, orationum et ceterorum piorum laborum omnium, que per nos operari dignabitur clementia Salvatoris. Et quia iidem coniuges circa nos et nostram ecclesiam pie gesserunt, videlicet dimidietatem omnium rerum suarum mobilium unacum duabus domibus sitis iuxta capellam sancti Martini ad meliorandas prebendas nostras nobis, et reliquam medietatem ad structuram ipsius nostre ecclesie benivole dederunt, nos volentes ipsorum piis operibus secundum nostre possibilitatis modulum respondere, eisdem promittimus in hiis scriptis, quod post obitum uniuscumque ipsorum per circulum primi anni singulis diebus unam missam pro defunctis celebrari faciemus et per consequens ipsorum memoriam bis in anno, videlicet feria secunda post dominicam Letare et feria secunda ante festum beati Mychahelis *(= 29. Sept.)* devote peragemus in vigiliis et in missis, et in qualibet harum memoriarum tres missas celebrari procurabimus, ad quemlibet duos denarios offerendo. Item et in qualibet memoria duabus campanariis[a] nostris assignabimus duos nummos, item thesauraria ecclesie nostre, que pro tempore fuerit, hec fieri procurabit, pro qua procuracione habebit[b] duos denarios in qualibet memoria prelibata. In cuius rei testimonium et evidentiam ampliorem nos abbatissa et .. capitulum has nostras literas prefatas coniugibus dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda ante festum Pentekostes, anno Domini M°CCC[mo] sexto decimo.

Urschr. Archiv Hinnenburg, abhängendes Siegel ab. Die Rückschr. (18. Jh.) fälschlich auf Stift Essen bezogen!

[a] Urschr.: campariis [b] Urschr.: hebabit

1438

1316 Mai 30 Himmelpforte

Festsetzung der Terminiergrenzen zwischen den Augustinern in Herford und Einbeck.

Frater Henricus prior provincialis heremitarum ordinis sancti Augustini per provinciam Thuringie et Saxonie universis presentia visuris salutem in Domino. Noverit caritas vestra, quod in presentia reverendi fratris Hermanni Bacellani et fratris Ludolphi de Goslaria, lectoris, de communi consensu prioris de Hervordia et prioris de Eynbeke termini fratrum de Hervordia et de Embeke in hunc modum sunt divisi, videlicet quod fratres de Hervordia petant omnes terminos, qui sunt ex illa parte Wisere versus ipsos preter Huxsariam et insulam Bodonis, que remanebunt fratribus de Embeke; Hameln vero remanebit fratribus des Hervordia et Hanover. Via vero regia, que ducit de Hameln usque Hildensen dividet terminos inter eos usque in Poppenborgh ita, quod quicquid est ex una parte vie versus Lauwenstene, remanebit fratribus de Embeke, quicquid est ex alia parte remanebit fratribus de Hervordia usque in Poppenborg, que remanebit fratribus de Embeke cum omnibus, que sunt ultra Leynam versus Hannover; autem dividet terminos dictorum fratrum dyocesis Hildensis, que remanebit in illis partibus fratribus de Embeke, et diocesis Mindensis, que remanebit fratribus de Herfordia. Hospitia autem in Hoxaria et in Insula Bodonis sunt communia et similiter in Hameln et Hanover, si quam habebuntur. In premissorum omnium testimonium sigillum officii nostri presentibus est appensum. Vocati autem fuerunt ad predictam divisionem prior Magdeburgensis, prior Helmstadiensis, prior de Quedelinburgen et lectores de Osnabruge, frater Johannes et frater Hermannus, et lector de Quedelingeborg, frater Thidericus, et alii quam plures. Acta sunt hec in Porta celi anno Domini M°CCC°XVI°, in festo Penthecoste capitulo ibidem celebrato.

Nach dem aus einer Abschrift genommenen Druck bei Bilderbeck, Ungedruckte Urkunden 1,5, 1752, S. 34f. Nr. 4. Danach: Grotefend, UB Stadt Hannover 1 S. 121f. Nr. 131. – Regest: Hamelner UB 1 Nr. 182.

1439

1316 Juni 2

Vor den consules universi in oppido Oldendorp prope Homburch *verkauft* Henricus de Dentingehusen, oppidanus noster, duos agros cum dimidio in campo ville Aderoldessen sitos cum consensu sororii sui Johannis de Ellingissen viris religiosis domino N([1])abbati et conventui monasterii in Amelungesborne pro viginti solidis Huxariensium denariorum sibi totaliter persolutis iure perpetuo libere possidendos. Quorum agrorum idem Henricus debitam warandiam prestabit, ubi et quando a dictis N. religiosis fuerit requisitus. *Der Rat siegelt.* Testes huius sunt nobilis vir dominus Henricus de Homborch, noster dominus, Henricus viceplebanus oppidi nostri predicti, Henricus prior, frater Hermannus dictus de Oldendorp, monachi in Amelungesborne, ac alii quam plures fide digni.

Actum anno Domini M°ccc°xvi°, iii° Nonas Junii.

Abschr. (15. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. Abt. VII B nr. 109 Bl. 6. – Regest: Dürre, ZHV Niedersachsen 1880 S. 89 Nr. 223.

[1] *1314 war Abt Johannes, 1317 Abt Giseler im Amt (vgl. o. Nr. 1235 und u. Nr. 1560).*

1440

1316 Juni 3

Der Rat der Stadt Münster teilt dem Stift Herford mit, daß Alheid, Tochter des Freigrafen Gerhard von der Aa, als Frau des Knappen Dietrich Hose *in die Ministerialität des Stiftes eintrete.*

Honorabili domini abbatisse secularis ecclesie Hervordensis consules et .. scabini civitatis Monasteriensis cum obsequiorum suorum promptitudine noticiam veritatis. Noverit vestra reverentia, quod in nostra propter hoc constituta presentia Alheydis filia Gerhardi van der A, vrygravii nostri, uxor Thiderici dicti Hose, famuli, libere conditionis existens, de consensu et voluntate mariti sui predicti se dedit in ministerialem vobis et ecclesie vestre memorate, eo vobis salvo, quod cum oportunitas se exhibuerit, per summitatem vestis sue aut alias, prout fieri consuevit et debet, in ministerialem recipiatis eandem. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, feria quinta post diem festum Penthecostes.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 142, abhängendes Siegel ab. – Regest: WUB 8 Nr. 1051. Bei Lindner, Die Feme S. 27 Anm. 3 irrig zu 1345 gesetzt.

1441

1316 Juni 5

Ritter Burchard von der Asseburg schenkt seinem Schwiegersohn Herbold von Pappenheim das Lehnrecht über zwei Höfe.

Nos Burchardus de Asseburgk, miles ... contulimus Herboldo de Papenheim, militi, genero nostro, et suis heredibus dominium pheodi supra duos mansos, quos a nobis habuit in pheodo Heyse, civis in Borgentrike, iure perpetuo obtinendum,[a] mandantes dicto Heysoni per hec scripta, quod dictos mansos ab eo recipiat in pheodo. *Burchard siegelt.*

Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto, Bonifacii martyris.

Abschr. (12. Jh.) StA Marburg, Dep. von Pappenheim Nr. 2 (Kopiar) Bl. 47. – Druck: Asseb. UB 2 Nr. 766.

[a] Umschr.: obtinebunt!

1442

1316 Juni 9 Rietberg

Die Grafen Friedrich und Otto von Rietberg verkaufen dem Ritter Hermann von der Lippe drei Höfe.

... Fredericus et Otto comites de Retberg *verkaufen* strenuo viro Hermanno de Lippia, militi, .. uxori sue et .. legitimis suis heredibus tres hubas sive mansos ad curiam nostram Osthem pertinentes dictas Ostholte, Hiddinchusen et Hole cum Wolthero ad ipsam hubam videlicet ton Hole attinente cum omnibus earum pertinenciis et obvencionibus quibuscumque in dictis hubis sive mansis emergentibus ... pro quadraginta marcis et una denariorum Lippie et Widenbrucge currencium nobis integraliter traditis et solutis; inpheodavimus eosdem cum predictis hubis exnunc inantea quiete et pacifice perpetuo possidendas[a], ita quod singulis annis quatuor marcas denariorum recipiet de eisdem monete, ut superius est expressum, promittentes eidem Hermanno bona fide, quod ipsum in sepedictis bonis nos nec quisquam nomine nostro artabimus vel molestabimus ex ipsis quicquam penitus exigendo, donec eas a

dicto Hermanno et suis heredibus, ut est dictum, pro quadraginta marcis et una denariorum reemamus; et hec reempcio fieri debet in quolibet crastino beate Margarete virginis *(= 14. Juli)* et extunc eedem hube redibunt ad nos libere concessione huiusmodi non obstante. De omnibus autem istis ipsi .., si ei questio moveretur ab aliquo, veram warandiam promittimus nos prestare. *Die Verkäufer siegeln.* Testes sunt Rodolphus de Borbenne, Albero Scrape, Hermannus Nagel, Hinricus Asholt, Udo de Wingarden, Everhardus de Varensele, Wilhelmus[b] de Vernede, famuli, et alii quamplures fidedigni.

Datum Retberg ipso die Primi et Feliciani martirum, anno Domini m°ccc° sextodecimo.

Urschr. StA Münster, Stift St. Maria-Bielefeld, Urk. Nr. 20, die beiden an Pgt.streifen anhängenden Siegel bis auf einen Rest des zweiten (WS I 30,4) abgefallen. – Regest: Bielefelder UB Nr. 116.

[a] Aus possidendos verbessert [b] Davor fa(muli) getilgt

1443

1316 Juni 13 Minden

Bischof Gottfried von Minden schenkt dem Kloster Kemnade einen Waldzehnten.

... Godefridus Dei gratia episcopus ecclesie Myndensis *schenkt* proprietatem et proventus ac fructus decime novalium de silveto iuxta villam Heyen in ipsa parrochia sito proveniencium, quod silvetum wlgari nomnie ‚sundere' dictum ad monasterium Kaminatense pertinere dinoscitur, tam de novalibus ab ipso monasterio iam excultis quam adhuc de silveto predicto in posterum excolendis eidem monasterio Kaminatensi perpetuis temporibus possidendum pleno iure libere condonamus has litteras nostro sigillo munitas in testimonium perpetuum super eo. Datum Mynde Idus Junii, anno Domini m°ccc° sexto decimo.

Urschr. StA Münster, Kl. Kemnade, Urk. Nr. 26, das an Pgt.streifen anhängende Siegel verloren (so schon zu Kindlingers Zeit; vgl. StA Münster, Msc. II Nr. 102 Bl. 50). Rückschr. (um 1500): up de sunderen, wo de is gegeven tegetfri van dem bischuppe van Mynden. – *Druck: WUB 10 Nr. 507 (mit weiteren Nachweisen).*

1444

1316 Juni 16

... Ysherus famulus *überweist das* ius pheudi sex iugerum, que quondam domina Wyndele ab Arnoldo Beringeri tytulo empcionis comparavit[1], honorabili viro .. domino preposito in Wormlon et suo monasterio ... Eciam coram dominis meis pheodalibus dictum ius pheudi resignabo, quando per prepositum dicti monasterii, qui pro tempore fuerit, fuero requisitus. *Er siegelt.* Testes Conradus quondam prepositus ibidem, Conradus de Wytherinc et Waltherus, capellani ibidem, Achilles sacerdos, Henricus plebanus ecclesie sancti Petri, Arnaldus et Servacius fratres, cives in Wartbergh, et plures fide digni.

Datum anno Domini m°ccc°xvj°, in crastino beati Viti martiris.

Urschr. StA Münster, Kl. Wormeln, Urk. Nr. 38, das abhängende Siegel ist verloren. – Regest: INA 4,1 S. 126 Nr. 16.

[1] *Vgl. o. Nr. 174 vom 8. Febr. 1303.*

1445

1316 Juni 17

Bischof Dietrich von Paderborn gestattet dem Domkapitel den Rückkauf eines Viertels des Zehnten von Brakel.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus et protestamur, quod dilecti nobis .. decanus et .. capitulum ecclesie nostre Paderbornensis quartam partem decime in Brakele cum suis pertinentiis olim per nos et per .. capitulum honesto militi domino Borchardo de Asseborgh et suis heredibus pro centum et sexaginta marcis denariorum Paderborne et Sosati legalium titulo pignoris obligatam, quando sextam partem domini et civitatis Brakele ab eis empcione perpetua conparavimus[1], ad se et ad suam utilitatem redemerunt pro centum et viginti marcis denariorum predictorum nostro ad hoc accedente beneplacito et consensu, tali apposita condicione, quod nos vel successores nostri quartam partem decime in Brakele predictam pro centum et viginti marcis denariorum Paderborne et Sosati legalium ab eisdem .. decano et .. capitulo redimere possumus hoc adiecto, quod redempcionis tempore fructus perceptos ex hac decima in sortem principalem conputare minime teneantur. *Der Bischof siegelt.*

Datum XV° Kalendas Julii, anno Domini M°CCC°XVI°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 437, mit an weißleinener Schnur anhängendem Siegel des Bischofs (WS II 50,1). – Druck: Asseb. UB 2 Nr. 768.

[1] *Vgl. o. Nrr. 1413 und 1419*

1446

1316 Juni 17

Burchard von der Asseburg quittiert dem Domkapitel zu Paderborn über den Rückkauf eines Viertels des Zehnten von Brakel.

Ego Borchardus miles dictus de Asseborg notum facio et patenter protestor, quod illa quarta pars decime in Brakele, que michi et meis heredibus fuerat a domino .. episcopo et a .. capitulo Paderbornensi pro centum et sexaginta marcis denariorum Sosaciensium et Paderbornensium titulo pignoris obligata, redempta est a me et a meis heredibus pro pecunia supradicta, et quod illa pecunia est mich plene et integraliter persoluta. Do igitur has litteras refutacionis et recognitionis, quod deinceps nullum ius michi vel meis heredibus conpetit in quarta parte decime supradicte. Datum sub testimonio mei sigilli feria quinta post Viti, anno Domini M°CCC°XVI°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 438, mit dem an Pgt.streifen anhängendem Siegel des Ausstellers (WS IV 232,1). – Abschr. (1555) nach der von der Paderborner Kanzlei produzierten Urschrift ebd., Reichskammergericht A 569 II Bl. 78 mit dem Tagesdatum feria quarta *(Aders-Richtering 1 S. 31 Nr. 191). – Druck: Asseb. UB 2 Nr. 767.*

1447

1316 Juni 20

... Ulricus de Westhem, miles, *verkauft* de pleno consensu et assensu uxoris mee legitime et omnium heredum meorum unum mansum in Herewordessen situm cum omnibus usufructibus suis Herboldo de Papenheim, militi, et suis heredibus pro duodecim marcis denariorum gravium Wartburg

usualium ... sub hac conditionis forma, quod dictum mansum ego Ulricus miles predictus vel mei heredes reemere potero pro denariis prenotatis. Si autem predictus mansus per me vel meos heredes infra triennium non fuerit redemptus, iam dictus Herboldus de Papenheim, miles, ipsum mansum hereditarie perpetuo possidebit, warandiam sufficientem ipsi Herboldo de Papenheim, militi, et suis heredibus predictis in prefato manso, cum requisitus fuero, prestaturus, prout in his scriptis fide data. Promitto etiam pro tribus annis percursis et delapsis ipsum mansum coram domino vel dominis pheodi volens (!) .. resignare, cum quo ipsum Herboldum militem faciam infeudari. *Ulrich siegelt.*

Datum in vigilia beati Johannis baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto.

Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Dep. von Pappenheim, Nr. 2 (Kopiar) Bl. 48.

1448

1316 Juni 24

Bischof Dietrich von Paderborn stimmt der Aufbesserung der Einkünfte der Vikarie im Niederen Chor des Domes zu.

Nos Theodericus Dei gracia ecclesie Paderbornensis notum facimus et profitemur, quod honesti viri Bernhardus de Lyppia, prepositus, et Wernerus de Volmestene, cellerarius nostre ecclesie, pia meditatione meditantes et videntes, redditus inferioris chori et vicarie, quam Ludolfus dictus Cumpere, vicarius, possidet, in presenti adeo existere tenues et diminutos, quod ex eis nequit sustentationem habere congruam, in hoc consenserunt, quod idem Ludolphus de sua speciali pecunia unum officium dictum ‚portammegth' ad predicti prepositi et quoddam aliud officium dictum ‚undersnithammegth' ad .. cellerarii collationem prius pertinens a Johanne dicto Svagher et a Henrico dicto Fricke, laycis, qui officia huiusmodi olim a .. preposito et .. cellerario prefatis tenuerant, iusto emptionis titulo conparavit, ut de cetero officiorum predictorum redditus ad vicariam inferioris chori predictam in perpetuum pertineant pleno iure. Iidem eciam .. prepositus et .. cellarius de voluntate et consensu nostro atque .. decani et .. capituli nostri prefata duo officia cum omnibus eorum pertinentiis et cum omni iure, quod eis seu eorum successoribus conpetere posset in illis, ad vicariam predictam donatione perpetua contulerunt. Nos itaque de voluntate et consensu eorum ac .. decani et .. capituli nostri emptionem et donationem predictas ratificamus, approbamus, auctorizamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. *Die Aussteller und das Domkapitel siegeln.*

Datum VIII° Kalendas mensis Julii, anno Domini M°CCC°XVI°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 439, mit den an weißen Leinenschnüren anhängenden Siegeln: 1) Bischof Dietrich (WS II 50,1), 2) Dompropst Bernhard (WS II 132,8), 3) Domkellner Werner (WS III 138,5), 4) Domkapitel Paderborn (WS II 102,2) mit RS (WS 102,3).

1449

1316 Juni 24

Henricus de Waldeghe, canonicus ecclesie Vritzlariensis, *ist einer der Wahlmänner* (scrusator) *des Stiftes Vreden bei der Wahl der Äbtissin Ludgard von Steinfurt.*

Vgl. WUB 8 Nr. 1061; RegErzbKöln 4 Nr. 949 bzw. INA 1,4 S. 89 Nr. 7. Er wird auch noch zum 3. Juli 1316 erwähnt (ebd. Nr. 1064; RegErzbKöln 4 Nr. 950).

1450

1316 Juni 29

Bischof Dietrich von Paderborn bestätigt die Überweisung des vom Stift Schildesche zurückgekauften Hofes in Bekesethe *an das Präbendalgut desselben.*

Theodericus Dei gracia episcopus ecclesie Paderbornensis omnibus presencia visuris salutem in perpetuum. Sua nobis Bernhardus prepositus et .. conventus ecclesie secularis Scildessensis relacione monstrarunt, quod olim prepositi Scildessenses curiam unam sitam in Bekesethe iuxta Hervordiam cum suis pertinenciis quibusdam laycis obligarunt et eam distraxerunt, ex qua curia prepositus Scildessensis ecclesie certos redditus percipere consuevit. Advocaciam vero curie domino .. comiti de Ravenesbergh pertinebat. Nunc autem canonice et .. conventus predicti de consensu .. prepositi sui eandem curiam sua speciali pecunia redemerunt et reemerunt a laycis supradictis, ut de eius fructibus prebende canonicarum, que valde sunt tenues et exiles, aliquantulum emendentur. Adiecerunt eciam, quod nobilis vir .. Otto, dominus et comes in Ravensberg, advocaciam predicte curie de consensu domine Margarete, uxoris sue, et omnium heredum suorum pro remedio anime sue et parentum suorum pleno iure donavit et contulit perpetuo pacifice possidendam eidem conventui, ut sic institucio et destitucio colonorum, locacio, gubernacio et possessio huius curie ad dictum conventum tantummodo pertineat nullique alteri persone ius aliquod competat in eadem, petentes a nobis, ut factum presens dignaremur auctoritate ordinaria confirmare. Nos itaque cognoscentes, premissa omnia vera esse, de voluntate et consensu .. decani et .. capituli nostri et de consensu domini Bernhardi, prepositi Scildessensis, de approbacione eciam et ratificacione domini Ottonis comitis de Ravensbergh, ut curia predicta de manu laycali ad usus ecclesiasticos revocetur, volumus, statuimus et ordinamus, quod supradicta curia in Bekesethe cum suis pertinenciis pleno iure ad prebendas canonicarum et ad .. conventum in Scildesse pertineat in perpetuum, et hanc ordinacionem in nomini Domini confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. *Der Bischof, Propst Bernhard, Graf Otto und das Domkapitel siegeln.*

Actum et datum tercio Kalendas Julii, anno Domini M°CCC°XVI°. Feliciter amen.

Zwei Urschr. (A und B) StA Münster, Stift Schildesche, Urk. Nr. 40 von einer Hand, mit den an weißen Leinenschnüren anhängenden Siegeln: 1) Bischof Dietrich (WS II 50,1), 2) Propst Bernhard (WUB 10 Tafel 1, 5), an A und B beschädigt, 3) Graf Otto von Ravensberg (WS I 12,3) mit RS (WS I 16,7), an B zerbrochen, 4) Domkapitel Paderborn (WS III 102,2) mit RS (WS III 102,3), an B zerbrochen. – Reg. ebd., Msc. VII Nr. 3315 S. 11 (17. Jh.) und S. 26 (1658). – Regest: WUB 10 Nr. 511a.

1451

1316 Juni 29

Friedrich von Padberg verspricht, den durch Graf Heinrich von Waldeck und Anderen vermittelten Ausgleich eines Streites mit dem Bischof Ludwig von Münster einhalten zu wollen.

Universis presencia visuris vel audituris ego Fridericus miles ac dominus de Patbergh publice cupio fore notum, quod amicabilem composicionem cum venerabili .. domino meo, domino Ludwico episcopo Monasteriensi iniveram et a toto discordia et dissentione inter ipsum et suam diocesim ex una et me ex altera parte vertente funditus resipisco et desisto supra rationem, quam nobilis vir Hinricus comes de Waltegke et dictus Korf, miles, Tidericus de Cleve, famulus, inter se inter nos aeque ponunt. Que statuta semper firma et inviolabilia volo observare. In huius ergo rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini m°ccc°xvj°, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Abschr. (14. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 1 S. 130 Nr. 44. – Regest: WUB 8 Nr. 1062.

1452

1316 Juni 29

Die Ritter Heinrich und Reinhard Gogreve tauschen mit dem Bischof von Paderborn Besitz.

Nos Henricus Gogravius et Reynhardus, eius filius, milites, notum facimus et lucide profitemur, quod de expresso consensu omnium heredum et coheredum nostrorum cum venerabili domino nostro Theoderico, episcopo ecclesie Paderbornensis, et cum suo .. capitulo commutavimus proprietatem duarum curiarum nostrarum in Meneden, quarum ad nos proprietas pertinet, cum proprietate decime in Elflysten ad eundem dominum .. episcopum et suam ecclesiam pertinentem. Et optinuimus ab eis graciam, quod ipsi proprietatem huius decime altari per nos in Hervordensi ecclesia constructo perpetuo donaverunt et in recompensam illius proprietatem duarum curiarum nostrarum in Meneden receperunt, quam quidem proprietatem in eos et in ecclesiam Paderbornensem transferimus per presentes, recipiendo a predicto domino episcopo prefatas duas curias in feudum loco decime supradicte. *Ritter Heinrich siegelt für sich und seinen Sohn.*

Datum tercio Kalendas Julii, anno Domini M°CCC°XVI°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 440, mit dem an weißen Leinenschnüren anhängendem Siegel des Ausstellers (WS IV 224,3). – Reg. (16. Jh.) ebd., Abtei Herford, Lehen, Akten Nr. 11 S. 92.

1453

(1316 vor Juli 1)

Die Urkunde von 1314 (vor Juli 1) – s. o. Nr. 1244 – ist in Msc. I Nr. 4519 S. 113 (16. Jh.) mit dem irrigen Datum 1316 überliefert.

1454

1316 Juli 6

Das Kloster St. Marien zu Lemgo tauscht mit dem Domkapitel zu Minden Höfe in Bodendorp *gegen solche in Luhden.*

Soror Berta priorissa totusque conventus sororum inclusarum apud sanctam Mariam novi oppidi in Lemego salutem. Noverint presentia visuri, quod capitulum maioris ecclesie Mindensis de consensu venerabilis .. domini episcopi sui talem permutationis contractum cum nostro conventu ad utilitatem utriusque concorditer inierunt, quod capitulum antedictum acceptis a nobis tribus mansis cum omnibus iuribus suis in Bodendorpe tres mansos in Luthen iuste permutationis titulo nobis possidendos perpetuo tradiderunt. *Der Konvent und die Priorin siegeln.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, in octavis apostolorum Petri et Pauli.

Urschr. StA Münster, Fst. Minden, Urk. Nr. 93, mit an zwei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln an weißen Hanffäden: 1. Konvent zu Lemgo (Abb. I, 13), 2. ab. – Druck: Würdtwein, Nova Subsidia 9 S. 152 Nr. 89; WUB 10 Nr. 512 (mit weiteren Hinweisen).

1455

1316 Juli 8 Ravensberg

Graf Otto von Ravensberg tauscht mit dem Stift Schildesche die Vogtei über den Hof Bekesethen gegen den Hof Sevinctorp.

Otto comes in Ravensberghe ... de beneplacito et consensu inclite domine Margarethe, domine et uxoris nostre predilecte, domini Bernhardi, fratris nostri karissimi, prepositi Schildescensis ecclesie, ac omnium heredum et coherendum nostrorum advocatiam curtis in Bekesethen iuxta Hervordiam cum pertinentiis, proprietatibus et omnibus iuribus suis, quibus ad nos pertinere dinoscitur, excepto loco ibidem circa tyliam, ubi iudicium, quod ‚vryedinch' dicitur, servari solitum est, et exceptis ibidem agrorum quatuor partibus, que vulgariter ‚stucke landes' dicuntur, pro casa ponenda, quem locum cum agris nostro ac successorum nostrorum usui reservamus, donavimus, dimisimus et assignavimus ecclesie et conventui in Schildesche pro remedio anime nostre et parentum nostrorum iure perpetuo pacifice possidendam. Quam advocaciam coram Hermanno, dincgravio nostro in Ravensberghe, in figura iudicii seu ante liberam sedem, que ‚vriestol' nuncupatur, et universis castellanis nostris ibidem necnon coram viris discretis Hermanno dicto Hanebom, iudice, ac .. consulibus opidi nostri in Bilevelde publice et expresse una cum coniuge nostra Margaretha predicta necnon liberis nostris, videlicet Hadewigis et Margareta resignavimus, prout iuris est, renunciantes omni iuri, quod in eadem advocacia nobis ac nostris competebat successoribus aut quoquomodo in posterum competere videretur, volentes, ut memorata curia in Bekesethen ecclesie et .. conventui in Schildesche tantummodo cum pertinentiis suis et proprietate liberaliter ad aucmentationem suarum prebendarum pleno iure pertineat nec quisquam alter iuris quicquam hactenus sibi vendicare valeat in eadem. Sciendum eciam, quod eadem ecclesia et .. conventus curtem in Sevinctorpe eisdem quondam a domino et patre nostro Ottone bone memorie pro neclegenciis suis traditam nobis bona voluntate et maturo consilio cum iuribus et pertinenciis suis pro supradicta advocatia liberam dimiserunt et solutam. *Graf Otto, seine Frau und sein Bruder siegeln.* Testes huius rei sunt Hermannus dincgravius, Albertus Vinke, Ecbertus Vinke, fratres, Hermannus de Aspelekampe, Reynherus Gogreve, tunc temporis dapifer comitis, milites, Johannes de Slon et Bernhardus de Lodere, noster notarius, canonici ecclesie Angarensis, Henricus de Aspelekampe, Hermannus de Dranthem, Conradus de Cleycampe, Meynricus de Busche, Henricus Dus, Ludolphus, Wernherus et Albertus, fratres dicti Nagele, item Hermannus Hanebom, iudex, Hermannus Keseling, proconsul, Hermannus de Guterslo, Albertus Dincgreve et Johannes de Edissen, nunc consules in Bilevelde, cum aliis infrascriptis.

Actum et datum in castro nostro Ravensberghe predicto VIII° Idus Julii, anno Domini millesimo tricentesimo sextodecimo.

Urschr. StA Münster, Stift Schildesche, Urk. Nr. 41, mit an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. ab, 2. Gräfin Margaretha (WS I 12,6), 3. ab. – Reg. (um 1600) ebd., Msc. VII Nr. 3315 S. 5 (mit falschem Datum: Idus Julii = *14. Juli); Storch, Narratio de domo fratrum Herfordensium (18. Jh.): StB Berlin, Msc. boruss. 4° Nr. 165 Bl. 15^{v}. – Druck: Harland, WZ 1 S. 203ff. – Regest: WUB 10 Nr. 513, Bielef. UB Nr. 117, v. d. Bussche S. 19 Nr. 76. – Vgl. Angermann S. 208 Nr. 163.*

1456

1316 Juli 8

Ritter Burchard von der Asseburg bekundet eine Schenkung des Bertold von Addessen von Grundstücken und Einkünften an das Hospital in Brakel.

Nos dominus Borchardus de Asseburch, miles, protestamur lucide in hiis scriptis, quod Bertoldus de Addensen stans coram nobis mente et corpore sanus et pluribus viris dignis legens, dans et tribuens ob intuitum virginis Marie et spem salutis sue anime infirmis hospitalis in Brakele, inde ut reficiantur et horum quoad opus, bona infra scripta nichilominus manumittens ea simpliciter atque pure ipsorum committens gratie, quomodo ipsum procurent hic in vita, scilicet quartam partem suam molendini ad (!) prope valvam Oestmerdor, item decem solidorum pensionem de domo ante Hanecampes dor, quam Conradus de Herste inhabitat, que est pensio perpetua, item pensionem septem solidorum in domum dictam Kenkelares hus, quam potest Brekelare reemere omni tempore pro sex marcis denariorum, item legans, dans et tribuens predictis unam marcam denariorum, quam habuit in agris Zigehardi Ruffi sitis et positis super Bonencampe, quam dictus Zigehardus et sui heredes possunt reemere omni tempore pro decem marcis denariorum et duabus, item in molendinum magistri Borchardi annuatim sex solidorum pensionem, quam potest inhabitator reemere omni tempore, aut cuius est, pro quinque marcis, item unum ortum quondam Johannis de Emmerike, de quo quatuor denarii filiis domini Bernhardi de Brakele, militis bone memorie, annuatim ministrantur, item de omnibus, que relinquit post mortem, favet pre omnibus dicto hospitali propter hoc, ut sui memoria apud infirmos ibidem sit continua atque salutaris. In cuius donacionis testimonium et esse verum (!), duximus sigillum nostrum ex rogatu Bertoldi predicti et provisorum hospitalis presentibus apponendum. Datum anno Domini M°CCC°XVI°, Kiliani martyris. Testes huius sunt: Everhardus de Mengersen, Hermannus de Coven et Olricus de Nedere, famuli et quam plures.

Abschr. (15. Jh.) StadtA Brakel, Urk. Nr. 448 (zusammen mit weiteren Urkunden vom 27. März 1317 (u. Nr. 1541), 21. Mai 1319 (u. Nr. 1787), 18. Dez. 1322, 8. September 1363 und 8. Juli 1364). – Druck: Asseb. UB 2 Nr. 769.

1457

1316 Juli 9

Bischof Ludwig von Münster versöhnt sich mit Friedrich von Padberg.

Universis presencia visuris vel audituris nos Ludowicus Dei gracia Monasteriensis ecclesie episcopus publice cupimus fore notum, quod amicabilem composicionem cum nobili viro Frederico, domino de Patberg, iniveramus et a tota discordia et dissensione inter nos et nostram dyocesim ex una parte ac dictum Fredericum ex altera vertentibus funditus resipiscimus et desistimus in hiis scriptis supra dictum sive rationem, quam nobilis vir dominus Heinricus, comes de Woldeckin, et Heinricus Korf, miles, et Theodericus de Cleven, famulus noster, inter se inter nos et dictum Fredericum statuunt atque ponunt, que statuta semper firma et inviolabilia volumus observare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M°CCC XVI, feria sexta proxima post diem beati Kyliani.

Urschr. Archiv Padberg, mit dem Rest des bischöflichen Siegels (WS II 45,3). – Druck: Seibertz UB 2 Nr. 568 (copiert 6. 2. 1838). – Regest: WUB 8 Nr. 1067.

1458

1316 Juli 9

Der Knappe Hermann von Brakel verkauft dem Stift Heerse seinen Lehnshof im Stadtfeld von Brakel.

... Hermannus de Brakele, famulus, ... unanimi consensu et plena voluntate Wernheri et Ottonis, fratrum meorum, Gyslen, uxoris mee legitime, Alberti, Bernhardi, Wernheri et Ghermodis, puerorum meorum, necnon omnium heredum et coheredum meorum vendidi venerabili domine, domine abbatisse et capitulo ecclesie Hersiensis sub iam actuali presentacione curiam meam sitam in campis civitatis Brakele cum omnibus iuribus suis, obventionibus et pertinenciis, quam Albertus Volquini, civis in Brakele, excolit, et quam curiam a prefata domina abbatissa tenui in pheodo et habebam, pro octuaginta marcis argenti examinati, michi ponderati, traditi[a] penitusque soluti perpetuis temporibus libere et pacifice irrevocabiliter et hereditarie possidendam. Prorsus ego Hermannus predictus meique veri heredes et coheredes promittimus eis plenam in premissis et iustam facere warandiam, ubicunque et quandocunque fuerimus requisiti. *Mit dem Verkäufer siegeln sein Bruder Werner, sowie* Borchardus miles de Asseburgh, Bertoldus plebanus in Brakele et civitas Brakele ... Testes sunt, qui rogati affuerunt dicte empcioni[b] videlicet dominus Johannes prepositus ecclesie Gerdensis, Wernherus de Asseburgh, famulus, Gerhardus de Modicsen, Henricus de Erenwortsen, Everhardus de Menbersen, Fredericus de Immesen, Henricus de Osthem, Hermannus de Coven et ceteri quam plures fide digni.

Datum et actum anno Domini M°CCC°XVI°, in crastino beati Kyliani martiris.

Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. VII 4510 Bl. 30 und 55v; dsgl. (18. Jh.) Msc. VII Nr. 4511 S. 319 und S. 240; dsgl. Msc. V Nr. 10 Bl. 24. – Regest: Asseb. UB 2 Nr. 770 (aus Msc. VII Nr. 4511).

[a] Abschr.: tradidi [b] Abschr.: empsioni

1459

1316 Juli 10

Propst Engelbert von Marsberg und die anderen Eigentümer der Marken (woldemene) *von* Flessenger *und* Glindenger *verpachten dem Gottfried von* Adorp *Markenland.*

Nos Engelbertus Dei gratia prepositus ecclesie Montis Martis, Steffanus et Conradus fratres dicti de Horhusen, milites, Helwicus de Kellichusen, Bodo de Dodinchusen, Hermannus et Conradus fratres dicti de Huxaria, Hermannus Monetarii et Johannes dictus Speicht ... locavimus quosdam agros, qui ‚woldemene' dicuntur et qui decimam in Flessenger et in Glindenger equaliter dare debent, habentes circa duodecim iugera, aput Gotfridum dictum de Adorp, uxorem suam Meichtildim, et eorum pueros Gotfridum, Hermannum, Gertrudim et Cunegundim et omnes eorum veros successores et heredes iure emphiteotico in perpetuum quiete ac pacifice possidendos sub hac forma, qoud predicti Gotfridus, uxor sua et pueri sui vel eorum heredes de eisdem agris quolibet anno semper infra festa beatorum Michahelis *(= 29. Sept.)* et Martini *(= 11. Nov.)* cultoribus bonorum nostrorum in Flessenger et Glindenger viginti et sex denarios Marsberch solventium persolvent expedite. Quorum agrorum prefatis Gotfrido, uxori sue et eorum legitimis heredibus, cum ipsis necesse fuerit, iustam prestabimus warandiam, nisi forte aliqua pars antedictorum agrorum ab aliquo coheredum nostrorum per viam iuris eisdem Gotfrido, et heredibus suis fuerit acquisita. Extunc de communibus agris nostris, qui ‚woldemene' dicuntur, prescriptis Gotfrido, uxori sue et heredibus suis alium agrum equivalentem in locum illius agri perditi dabimus in restaurum. *Der Propst und Konrad von Horhusen siegeln.*

Datum anno Domini M°CCC° sextodecimo, ipso die Alexandri martiris.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 45a, beide Siegel von den Pgt.streifen ab. Rückschr. (14. Jh.): super waldemeyne *(Zusatz 17. Jh.:* et decimas in Flassing et Glindinge), *dsgl. 18. Jh.:* Hierauß zu sehen, daß dhomahliger Propst von der waldemeyne landt andern ... Emphytheutico elociret.

1460

1316 Juli 13 Minden

Das Martinistift in Minden verkauft dem Kloster Kemnade seine Güter in Snesle.

Noverint universi presentis temporis et futuri, quod nos Johannes decanus totumque capitulum ecclesie sancti Martini Mindensis amicorum specialium ecclesie nostre consilio et matura deliberatione prehabitis, utilitate quoque ipsius ecclesie in eo pensata, bona nostra in Snesle scilicet in parrochia Osen sita, que multo iam tempore desolata ipsi ecclesie nostre fructum nullum penitus prestiterunt, cupientes in melius commutare ipsa eadem bona cum proventibus et utilitatibus universis in agris cultis et incultis, pascuis, pratis, nemoribus, aquis, viis et inviis, cum omni integritate proprietatis et cuiuslibet iuris, prout hactenus ad nostram pertinebant ecclesiam, iusto venditionis titulo de consensu et expressa voluntate reverendi domini nostri, domini Godefridi Mindensis episcopi transtulimus et presentium tenore transferimus in monasterium Kaminatense ordinis sancti Benedicti Mindensis dyocesis receptis ab honorabili viro domino Winando, eiusdem monasterii preposito, qui contractum huiusmodi procuravit, viginti marcis Bremensis argenti deinceps in ampliorem utilitatem ecclesie nostre favente domino convertendis, ut ammodo .. prepositus, .. priorissa et .. conventus monasterii supradicti, qui pro tempore fuerint, bonis prenominatis cum omni iuris integritate, ut premittitur, libere perpetuis temporibus perfruantur. *Der Bischof, Dechant Johannes, Dompropst Ludwig und Archidiakon Hermann siegeln.*

Actum et datum Minde anno Domini m°ccc°xvi°, ipso die beate Margarete virginis.

Urschr. StA Münster, Kl. Kemnade, Urk. Nr. 27, mit noch dem 1. (Bischof Gottfried von Minden = WS II 53,9 mit RS ebd. II 62,5) und 4. Siegel (Archidiakon Hermann von Ohsen = WUB 10 Tafel 4 Nr. 45). Rückschr. (15. Jh.): up de rechtcheit, de dat capittel van Mynden hefft gehad in dem dorpe to Sneselen, is gekomen an dat sticht van Kemenaden. – *Fehlerhaftes Regest* (cap. cathedrale Mindensis) *ebd., Corvey, Lehen Akten Nr. 58 (Verschiedenes S. 5 Nr. 20). – Regest: Spilcker, Everstein, UB S. 265f. Nr. 318, WUB 10 Nr. 514.*

1461

(1316 Juli 14)

Dieses (falsche) Datum gibt ein Regest (um 1600) der Urkunde vom 8. Juli 1316 (vgl. o. Nr. 1455), StA Münster, Msc. VI I Nr. 3315 S. 5.

1462

1316 Juli 15

Die von Brakel belehnen Hermann von Koven mit dem Meierhof im Dorf Seybeke.

Wi Herman unde Wernher brodere, van Brakele genant, wanner heren Berendes sune des heren van Brakele, bekennet allen, de dessen bref seyt unde horet, dat wi mit vullen willen uses broder Otten unde miner, Harmannes eychten vrůen Gyslen unde miner kinder, Albrachtes, Bernhardes, Wernheres unde Germode, unde oc mit willen unser tviger, Harmannes unde Wernheres, reychten erven unde toerven, de nu sint unde noch werden můgen, hebbet ghelenet Hermanne vanme Coven, Borcharde unde Hermanne sinen sunen, den nideren hof in dem dorpe to Seybeke, de de meygerhof hetet, de use reychte leyngot is, mit alle syme reychte, binnen unde buten, in velde, in holte, in watere, wise unde weyde unde mit alle deme, dat da tho reychte to horet unde vallen mach, den oc desse vorgesprokene

Herman vanme Coven van useme aldervader unde usen vader wint an desse thyt in reychter leynescer were bruchliken heft beseten. Vortmer wi Herman unde Wernhere van Brakele lovet an truen in desseme breve Hermanne vanme Coven, Borcharde unde Hermanne sinen sunen unde al eren reychten erven, dat wi unde use reychten erven ere reychte warent scun wesen des vorgesprokenen ghodes, tho wilcker thyt ze dat van us eyscet. Boven alle dinch so bekenne wi oc Leyfgarde, Hermannes vanme Coven reychten vrůen, also use elderen hadden ghedan, eyner liftuicht an dem zelven vorghesprokene gode. Up dat desse ewelike vast unde unghewandelet bliven, so vestene wi Herman unde Wernhere van Brakele dessen bref mit unser tviger inghesigele unde biddet heren Borcharden van der Asseborch, usen neven, umme zin inghezigele desser reyde tho eme tughe. Unde wi her Borchart dor bede willen user neven ha wi use inghezigele an desen bref tho eme tuge.[a] Vortmer zint tuge desser vorsprokenen rede her Bertold, de kerychere van Bracle, junc her Wernher van Asseborg, her Herman Elbraychtes, Rolant van Holthusen, de do gogreve unde rychtere was, Johan van Vleychten, Henric van Erenwordessen, Frederic, Henric, Albracht, brůdere van Ymmessen, Johan van Eversten, Evert van Mengersen, Vrederic, Bertold, Henric brodere van Ymmessen, Henric unde Richart van Oldendorpessen, Cort, Vrederic, Stacius van Vlechtene, Herman, Henric van Osthem, knapen, Lubbracht, Henric van Valehusen, de borgermester waren, Lotwich de munthere, Johan Horbrugge, Wernher Hartwiches, Johan unde Clavus van dem Berge unde ander goder lude vile. Dit is gescen in aller apostelle dage, alse gedelet worden, na Godes bort over dusent jar, drehundert jar, in dem seysteden jare.

Urschr. Bocholtz-Asseburg'sches Archiv Godelheim, mit drei an geflochtenen, weißen Leinenschnüren anhängenden Siegeln: 1) Hermann von Brakel (Abb. II, 20), 2) ab, 3) Burchard von der Asseburg (Abb. II, 10). Reg. (Max von Spießens) StAM, Nachlaß Spießen Bd. 3 Nr. 2176 (nach der damals im Besitz des Kaplans Brügge in Meschede befindlichen Urschrift). – Druck: Asseb. UB 2 Nr. 621 mit falschem Datum: 1306 Juli 15 (vgl. o. Nr. 487). *Daß seystede mit 16. aufgelöst werden muß, ergibt sich schon aus der Tatsache, daß der im Text als verstorben erwähnte Ritter Bernhard von der Asseburg noch bis 1313 Mai 23 urkundlich genannt und erst zum 8. Juli 1316 als verstorben bezeichnet wird (o. Nr. 1128 und Nr. 1456).*

[a] *Dahinter fehlt: gehangen*

1463

1316 Juli 20

Landgraf Otto von Hessen gibt den Edlen von Schöneberg seine Hälfte des Gerichtes über den Hof Catwinkel.

Nos Otto Dei gratia landgravius terre Hassye ... pleno consensu et libera voluntate .. conthoralis nostre legitime aliorumque omnium nostrorum heredum dedimus nobilibus viris domino Conrado de Sconenberg et domino Conrado, suo filio, ac eorum veris heredibus partem nostram iudicii super curiam dictam Catwinkel et super homines inhabitantes cimiterium, si ibidem unum possent consecrare ... *Er siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, feria tercia ante festum beati Jacobi apostoli.

Urschr. StA Marburg, Herren von Schöneberg, Urk. Nr. 27, abhängendes Siegel verloren. – Regest: Regesten der Landgrafen von Hessen Nr. 606.

1464

1316 Juli 21

Bischof Dietrich von Paderborn verpfändet dem Bertold von Büren für 400 Mark das Amt Westernkotten.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus et protestamur, quod dilectus nobis Bertoldus, filius domini Bertoldi senioris de Bůren, olim dapifer noster, redemit redditus officii nostri in Westerenkoten a quibusdam creditoribus, apud quos erant obligata, pro centum viginti marcis et pro triginta solidis denariorum Paderbornensium legalium. Nos vero pro debitis, quibus sibi remansimus obligati de officio sui dapiferatus, cum consilio et cum consensu .. capituli nostri supra predictam summam, obligavimus eidem Bertoldo et suis legittimis heredibus predictum officium in Westerenkoten cum universis pertinenciis, sicut illud possidemus in presenti tempore, et dimidiam partem redditum de molendino nostro in Soltkoten provenientium pro trecentis et pro quinquaginta marcis denariorum predictorum tam diu pacifice possidenda et tenenda, quousque nos aut nostri successores supradicto Bertoldo quadringentas et septuaginta marcas et triginta solidos denariorum in Paderborne usualium persolvamus. *Bischof und Domkapitel siegeln.*

Datum XII°Kalendas mensis Augusti, anno Domini M°CCC°XVI°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 440a, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Bischof Dietrich (WS II 50,1) und 2. Domkapitel Paderborn (WS II 102,2) mit RS (WS II 102,3). – Abschr. (17. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 5102 I S. 59f. (nach der besiegelten Urschr.). – Regest: Stolte S. 142 (mod. Abschr.).

1465

1316 Juli 26 Rietberg

Friedrich von Rietberg, Domscholaster zu Paderborn, verzichtet zugunsten seines Bruders Otto auf alle Rechte an der Grafschaft Rietberg.

Nos Fredericus de Retberg, scolasticus ecclesie Paderbornensis, universis presentes litteras visuris et audituris notum facimus publice protestantes, quod ob dilectionem et amiciciam comeciam Retberg quondam dilecti .. patris nostri felicis recordationis, nunc fratris nostri Ottonis comitis de Retberg, libera voluntate et non coacti resignavimus et perpetue resignamus, renunciantes omni iuri, quod in dicta cometia seu in parte, que nos contingit, habuimus seu habere videbamur, promitt[imus] ipsi .. data fide et iuramento declaramus, quod predictum .. fratrem nostrum et .. heredes suos legitimos in iam dicta cometia angariare non debemus perpetue et turbare et de ipsa cometia seu de bonis ad eam ad presens vel in futuro spectantibus nichil deinceps penitus requiremus ea conditione adiecta, quod si sepedictum .. fratrem nostrum absque liberis decedere contigerit, quod absit, extunc ea, que nobis de prelibata cometia de iure cedent, nichilominus plenarie recipiemus. *Mit dem Aussteller siegeln seine Verwandten, die Grafen von* Retberg, Tekeneburech et Arnsberg. Acta sunt hec Retberg presentibus hiis: patruo nostro karissimo comite, Elberto et Ecberto, sacerdotibus, Rodolpho de Borbenne, Albero Scrape, Hermanno Nagel, Hinrico de Asholte, Ottone et Rothero fratribus de Sendene, Udone et Hinrico fratribus de Vinea, famulis, et aliis quam pluribus fidedignis. Datum anno Domini M°CCC° sextodecimo, in crastino beati Jacobi apostoli.

Urschr. StA Münster, Grafsch. Rietberg, Urk. Nr. 22, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Friedrich von Rietberg (Abb. II 112; Leesch, WZ 113 Tafel V 32), 2. Graf Friedrich von Rietberg (WS I 30,2), 3. Simon zur Lippe (Abb. II 86), 4. Otto von Ravensberg (WS II 20,7) mit RS (WS I 20,8), 5. Wilhelm von Arnsberg (WS I 41,2).

1466

1316 Juli 27

Ritter Werner Lanchsenkel *verzichtet zugunsten des Klosters Hardehausen auf seine Ansprüche an den Novalzehnten in Obervellmar.*

... ego Wernherus miles dictus Lanchsenkel et ego Wernherus, ipsius filius, presentibus recognoscimus et ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod super decimis novalium in terminis et limitibus ville in Overen Velmor, excultorum per religiosos viros fratrem Henricum, magistrum curie in Habrashusen, et suos confratres ibidem, super quibus inter ipsos et nos quondam magna exstitit exorta contentio, talis ordinatio hinc inde amicabilis intercessit, quod tandem communicato consilio sapientum et amicorum nostrorum instructi, quod in eisdem nichil iuris haberemus, peticioni et requisitioni earundem decimarum pro nobis et heredibus nostris perpetuo renunciavimus et presentibus renunciamus liberaliter, simpliciter et in toto, hoc tamen adiecto, quod (si)[a] de quibuscumque agris villani et rustici dicte ville sub iuramento dixerint ab antiquo decimam esse datam, de eisdem iuxta morem antiquum dabitur et solvetur. In cuius facti evidenciam presentem litteram dicto fratri Henrico et suis confratribus curie predicte dedimus sub sigillo honorabilis viri, domini Syfridi, prepositi in Aneburg infra muros Casle, firmiter communitam. *Propst Siegfried siegelt für sich und* Al(bertus), rector ecclesie in Wolvesangere, quia mediatores predicte ordinationis de consensu dictorum parcium fuimus, *sowie* .. consules civitatis in Casle.

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, sexto Kalendas Augusti.

Urschr. StA Marburg, Kl. Hardehausen, Urk., mit zwei abhängenden Siegeln: 1. Propst von Ahnaberg (spitzoval; über Wappenschild mit linksgewandtem Löwen(?) unter got. Architektur sitzende Madonna mit Kind. Umschr.: SIGILLUM PREPOSITI DE CASSELE IN ANENBERG), 2. Rest des Stadtsiegels von Cassel (rund; Torgebäude; Umschr.: S. [...]). – Rückschr. (15. Jh.): de novalibus decimis in Obernfilmer. – *Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4509 B Bl. 7.*

[a] *Zu ergänzen?*

1467

1316 August 1

Die Äbtissin Irmgard von Herford genehmigt die Stiftung eines Beginenhauses auf dem Berge.

In nomine Domini amen. Irmegardis Dei gracia ecclesie Hervordensis secularis abbatissa universis Christi fidelibus presentis scripti seriem intuentibus salutem in omnium salvatore. Cupientes intentionibus pro divini cultus ampliatione profusis instauracione nobis possibili quomodolibet aspirare, partem aree Henrici Cleycamp, opidani Hervordensis, in qua domum habet positam Alheydis dicta Horandinc conversa, cuius proprietas ad nos pertinet sive ecclesiam nostram, liberam dedimus et per presentes dedisse nos recognoscimus, ita ut ex hoc in ius transeat opidale, dumtaxat in reconpensam absolutionis huiusmodi trium denariorum pensio nobis vel successoribus nostris in festo sancte Pusinne virginis *(= 23. April)* anno quolibet iugiter ministrentur. De antedicta autem domo prefata Alheydis coram nobis provida ordinacione et ex bona fidei intentione taliter statuit ordinandum, ut in eadem domo sua, quam servicio voluit mancipere divino, quinque persone spiritualem inter se ducentes vitam perpetuis simul cohabitent temporibus, quarum una aliis tamquam magistra presit. Sed harum quinque ipsa Alheydis quatuor ante obitum suum instituet, ipsa vero mortua per has quatuor consilio superioris ebdomedarii ecclesie nostre in locum defuncte assumetur quinta et sic, quociens numerum dictarum

quinque per alicuius de eis obitum diminui contigerit, tociens de consilio ut supra una competenter assumetur, ut numerus antedictus in ipsis integer perpetuis temporum spaciis observetur. Condictum vero est et appositum, quod quocienscumque post mortem dicte Alheydis una in dictam domum recepta fuerit persona, quod huiusmodi pro domus introitu solverit, pro media parte in ipsius domus usum transibit, alia pars media ad refectionem utrorumque refectoriorum claustri Lucken amministrabitur et expedite solvetur. Id ipsum tamen, quod persona pro introitu domus reddiderit, citra quatuor marcas Hervordenses nullatenus declinabit, hoc adiecto, quod quatuor persone, quas ut dictum est, Alheydis instituet, ad hoc debitum pro domus introitu nullatenus teneantur. Ut autem dicte congregationis persone spiritualis observanciam vite piis moribus corroborent et conservent, adiciendum censuimus, ut de excessibus, quorum ratione persone de collegio duarum domuum maiorem infra Hervordiam, in quibus becghine cohabitant, sequestrantur, sibi precipue debeant observare et si, quod absit, maligni spiritus suasu unum illorum aliqua ipsarum incideret, auxilio nostro vel tunc abbatisse sequestrationi a domo sicut alibi aubiacebit. Hanc igitur ordinationem sanctam et piam per supradictam Alheydim nostro mediante consilio factam, nos abbatissa predicta stabiliendam et in suo robore iugiter permanendam decrevimus, ob quod sigilli nostre karactere presentem paginam in indeficientis notitie testimonium duximus roborandam. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo, in festo Petri ad vincula.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 143, mit Rest des abhängenden Siegels der Äbtissin (WS III 126,4); Rückschr. (15. Jh.): litera abbatisse, quod quinque persone debent esse in domo tertie regule in monte sita.

1468

1316 August 3

Edelherr Simon zur Lippe überträgt dem Kloster Freckenhorst die Vogtei über zwei Höfe bei Warendorf.

Symon nobilis vir, dominus de Lyppia, *überträgt* de consensu et bona voluntate nobilis domine Alheydis, nostre legitime, et omnium heredum nostrorum, videlicet Bernardi, prepositi ecclesie Paderburnensis, Henrici, canonici ecclesie Monasteriensis, Ottonis, Symonis et Bernardi iunioris, filiorum nostrorum, titulo concambii sive permutationis honorabili domine Lyse abbatisse et conventui in Vrekenhorst ius advocatie, quod tenuimus in duabus domibus dictis Berichem et in una domo dicta Ozenbeke, sitis apud opidum Warendorpe, in curia dicta Osthof et in casa adiacente dicta Scuckinc[a)], sita in parrochia Vrekenhorst, cum universis suis attinenciis videlicet hominibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis et nemoribus cum plenitudine iuris, quod ad nos spectare dinoscitur, ... recipientes sub eodem titulo concambii decimam tam minorem quam maiorem, dictam Aleken, sitam apud civitatem nostram Lyppensem in parrochia Lesberen, cum proprietate et omni iuris plenitudine, quo ad dictam ecclesiam pertinebat, additis nobis ab eadem domina .. abbatissa prefata et eius conventu octuaginta marcis legalium denariorum nobis traditis, numeratis et solutis, quam decimam, prout ad ecclesiam suam pertinebat, nobis et heredibus nostris dederunt donatione legitima perpetuo possidendam. Preterea quendam famulum dictum Vecelum de Vledinctorpe, subditum advocatie nostre, qui, ut speratur, dicte ecclesie erit utilis ad sua negocia promovenda, ad preces prefate domine .. abbatisse eidem dedimus et damus presentibus a iugo advocatie nostre unacum uxore sua .. liberum et solutum. Renunciavimus igitur cum uxore nostra et omnibus heredibus nostris predictis omni impeticioni et actioni, que nobis et heredibus nostris predictis in bonis et hominibus supradictis competere poterunt vel aliqualiter suffragari in iure canonico vel civili. Actum presentibus domino Ludolfo burgravio in Stronberg, Conrado de

Avenstrot, Adolfo de Saffenberch, Ottone de Sendene, militibus, Winando dicto Helzeth, Conrado dicto Mulen de Avenstroth, Godescalco de Walegardem et Arnoldo de Vrekenhorst, famulis, castrensibus nostris in Redhe, et aliis fidedignis. *Simon, seine Frau Adelheid, Dompropst Bernhard, Äbtissin Lisa und der Konvent Freckenhorst siegeln.* Datum anno Domini M°CCC°decimo sexto, in Inventione beati Stephani et sociorum eius.

Urschr. StA Münster, Kl. Freckenhorst, Urk. Nr. 68, mit noch vier Siegeln: 1. Simon zur Lippe (Abb. II, 86), 2. ab, 3. Adelheid zur Lippe (Abb. II, 82), 4. Stift Freckenhorst (WS II, 110,4), 5. Äbtissin Lisa von Freckenhorst (WS II Tafel 127,6). Rückschr. (16. Jh.) Belangett datt Schuckinckholt. – *Abschr. (16. Jh.) StA Detmold, Rep. G XXII Nr.2. – Auszugsw. Druck: WUB 8 Nr. 1076 (die dort gemachten Angaben über die Siegel sind ungenau). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 624.*

[a] Das erste c nachgetragen!

1469

1316 August 3

Lysa Dei gratia abbatissa totusque conventus monasterii in Vrekenhorst. Monasteriensis dyocesis *bekunden dasselbe,*[a] *mit dem Zusatz gegen Schluß (hinter:* in iure canonico vel civili): preterea damus et concedimus prefato domino nostro, domine Alheydi legitime et filiis prenominatis fraternitatem et participationem omnium bonorum spiritualium, que per nos et nostros in ecclesia nostra operari dignabitur clementia salvatoris. Nos vero in testimonium premissorum sigilla nostra presentibus videlicet domine abbatisse et conventus duximus apponenda.

Datum anno Domini M°CCC° decimo sexto, in die Inventionis beati Stephani protomartyris et sociorum eius.

Urschr. StA Münster, Kl. Freckenhorst, Urk. Nr. 107, mit den beschädigten Siegeln der Äbtissin (WS III 127,6) und des Konventes (WS III 110,4). – Druck: Schmieder, UB Liesborn 1 Nr. 135. – Regest: WUB 8 Nr. 1077. – Erwähnt: Lipp. Reg. 2 Nr. 624 Anm.

[a] Es fehlt der Satz über Wessel von Vledinctorpe: Preterea – liberum et solutum.

1470

1316 August 7 – 1334 Dezember 4 Avignon

Papst Johann XXII. beauftragt den Erzbischof von Köln, seine Suffragane und alle ihm unterstellten Geistliche, besonders aber den Thesaurar, Küster und Sakristan der Kirche des hl. Petrus in Fritzlar, Diöz. Mainz, gegen die Widersacher des Klosters Wormeln, namentlich wegen des Waldes Bockholt (nemus, quod vulgariter ‚das Bockholt' dicitur) *und wegen der Fischerei in der* Twiste *einzuschreiten.* – Non absque dolore cordis –

Unvollständige Abschr. (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4519 S. 16, ohne Datum (hier nach der Regierungszeit des Papstes Johann XXII.) Ein ähnliches Mandat an dieselben erging am 19. November 1317 (s. u. Nr. 1629)!

1471

1316 August 15

Graf Albert der Ält. von Schwalenberg überträgt dem Johann von Huchenhûsen *Lehnsbesitz bei Lügde.*

Nos Albertus senior comes de Svalenberg universis presentibus nostro sigillo sigillatis recognoscimus lucide protestantes, quod ante xl annos honestos miles Johannes de Wyinchûsen beate memorie constitutus coram nobis quatour mansos in campo Vespere prope Ludhe sitos, quos a nobis in pheodo tenuit, cum omnibus pertinentiis nobis liberos resignavit et solutos. Hinc est, quod dictos mansos nos ad petitionem eiusdem Johannis militis Johanni de Huchenhûsen seniori, tunc civi in Ludhe existenti, iure pheodali cum proventibus contulimus quiete possidendos, et idem Johannes de Huchenhûsen eosdem mansos xl annos usque ad obitum suum absque ulla inquietatione possidebat. Quo defuncto Johanni, filio suo, civi in Lemego, dictos quatuor mansos quiete iure contulimus pheodali possidendos. Item illo Johanni, civi in Lemego predicto, pie recordationis mortuo et defuncto sepedictos mansos Johanni de Huchenhûsen, eius filio nunc viventi presentibus viris nobilibus, videlicet Symoni domino de Lyppia, domino Hermanno comite de Perremunth, nostro genero, dominis Dethardo et Conrado, fratribus de Rostorp et aliis quam pluribus fidedignis iure pheodali contulimus cum omnibus usufructibus perpetue possidendos, hac conditione interiecta, quod nos predictus comes de Svalenberg semper suus fatens dominus dictorum quatuor mansorum esse voluerimus, ubi necesse fuerit et per ipsum erimus requisiti. Datum anno Domini M°CCC°sextodecimo, in festo Assumptionis beate Marie virginis.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 10236 (Fst. Pyrmont, Orte und Familien, Lügde), mit abhängendem Siegel des Ausstellers (Abb. II 126), das aber nicht angekündigt ist!

1472

1316 August 15

Guntherus comes de Svalenberg *tut dasselbe. Zu den genannten Zeugen tritt noch* Conrado de Byeghe, milite.

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, in Assumptione beate Marie virginis.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 10237 (Fst. Pyrmont, Orte und Familien, Lügde), das anhängende Siegel verloren.

1473

1316 August 20

Edelherr Bodo von Homburg verzichtet zugunsten des Klosters Loccum auf alle Ansprüche an Güter zu Böbber.

Nos Bodo dominus in Homburg presentibus literis publice protestamur, quod cum alias religionis viris abbati et conventui monasterii in Lucka Cisterciensis ordinis et Mindensis dyocesis super bonis in Bobere ex parte Bodonis, canonici Hildensemensis, et Henrici laici, filiorum nostrorum, necnon super quodam prato iuxta Halleram ad bona ipsius monasterii in Lucka in Gestorpe sita pertinente, quod pratum comes quondam Mauritius de Spigelberge pro censu iiii^{or} solidorum quamdiu placuit utrobique

conduxerat ex parte Joannis, filii ipsius comitis Mauritii, ratione tutele ipsius, quam tunc gessimus, moveremus pro tempore questionem, nos post diversos tractatus ac strepitus plurimos habitos de premissis usi consilio specialiter venerabilis patris, domini nostri Henrici, episcopi Hildensemensis necnon avunculi nostri charissimi, domini Ottonis de Woldenberg, prepositi eiusdem ecclesie Hildensemensis, et aliorum nostrorum amicorum salubrius monitis informati cognovimus, nos nostrosque filios et heredes ac Johannem, filium comitis Mauritii prenotati, nihil in bonis et prato prescriptis iuris aliquatenus obtinere. Unde nos cum ipsis renunciavimus plane ac presentibus renunciamus literis omni actioni, impetitioni sive questioni nobis et ipsis contra dominum abbatem et suum conventum predictos super bonis antedictis ad presens vel futurum de iure vel de facto competentibus quoquomodo, omnes simulatos inter nos et ipsos exortos seu inimicitias suscitatas penitus abolentes. Et in testimonium omnium premissorum sigilla nostrum, scilicet, Bodonis et H., filiorum nostrorum, ac filii comitis Mauritii memorati presentibus sunt appensa. Actum et datum anno Domini M°CCC°XVI°, in die beati Bernhardi abbatis ...

Abschr. (16. Jh.) Archiv Loccum, Kopiar S. 181f. Nr. 254 und S. 378f. Nr. 644, dsgl. (14. Jh.) im Loccumer Kopiar des StA Hannover (1943 verbrannt) Bl. 52 Nr. 246 und Bl. 121 Nr. 653. – Druck Origenes Guelf. 4 S. 502; Calenb. UB 3 S. 407f. Nr. 667; Dürre, ZHV Niedersachsen 1880 S. 89 Nr. 224.

1474

1316 August 23

Die Berechtigten der Marsberger Mark überlassen dem Bodo de Dodinchusen vier Joch Ackerland in der „woldemene".

Notum sit universis presentiam litteram visuris vel audituris, quod nos Engelbertus prepositus ecclesie Montismartis, Steffanus et Conradus fratres de Horhusen, milites, Hermannus et Conradus fratres dicti de Huxaria, Hermannus Monetarii, Helmwicus de Kellinchusen, Johannes dictus Speicht et Thetmarus super calopidem dedimus et damus in hiis scriptis pari manu Bodoni de Dodinchusen, civi Montismartis, uxori sue Jutte et omnibus eorum veris heredibus quatuor iugera agrorum de communibus agris nostris, qui ‚woldemene' dicuntur, sita aput silvam, que dicitur Bolaes, et que quatuor iugera equaliter decimam in Flessengere et in Glindengere dare debent, iure hereditario in perpetuum quiete et pacifice sine aliqua pensione ex ipsis agris danda, possidenda et habenda. Quorum iugerum ipsi Bodoni, uxori sue et omnibus eorum veris heredibus ubicumque necessarium fuerit, iustam atque firmam prestabimus warandiam, nisi forte ab eodem Bodone vel ab heredibus suis aliqua pars dictorum iugerum ab aliquo coheredum nostrorum in Flessengere et in Glindengere per iustas sentencias fuerit aquisita; extunc prefato Bodoni, uxori sue et eorum veris heredibus tantum de communibus agris nostris, qui ‚woldemene' dicuntur, quantum ab ipsis fuerit acquisitum et equivalens iure superius expresso dabimus in restaurum. *Der Propst, Konrad von Horhusen und Helmwig von Kellinchusen, siegeln.*

Datum anno Domini m°ccc° sextodecimo, in vigilia Bartolomei apostoli.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 46, alle drei an Pgt.streifen angehängte Siegel verloren. Rückschr. (15. Jh.): Super iiij jugera apud Bolers sumpta (?) ut der Waldemeyne. – *Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. II 40 S. 545. Vgl. u. Nr. 1586 vom 8. Juli 1317.*

1475

1316 August 30

Graf Adolf von Schaumburg schenkt dem Stift auf dem Berge vor Herford einen Hof in Westerschet.

Nos Adolfus Dei gratia comes Holsatie et in Schowenburg ecclesie sancte Marie extra muros Hervordenses presens scriptum in perpetuum. Ad honorem Dei et pro remissione peccatorum dilecti patris nostri Adolfi, quondam comitis, unum mansum in Westerschet, quem Conradus et Gerhardus dicti Saxones a nobis in pheudo tenuerant et in manus nostras libere resignaverunt, tibi memorate ecclesie (!) cum omni iuris integritate, quo ad nos pertinebat, accedente nobis consensu domine Elene, matris nostre karissime, Gerhardi et Erici, fratrum nostrorum, ac aliorum nostrorum, quorum intereset, heredum liberaliter condonamus, ita ut medietas fructuum predicti mansi ad prebendam plebani et medietas ad usum dominarum monialium ibidem Deo servientium iugiter famuletur. *Adolf und seine Mutter siegeln.* Testes sunt dominus Jordanus, abbas in Lucka, Rotcherus cappellanus noster, Johannes de Bardeleve, Johannes de Decbere, Fredericus Dume, Wilkinus de Holte, Richardus Post, milites, nostri in Schowenburg castellani.

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, in die beatorum martyrum Felicis et Adaucti.

Abschr. des Notars Gabriel Vorlhon (17. Jh.) nach der Urschr. mit zwei Siegeln StA Münster, Stift auf dem Berge, Herford, Urk. Nr. 27, verglichen (1856) mit der damals im Besitz des Buchhändlers Vogt in Oldenburg befindlichen Urschrift, von der die beiden Siegel abgefallen waren. – Regest: WUB 10 Nachträge Nr. 6 (515a).

1476

1316 September 9

Abt und Kapitel von Corvey bekunden die Stiftung eines Lichtes in der Marienkrypta durch ihren Mitbruder Wilhelm von Andorpe.

... nos Ropertus Dei gratia abbas, Fredericus prepositus totusque conventus ecclesie Corbeyensis tenore presencium notum esse volumus, quod Wilhelmus de Andorpe, noster confrater, pietate pura motus cum pecunia sua, quam per[a)] elemosinam parentum suorum composuerat, reemit pensionem molendini extra muros Huxarienses, scilicet quatuor et decem quartalia tritici, viginti et duos solidos denariorum gravium Huxariensium, triginta et sex uncias ovorum pro triginta et septem marcis puri argenti a venerabilibus dominis religiosis abbate et conventu monasterii in Amelungesburnen sub eo pacto, quod idem Wilhelmus pensionem eandem, quam reemit, libere et cum integritate ad tempora vite sue percipere debet omni impeditore et contradictore abdito et remoto, premisso eciam, quod de pensione huiusmodi viginti et duo solidi denariorum prelibati[b)] cedere debent perpetue ad luminaria in cripta beate virginis Marie, nisi forte prepositus ecclesie Corbeyensis, qui pro tempore fuerit, post mortem Wilhelmi vellet exponere septem marcas argenti pro eisdem, que debent presentari custodi existenti tunc temporis, qui cum consensu conventus emere debet aliam pensionem cum prenotata pecunia ad luminaria suprascripta. Et ne forte Wilhelmus pretaxatus verbis temerariis perturbari valeat, nos Ropertus abbas prelibatus super eo, quod pensionem molendini una cum prebenda sua percipiat, licite cum eo misericorditer dispensamus per presentes, volumus et ipsum ad hoc specialiter deputamus, ut Godfridus, filius Gerhardi de Ruden, militis, generum suum Wilhelmum sepedictum, si fortassis quomodolibet modo[c)] inpediatur in percepcione pensionis sepefacte contra quoscumque tueatur et defendat. *Abt und Kapitel siegeln.*

Datum crastino die Nativitatis beate virginis, anno Domini M°CCCXVI°.

Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 134 S. 30. – Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 245 S. 506 bzw. Nr. 247 S. 30.

[a] Fehlt in der Abschrift [b] Abschr.: prelimbati [c] Richtiger: quolibet modo

1477

1316 September 20 Osnabrück

Eid Bernhards von Ravensberg als Dompropst von Osnabrück.

Nos Bernhardus Dei gratia prepositus ecclesie Osnaburgensis, dictus de Ravensberg, presentibus protestamur, quod nos prestitimus sacramentum ad sancta Dei ewangelia per nos corporaliter tacta et fide corporali promisimus et presentibus promittimus honorabilibus dominis .. decano et capitulo ecclesie Osnaburgensis infrascriptos articulos firmiter observare:

Primus articulos est, quod prebendas fratrum, in quibuscumque rebus consistant ipse prebende, debitis et statutis temporibus ac equaliter ministrabimus.

Secundus articulus est, quod in homines quocumque tytulo ad ipsam preposituram spectantes nullam exactionem per nos vel alios faciemus sine consensu et voluntate capituli preter eorum consueta servicia et debitas pensiones.

In premissorum testimonium nos Bernhardus de Ravensberg, prepositus Osnaburgensis, sigillum prepositure Schildeschensis presentibus duximus apponendum. Datum et actum Osenbrugge anno Domini m°ccc°sextodecimo, in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste.

Urschr. BistumsA Osnabrück, DomA, Urk., mit Siegel (WestfUB 10, Tafel 4 Nr. 47). Regest: WUB 10 Nr. 517 – Vgl. Angermann S. 208 Nr. 165. – Am selben Tage bestätigte Bischof Engelbert von Osnabrück die Wahl (StA Osnabrück, Rep. 3, Nr. 120). – Regest: WUB 10 Nr. 518.

1478

1316 September 29

Die Gebrüder von Heepen verkaufen der Schildescher Kanonissin Wolradis eine Rente.

Vor scabini et consules veteris civitatis Hervordensis *verkaufen* Henricus, Johannes et Hermannus fratres dicti de Hepen, concives nostri, *mit Zustimmung ihrer Frauen und Erben* domine Wolradi, canonice in Schildesche, pensionem annuam unius molcii siliginis mensure nostre Hervordensis annuatim in festo sancti Michaelis archangeli *(= 29. Sept.)* de agris subscriptis gratanter et debite perpetuis temporum successionibus ministrandam: de octo agris videlicet iuxta Lemekulen extra civitatem nostram iacentibus, octo modii, quorum quinque solvet Henricus primo dictus vel suus in ipsis agris successor, et tres Johannes prefatus aut suus successor, alios quatuor modios solvet Hermannus ultimo dictus de una insula, que vulgo Bůghe dicitur, aut suus in pepetuum successor. Et solvent predicte domine pensionem huiusmodi infra civitatem nostram. Ceterum cuicumque predicta domina censum vel pensionem huiusmodi commiserit vel legaverit, huic dicti fratres aut sui in hiis agris successores solutionem in perpetuum facere tenebuntur. Testes sumus Johannes Friso, proconsul, Thidericus Rufus, Gerhardus de Libbere, Gerhardus de Hagen, Henricus Friso, Johannes de Ponte, Johannes de Jerinctorpen, Stacius Gos, Conradus Strote, Henricus de Hepen et Arnoldus de Fossa, consules prelibati, *die das Siegel* communitatis nostre *ankündigen.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, in festo Michaelis.

Urschr. StA Münster, Stift Schildesche, Urk. Nr. 42, mit abhängendem Bruchstück des Siegels der Altstadt Herford mit RS (WS II 69,4 und 91,2). – Reg. (um 1600) ebd., Msc. VII Nr. 3315 S. 3.

1479

1316 um September 29

Bischof Dietrich von Paderborn bestätigt erneut die Stiftung eines Altares in der Johanneskirche zu Warburg durch Johann von Geismar.[1]

In nomine Domini amen. Nos Theodoricus dei gratia Padibornensis ecclesiae episcopus recognoscimus presentibus publice protestantes, quod Joannes de Geismaria, civis Wartbergensis, illustratione sancti spiritus preventus de nostro consensu et de voluntate Joannis plebani novi oppidi ibidem in ecclesia sancti Joannis baptiste oppidi predicti ob honorem Dei omnipotentis, beate Marie virginis, beati Georgii martyris ac omnium sanctorum quoddam altare fundavit, construxit ac omnibus suis heredibus approbantibus dotavit duos in villa Enghere sitos, sibi pleno iure attinentes cum omnibus suis pertinentiis et usufructibus ad illud pro dote dando et eidem altari perpetuo dotis nomine assignando, ut ibidem sue, Grethe, uxoris sue, Bertholdi et Gertrudis, parentum eius, et omnium heredum et coheredum suorum, nec non illorum sive in presenti, sive in futuro detineantur seculo, qui eidem Joanni in bello et in conflictu contra hostes ecclesiae Padibornensis iuxta Desenbergh fideliter ac viriliter astiterunt, memoria feliciter peragatur; quorum omnium scilicet defunctorum fiat commune anniversarium ad altare predictum singulis annis in vigilia Omnium sanctorum *(= 31. Oktober).* Illo nempe die Dominus dedit victoriam de hostibus suis populo Wartbergensi. Item prenotati altaris presbyter prefate ecclesie plebano vel cuiquam successorum ipsius non erit ad aliquod obsequium ex debito obligatus, sed dumtaxat altare suum provida sollicitudine respiciet, ubi qualibet feria secunda pro defunctis et omni feria quarta pro conservatione salutis castellanorum et civium Wartbergensium, reliquis quoque diebus, prout tempus requisierit et ipse commode potuerit, missas dicat hora debita et sibi competenti, diebus tamen, quando funus plures missas requirens presens fuerit, prefati altaris presbyter non nisi post offertorium omnium missarum, quas idem plebanus celebrare cum suis capellanis decreverit, celebrabit. Item oblationes spontaneas, quas fideles ad idem altare, ut licenter poterunt, attulerint, dicti plebanus et altaris presbyter, qui pro tempore fuerint, inter se equaliter partientur.

Ceterum Joanni de Geismaria, Grete, uxori sue, Bertholdo et Gertrudi, parentibus eius iuxta hoc altare cum obierint licentiamus sepulturam ita, quod dies obitus eorundem et in vigilia beati Martini *(= 10. November)* Riquini de Dalheim, patris uxoris Joannis, memorie et anniversarii cum defunctorum officio solenniter peragantur. Ad hec concedimus prefato Joanni propter sue probitatis merita suis diebus et eius heredibus post ipsum, ut dictum altare ydoneo viro infra debitum tempus possint conferre hoc modo, quod heres senior et in linea consanguinitatis propinquior solus ius conferendi habeat, et si de iure conferendi inter heredes quaestio suborta fuerit, consules utriusque civitatis, cui heredum ius collationis et presentationis pertineat, discutient et eorum iudicio ordinationi heredes dissentientes sine contradictione parere tenebuntur. Et si processu temporis successio heredum dicti Joannis totaliter sublata fuerit, consules oppidorum de universitatibus suis tres viros, duos videlicet de novo et unum de veteri oppido, idoneos et fidedignos, munera et carnalitatis officium non sequentes, assument et eligent, qui predictum altare alicui viro idoneo et bone fame, ipsis vel altero ipsorum consanguinitatis et affinitatis genero non astricto, conferant pure et simpliciter propter Deum; et hunc modum conferendi circa predictum altare quotiescunque vacaverit consules perpetuis temporibus in hoc casu observabunt.

In quorum omnium evidentiam pleniorem sigillum nostrum scilicet et Joannis plebani in Wartbergh presentibus sunt appensa pro testimonio veritatis. Ego vero Joannes plebanus predictus universa et singula predicta sub appensione mei sigilli profiteor esse vera.

Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo sexto decimo, circa festum beati Michaelis archangeli.

Abschr.(1656) ErzbA Paderborn, Handschriften XIII Nr. 6 Bl. 164–166. – Reg.: StAM, Msc. I Nr. 242b S. 115 Nr. 1 (vgl. INA Beibd. 2,1 S. 41 und INA 4,1 S. 43 Nr. 43).

[1] Vgl. Nr. 1230 von 1314 (um Mai 26)!

1480

1316 Oktober 5

Die Äbtissin Sophia von Böddeken überträgt nach dem Tode des Volpert von Spork dessen Witwe und ihrem zweiten Mann den Hof Spork.

Sophia Dei gratia abbatissa et totum capitulum ecclesie secularis in Bůdiken omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem et cognoscere veritatem. Noverint universi, quod cum Volpertus de Sporke, qui bonum nostrum in Sporke situm annis pluribus coluerat, descessisset et Margareta, eius uxor, post mortem dicti Volperti cuidam alio viro nomine Rotgerus de consilio amicorum suorum nupsisset, nos ob favorem et amicabiles preces nobilium virorum domini Symonis de Lippia et domini Theoderici, filii eius, prefatis Rotgero et Margarete, eius uxori, ac ipsorum heredibus supradictum bonum nostrum in Sporke cum universis suis appendiciis acquisitis et acquirendis unanimi volunt[ate] nostrarum consensu porreximus et in hiis scriptis porrigimus excolendum et inhabitandum perpetuo pro pensione nobis inde ab antiquo debita et consueta, videlicet quatuordecim denariis uno quadrante minus Lippensis monete, quatuor schepelinis tritici mensure Lippensis et uno porco pingui. Quam pensionem quam dudum dicti Rotgerus et eius uxor Margareta aut heredes eorum nobis in festo beati Petri ad Cathedram *(= 22. Febr.)* annis singulis expedite persolverint. Ipsos de dicto bono non debebimus ammovere nisi forte contingeret, nos idem bonum vendere vel pro alio bono permutare. *Stiftssiegel von Böddeken.*

Actum et datum ipso die beati Maynolfi, nostri patroni, anno Domini m°ccc°xvj°.

Urschr. StA Münster, Kl. Freckenhorst, Urk. Nr. 69; das abhängende Siegel ist verloren. Rückschr. (16. Jh.): Sporcks gewinbref. – *Regest: WUB 8 Nr. 1092.*

[a] Umschr.: alii

1481

1316 Oktober 9

Die Gebr. Schultheiß verkaufen dem Knappen Heinrich v. Mederike eine Rente.

Nos Conradus Schulthetus, miles, et Conradus Schulthetus, famulus, fratres, *verkaufen* Henrico de Mederike, famulo, suisque heredibus … pensionem viginti novem solidorum denariorum Wartbergensium, videlicet de censu nove civitatis septem solidos iiij denariorum[a], item de censu veteris civitatis xxxx[b] denarios, item de moneta tres solidos, item de curia nostra, que vulgo dicitur Albedeyghe, unam marcam, item de curia nostra in Germete iiii solidos pro viginti quatuor marcis denariorum Wartbergensium legalium singulis annis in festo beati Mychahelis *(= 29. Sept.)* tollendam per nos vel

nostros heredes omni die et hora qualibet pro eadem summa denariorum reemendam. *Sie geloben Währschaft. Zeugen:* Gerhardus de Norde, Fredericus de Wellede, Hermannus et Johannes fratres dicti der Hartmenschen, Gothardus de Wellede, famuli, et plures fide digni. In cuius testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini m ccc xvj, ipso die beati Dionisii et sociorum eius.

Abschr. Lic. Koch (Anf. 19. Jh.) StadtA Warburg, Coll. Rosemeyer ad I. – Regest: INA 4,1 S. 44 Nr. 44.

[a] So die Abschrift statt richtig denarios [b] Wohl irrig statt xxxii, da sonst die Gesamtsumme von 29 Solidi nicht herauskommt!

1482

1316 Oktober 16

Domherr Werner von Brenken zu Paderborn verschreibt seinem Kapitel eine Rente aus der Mühle desselben in Paderborn.

Ego Wernerus de Brincken, canonicus ecclesie Paderbornensis, recognosco in hiis scriptis, quod teneor et obligatus sum dominis meis, domino .. decano et capitulo ecclesie predicte in duodecim marcis denariorum Paderbornensium, pro quibus persolvendis ipsis assigno redditus unius marce denariorum de molendino dominorum nostrorum in civitate Paderbornensi sito, tollendos singulis annis in Epyphania Domini *(= 6. Jan.)* et dividendos inter dictos dominos nostros ad peragendum memoriam quondam domini Amelungi de Driborch, nostri concanonici, tam diu, donec dicte duodecim marce ipsis fuerint persolute. Si vero in dictis redditibus unius marce singulis annis dandis defectus fuerit, illum restaurabo et supplebo. Preterea si, quod absit, decedere me ante solutionem dictarum duodecim marcarum contigerit, annos gracie, quos in prebenda Paderbornensi secundum consuetudinem illius ecclesie habeo, ipsis committo in hiis scriptis, ut ex fructibus prebende dicte duodecim marce persolvantur. In huius testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Galli confessoris, anno Domino M°CCC° sextodecimo.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 441, abhängendes Siegel verloren.

1483

1316 Oktober 23

Bodo von Billinghausen verkauft dem Dietrich von Kertorp *eine Rente.*

Vor Conradus de Clinge, iudex, Hermannus de Huxaria, proconsul, Gerhardus de Mengerinchusen[a], Sifridus de Buren, Rodolfus de Clinge, Bertoldus de Oddinchusen, Henricus de Corbeke, Conradus de Adorp, Thidericus Staldregere et Detmarus Cortledere, consules Montismartis, *verkaufen* Bodo de Bylinchusen de pleno consensu Elyzabeth, uxoris sue, ac Godfridi, Alberti, Bodonis, Gertrudis, Lucie, Elyzabeth et Alheydis, liberorum suorum, ceterorumque omnium suorum heredum Thiderico de Keritorp et Mechildi, uxori sue, pensionem quinque solidorum ... in hoc modum, quod dictus Bodo et sui heredes aut hii, qui domum suam intra domum Kersebrinkes et domum Hermanni Danen sitam inhabitaverint aut ipsius domus fundum possederint, ex ipsa domo seu domus fundo prefato Thiderico et Mechtildi, eius uxori, aut illi, cui ipsi hanc litteram presentaverint, in perpetuum

annis singulis semper in festo Nativitatis[b] Christi *(= 25. Dez.)* xxx[ta] denarios prefate monete favorabiliter et sine exceptione qualibet ministrabunt. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M CCC XVI[to], ipso die beati Severini episcopi.

Abschr. (um 1408) StA Münster, Msc. I Nr. 121 Bl. 91[v]f. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 99.

[a] Abschr.: Mongerinchusen [b] Abschr.: Nativitate

1484

1316 Oktober 27

Mit Zustimmung des Bischofs und des Domkapitels stiftet Engel von der Helle *ein Benefizium am Altar des unteren Chores im Paderborner Dom.*

Nos Thidericus Dei gratia episcopus, Bernardus prepositus, Ludolphus decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis notum facimus et protestamur, quod Enghele von der Helle ex proposito sue devotionis desiderans altare unum in nostra ecclesia pro remedio anime sue et suorum progenitorum de novo specialiter dotare, taliter nobiscum concordavit, quod illa vicaria, quam tenet Ludolphus Eupe, vicarius, erit et manebit de toto unum beneficium, et quidquid plus ad altare inferioris chori sub turri spectabit, id totum ad vicariam predictam, quam prepositus Paderbornensis ecclesie confert, integraliter pertinebit una cum octo marcis denariorum, quos ipsa Enghele donavit huic vicarie ad eius redditus aucmentandos. Insuper Enghele predictum altare inferioris chori dotavit nostro ad hoc accedente auxilio et consensu cum una curia sita in Inferiori Thudorff et eius pertinentiis et cum uno manso sito ante civitatem Paderbornensem, qui nominatur Echardes Schone et eius pertinentiis eo salvo, quod de isto manso solvat rector altaris predicti quolibet anno futuro conventui sancti Pauli Paderbornensi unum moltrum tritici, obedientiario in Hildeshosen unum solidum et thesaurario nostro duos solidos Michaelis *(= 29. Sept.)*. Ad ista bona intendit ipsa Enghele de suis rebus mobilibus tot et tantos redditus comparare, quam cito poterit, ut predicti altaris rector viginti et quatuor annone[a] de dote huiusmodi recipere valeat annuatim. Altare istud Hermannus dominus de Boragle,[b] sacerdos, suis temporibus officiabit et gubernabit missam ibi dicendo diebus singulis hora sibi per capitulum deputanda et chorum nostrum frequentando tanquam unus de aliis vicarius noster[b]. Prepositus et decanus et priores simul conferent altare illud dum vacat idoneo sacerdoti actualiter ordinato, et si post mensem a die vacationis illud conferre sacerdoti neglexerint, extunc eo ipso eius illa vice collatio ad episcopum pertinebit, qui scilicet istud altare pro littera[c] teneatur. *Bischof und Domkapitel siegeln.*

Datum sexto Calendas Novenbris, anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo, feliciter amen.

Abschr. Papier (18. Jh.) StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr.442.

[a] Davor fehlt zweifellos solidos oder moltra [b] Zweifellos verlesen statt Brakle [c] So statt richtig vicariis nostris

1485

(vor 1316 Oktober 31)

Noscant omnes presencium auditores, quod ego Ysherus de maiori Nedere, famulus, .. ux[oris mee legitime et omnium heredum meorum voluntate et consensu accedente ... con]stituens fideiussores

videlicet Gotschalcum [de Nedere(?), Hermannum de .....]m dictum(?) [... de] Nedere, Conradum de Rotwardessen et Ber. de Sutheym[...

Reste einer Urkunde auf den Siegelstreifen der Urkunde des Ysherus vom 31. Oktober 1316 (u. Nr. 1486). Wenig älter.

1486

1316 Oktober 31

Der Knappe Isherus (Svederi) *verkauft dem Kloster Wormeln ein Viertel des Wormelner Zehnten.*

... Ysherus famulus *verkauft* de bona voluntate et consensu Adele, uxoris mee legitime, et omnium heredum meorum quartam partem decime in Wormlon cum suis iuribus ac usufructibus universis, Johanne dicto Berkule, milite, et Hermanno de Calenbergh, famulo, dicte partis decime dominis pheodi approbantibus, ... honorabili viro, domino Johanni, preposito sanctimonialium in Wormlon, monasterio et .. conventui ibidem pro triginta marcis et tribus puri argenti quiete et pacifice possidendam per me quoque meosque heredes infra quatuor annos immediate continuos non aliis temporibus nisi a festo beati Mychahelis *(= 29. Sept.)* usque ad festum beati Martini episcopi *(= 11. Nov.)* pro eadem summa argenti reemendam. Qua reempcione quatuor annis elapsis neglecta dictum monasterium prefatam quartam partem decime in perpetuum possidebit. Et ego Ysherus, .. uxor mea et heredes predicti prefatam partem decime coram dominis pheudi predictis, cum per dominum .. prepositum, qui pro tempore fuerit, fuerimus requisiti, tenebimur resignare. Promitto eciam fide data sepedicto preposito Hermanno de Videlenbergh, Rabodoni et Th. apud cymitorium nomine monasterii predicti ex parte vere hereditatis plenariam in dicta parte decime prestare warandiam. Constituo nichilominus fideiussores pro me videlicet Ravenonem et Herboldum fratres dictos de Papenhem, milites, Johannem et Bůrchardum dictos Busse, Johannem de Rotwodessen et Johannem de Dalhem, famulos, qui in manus .. predictorum fide data promiserunt, defectum super impeticione hereditaria causatum se supplere vel, dum moniti fuerint, oppidum Wartbergh ad demonstratum hospitium[a] intrare nec exire, quin defectus iure restaurandus penitus restauretur. *Isher und die Ritter Raveno und Herbold von Pappenheim siegeln.* Testes, qui aderant, dominus Wernerus Cancer, canonicus Paderbornensis, Ger. Pixis, Nycolaus, Olricus de Twistemulen, Alradus dictus Clericus, dictus Schoyf et plures fide digni. Daum anno Domini m°ccc°xvj°, in dominica die ante festum Omnium sanctorum.

Urschr. StA Münster, Kl. Wormeln, Urk. Nr. 39, mit zwei abhängenden Siegeln: 1) Isher Svederi (WS IV 258,17), 2) .. v. Pappenheim (Abb. II 100). Auf den Siegelstreifen Anfang einer Urkunde (s. o. Nr. 1485). – Abschr. (16. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 4519 S. 2. – Regest INA 4,1 S. 126f. Nr. 17.

[a] hospitem (!) am Rande von anderer Hand nachgetragen

1487

1316 November 7

Das Kloster Wormeln bekundet, daß der frühere Propst Konrad ein Drittel des Preises für den vierten Teil des Zehnten in Wormeln unter Vorbehalt des lebenslänglichen Nießbrauches ausgelegt hat.

Nos Johannes prepositus, .. abbatissa .. totusque conventus monasterii in Wormlon recognoscimus et presentibus publice profitemur, quod Conradus sacerdos, quondam dicti monasterii prepositus, ad solvendam quartam partem decime per nos ab Yshero famulo pro triginta marcis et tribus

argenti puri tytulo emptionis comparate, terciam partem argenti predicti, hoc est undecim marcaas exposuit sub ista condicione, quod terciam partem reddituum seu usufructuum prefati partis decime antedicto Conrado sacerdoti tenebimur quoad vixerit dare et amicabiliter ministrare. Ipso vero de medio sublato dicti redditus nostre camere perpetuo pertinebunt. Insuper si predictus Ysherus prefatam partem decime reemerit, per dictas undecim marcas argenti per dominum Conradum expositas et legatas alii redditus debent comparari supradicto Conrado sacerdoti quoad vixerit nostre vero camere in perpetuum dandi et solvendi. In cuius evidens rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°CCC°XVI°, in dominica die ante festum beati Martini episcopi.

Urschr. StA Münster, Kl. Wormeln, Urk. Nr. 40. mit zwei Siegeln: 1) Propst Johannes (Abb. II 66), 2) Kloster Wormeln (Abb. I 24). – Abschr. (16. Jh.), unvollständig ebd., Msc. VII Nr. 4519 S. 86. – Regest: INA 4,1 S. 127 Nr. 18. – Auf den Siegelstreifen Reste einer Urkunde vom 15. Juli 1315 (s. u. Nachträge).

1488

1316 November 10

Die Gebrüder von Wethen *verkaufen den Gebr.* der Hartmennischen *ein Viertel des Zehnten in* Wethen.

Nos Theodericus et Hermannus fratres dicti de Wethen, famuli, recognoscimus publice per presentes, quod .. uxoribus ceterisque nostris heredibus approbantibus et consentientibus quartam partem decime in Wethen nobis pertinentem cum suis appendiciis ac usufructibus universis vendidimus Hermanno, Johanni et Gysoni dictis der Hartmennrischen, famulis, eorumque heredibus et in pheudum contulimus hereditarie possidendam, volentes nichilominus et debentes una cum fratre nostro Udone coram dominis pheudi dictam partem decime resingnare, quando fuerimus requisiti, quemadmodum promittimus in hiis scriptis fide data. Quia vero eadem pars decime apud hospitale sancti Spiritus extra muros Wartbergh pro sexaginta marcis denariorum Wartberg legalium extat obligata, non nisi per annum a Purificatione proxima futura *(= 2. Febr. 1317)* redimenda, nos medietatem usufructuum dicte partis decime istius anni nunc instantis de nostra quarta parte decime in Snevede tenebimur restaurare et tempore redimendi adveniente dictam decime partem redimere per denarios ipsos et per ipsos exponendos. Quia etiam Udo frater noster huic facto presens esse non potest, quia est in terris alienis, nos pro ratihabicione ipsius omnium prescriptorum per nos factorum vel adhuc faciendorum eandem partem decime in Snevede .. antedictis fratribus et eorum heredibus tytulo pingnoris obligamus promittentes fide data ratione iuris hereditarii plenariam warandiam in eadem constituendo fideiussores nostros, videlicet Ravenonem de Calenberg, Johannem dictum Berkule, milites, Hermannum de Calenberg, Conradum de Ytthere, Deythardum de Norde et .. dictum Hase in Blankenrode, famulos, qui fide data promiserunt, defectum super impeticione hereditaria in prefata parte decime in Snevede causatum se supplere vel, dum moniti fuerint, oppidum Wartberg intrare nec exire, quin defectus iure restaurandus penitus fuerit restauratus. *Die genannten Ritter siegeln.* Nomina testium: Conradus Schulthetus, Fredericus de Wellede, Raveno de Papenhem, Johannes de Dalhem, famuli, et plures fidedigni.

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, feria quarta ante Martini.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 449; beide Siegel von den Pgt.streifen abgefallen.

1489

1316 November 12

Symon dominus de Lippia *besiegelt mit anderen den von Bischof Ludwig von Münster* und frater Hermannus, Dei gratia Belonvilonensis ecclesie s. Johannis baptiste episcopus, *gefällten Schiedsspruch im Streit des Ritters Adolf von Saffenberg und des Knappen Konrad von Westerwinkel gegen die Johanniterkommende in Burgsteinfurt um den Nachlaß* domine Marsilie de Benthem.

Datum anno Domini m°ccc°sextodecimo, in crastino beati Martini episcopi hyemalis.

Zwei Urschrr. (A und B) Fstl. Archiv Burgsteinfurt, VIII Rep. II 1b. Nur an A ist das Siegel des Edelherrn Simon (Abb. II 86) erhalten. – Regest INA I 4 S. 212 Nr. 136; dsgl. (unvollständig) WUB 8 Nr. 1110.

1490

1316 November 18 Avignon

Papst Johann XXII bestätigt Heinrich Knollinch *als Kaplan der Kapelle der hll. Kosmas und Damian in Herford.*

Johannes episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Henrico dicto Knollinch, perpetuo capellano capelle sanctorum Cosme et Damiani Hervordensis Padeburnensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu perpetuam capellaniam cum pertinentiis suis, quam tu in capella sanctorum Cosme et Damiani Hervordensi canonice proponis adeptum, sicut eam iuste possides et quiete, tibi auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione XIIII Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno primo.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 144, Bulle verloren. Auf dem Bug rechts Ra., *darunter* Pascalis. *Auf der Rückseite oben:* Petrus de Nussia *unter dem Bug links: –– darunter:* De ista littera habebit Andreas Friso iii sol. grossorum, quos constabat in curia et presentetur isti Andree et non alteri. – *Reg. (Anf. 18. Jh.) mit Datum 1317 ebd., Msc. VII Nr. 3309 Bl. 5* (Specificatio III. Päbstische Bullen Nr. 7; *vgl. auch ebd. Bl. 6 Nr. 2*): (Confirmatio Johannis pontificis XXII super nova capella Cosmi et Damiani in ecclesia Hervordensi 1317).

1491

1316 November 25

Die Witwe Clementia verkauft dem Dietrich von Keritorp *eine Hausrente.*

Vor Conradus de Clinge iudex, Hermannus de Huxaria, proconsul, Gerhardus de Mengerinchusen, Siffridus de Buren, Bertoldus de Oddenhusen, Rodolfus de Clinge, Henricus de Corbyke, Conradus de Adorp, Thidericus Staldregere et Detmarus Kortleder, consules Montismartis, *verkauft* Clementa, vidua in Horhusen, de pleno consensu Thiderici, Johannis, Mathie, Hermanni,

Helwici, Cunegundis et Clemente, liberorum suorum, ceterorumque omnium ipsius heredum Thiderico de Keritorp et Mechthildi, uxori sue, pensionem sex solidorum ... in hunc modum, quod dicta Clementa vidua et sui heredes aut hii, qui domum suam in Horhusen versus marketmulen sitam inhabitaverint aut ipsius domus fundum possederint, ex ipsa domo seu domus fundo prefato Thiderico et Mechthildi, uxori eius, aut illi, cui ipsi hanc litteram presentaverint, in perpetuum annis singulis semper in festo Pasche unam unciam ovorum et in festo beati Michaelis *(= 29. Sept.)* sex solidos dicte monete et unum pullum favorabiliter et sine exceptione qualibet ministrabunt. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, ipso die beate Katerine virginis.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 66, abhängendes Siegel verloren. Rückschr. (14. Jh.): Ex domo Clementis vidue in Horhusen sex solidos. – *Abschr. (um 1408) ebd., Msc. I Nr. 121 Bl. 92^{v}f. – Druck: Prinz UB Busdorf Nr. 100.*

1492

(1316 Dezember 1 Bologna)

Angeblich bestätigte Papst Johannes XXII. an diesem Tage die Privilegien der Abtei Herford. Der Ausstellungsort Bononie *lehrt indes, daß dieses Privileg nur von Papst Johannes XXIII. (1410–1415) stammen kann (= 1410 Dezember 1), da Johannes XXII. Avignon nicht verlassen hat!*

Abschr. (17. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3303a II Bl. 8f.; dsgl. StBibl. München, Cod. germ. Nr. 2213 (Redinghoven'sche Sammlung) Bd. 48a S. 275, beide mit dem Datum Bononie, Calend. Decembris, pontificatus nostri anno primo. *Der Text entspricht wörtlich, abgesehen von einer Erweiterung* (Protectorium), *dem des Privilegs, das Clemens V. Herford am 13. Dezember 1311 verlieh (vgl. o. Nr. 948).*

1493

1316 Dezember 4

Der Ritter Hermann von Heerse verkauft dem dortigen Stift alle seine Güter in Holthusen *und* Stalpe ..

... Hermannus de Herse, miles, *verkauft mit Zustimmung* fratris mei Ludolphi de Herse, militis, domine Gisle, sue uxoris, et heredum ipsorum et ... domine Elizabeth, uxoris mee, Ludolphi, Elizabet, Lutberti, Hermanni, Henrici, Ecberti et Gerbergis, puerorum et heredum meorum, atque eorum, quorum ad hoc consensus erat merito requirendus, ... domine abbatisse et conventui atque ecclesie Herisiensi pro sexaginta et duabus marcis denariorum Paderbornensium, quas michi in parata pecunia numeraverunt et solverunt, omnia bona mea in Holthusen prope Gesike et in Stalpe, scilicet duas curias in Holthusen et unam in Stalpe, et quicquid in dictis villis habui cum pertinenciis eorundem bonorum universis et omne ius, quod mihi et meis heredibus in eis competebat. Quequidem bona ad officium seu villicacionem ecclesie Herisiensis Egwerdinchusen prius pertinebat et que in feudo prius habui ab ecclesia Herisiensi. Promisi itaque una cum heredibus meis prefate ecclesie predictorum bonorum, ubicumque et quandocumque requisitus fuero vel heredes mei, quod iustam eis prestabimus warandiam. Cedo igitur, resigno et dimitto una cum heredibus meis ex nunc manu et lingua[a)] eidem domine abbatisse et sue ecclesie omne ius, quod mihi et meis heredibus in perpetuum competere poterat aut competebat in bonis predictis, atque renuncio omni iuris canonici et civilis auxilio et beneficio iuris et facti, defensionibus et exceptionibus vel actionibus, que contra predictam venditionem mihi aut meis heredibus in futurum

possent aliqualiter suffragari, et constituo dominam abbatissam et suam ecclesiam Herisiensem predictorum bonorum veros, legitimos et perpetuos possessores. *Hermann und sein Bruder Ludolph siegeln.* Testes sunt Giso prepositus in Wilbodescen, magister Ludolphus, decanus ecclesie beatorum apostolorum Petri et Andree in Paderb(orn), Bertoldus, Henricus et Herbertus, canonici ecclesie Herisiensis, Conradus Scultetus, Raveno de Driborch, milites, Henricus Bulemast, Bodo Schele, famuli, Godefridus Pust et alii quam plures fide digni. *Auf Bitten der Gebrüder und des Stiftes Heerse siegelt außerdem Bischof* Theodericus *von Paderborn.*

Datum et actum ipso die beate Barbare virginis et martyris, anno Domini m°ccc°xvi°.[b]

Abschr. (15./16. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4510, Bl. 34, beglaubigt von dem Notar Johannes Brugginck. *Weitere Abschrr. ebd., Msc. VII Nr. 4510 A Bl. 67, VII Nr. 4511 S. 317 und 239, sowie Msc. V Nr. 10 Bl. 25.*

[a] Abschr.: ligua [b] Abschr.: 1°3°16°!

1494

1316 Dezember 8 Avignon

Papst Johann XXII. u. a. an den Erzbischof von Mainz und seine Suffragane. Er reserviert die Einkünfte des ersten Nachjahres von allen in den nächsten drei Jahren freiwerdenden Pfründen der päpstlichen Kammer. – Si gratanter advertistis –

Datum Avinione, sexto Idus Decembris, pontificatus nostri anno primo.

VatA, Reg. Vat. Bd. 63 B. 377°, Litt. de curia Nr. 161. Regest: Mollat IV S. 455 Nr. 4838; Vogt, Mainzer Reg. 1 Nr. 1872.

1494 a

1316 Dezember 8 Avignon

Papst Johann XXII beauftragt u. a. den Erzbischof von Mainz und seine Suffragane sowie die von ihm ernannten Kollektoren, die Einkünfte des ersten Nachjahres aus allen in den drei folgenden Jahren freiwerdenden Pfründen einzusammeln. – Si diligenter –

Datum Avinione, VI. Idus Decembris, pontificatus nostri anno primo.

VatA, Vat. Reg. Nr. 63 Bl. 387 Nr. 161. Regest: Mollat IV S. 455 Nr. 4939; Vogt, Mainer Reg. 1 Nr. 1873.

1494 b

1316 Dezember 8 Avignon

Papst Johannes XXII. zeigt dem Erzbischof von Mainz, seinen Suffraganen und Prälaten die Ernennung des Petrus Durandus, *päpstlichen Kaplans und Kanonikers zu Ebrun* (Elredunensis), *sowie des* Bernardus de Montevalrano, *Rektors* St. Marie de Verduno, *Bistums Toulouse* (Tolosani) *zu päpstlichen Kollektoren für seine Provinz an.*

Datum Avinione, sexto Idus Decembris, (pontificatus nostis) anno primo.

VatA Rom, Reg. Avignon Bd. 2 Bl. 38[b] bzw. Vatikan Bd. 63 Nr. 160 B de curia. Bl. 377[v]. Regest Mollat IV S. 455 Nr. 4940. – Vgl. WUB 8 Nr. 1117 (mit einer Zusammenstellung der von 1317 bis 1320 reichenden Nachrichten über die Tätigkeit der beiden Kollektoren).

1495

1316 Dezember 8 Avignon

Papst Johann XXII. beauftragt u. a. den Erzbischof von Mainz und seine Suffragane, sowie die Geistlichkeit seiner Stadt, Diözese und Provinz, den von ihm ernannten Kollektoren die ihnen besagten Einkünfte anzuweisen.

Datum Avinione, sexto Idus Decembris, (pontificatus nostri) anno primo.

VatA Rom, Reg. Avignon Bd. 2 Bl. 36a bzw. Vatikan Bd. 63 Nr. 159A de curia Bl. 377[v]. Diese Aufforderung erging an alle deutschen Kirchenprovinzen. Die Ausfertigung für Trier gedruckt bei Sauerland, Vatikanische Regesten zur Geschichte Lothringens I S. 132 Nr. 242. Mollat Regest IV Nr. 4941.

1496

1316 Dezember 10

... Gerhardus miles dictus Speghel et Agnes, ipsius uxor legitima, *übereignen* cum consensu et bona voluntate Conradi, Eckeberti, Frederici, Ludolfi, Heinrici, nostrorum filiorum, Agnetis, Godeste, Sophie, filiarum nostrarum, et aliorum nostrorum heredum duos mansos sitos in campo ville dicte Witmare cum omnibus suis usufructibus et pertinenciis, quos Radolfus dictus de Culte, civis in Volcmersen, et sui heredes a nobis in pheodo tenuerunt, ad petitionem eorundem ... monasterio in Aroldessen divine remunerationis intuitu et ob salutem animarum parentum nostrorum, donantes omne ius nostrum prefato monasterio, quod in antedictis mansis habere dinoscebamur, perpetuis temporibus possidendum. *Gerhard siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, feria sexta proxima post diem beati Nicolai episcopi.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 8037 (Kl. Arolsen), mit an Pgt.streifen anhängendem Siegel (Abb. II 134). – Abschr. (16. Jh.) ebd., Kop. Nr. 4 Bl. 42[v] bzw. 5 Bl. 11.

1497

1316 Dezember 10

... Rudolffus dictus de Culte, civis in Volcmarsen,[a] et Alheydis, uxor ipsius legitima, *verkaufen* matura delibaratione prehabita cum consensu et bona voluntate Henrici, Hermanni, Ludolffi, nostrorum filiorum, Alheidis, filie nostre, et aliorum nostrorum heredum duos mansos nostros sitos in campo ville Wytmare[b] cum omnibus suis usufructibus et pertinenciis, videlicet in campis,[c] silvis, aquis, pratis seu pascuis ... monasterio in Aroldessen perpetuis temporibus possidendos renunciantes una cum predictis nostris heredibus memoratis mansis ac ipsorum usufructibus simpliciter et in toto. Testes huius rei sunt Hermannus de Berndorp, proconsul, Gotscalcus Rufus, pistor, Gerlacus de Benvilte, Hinricus Monetarius, Adolfus, Hinricus Dives, Conradus dictus Speldere, Johannes Rufi, Conradus Tammonis, Sifridus de Immenhusen, Eckehardus dictus Groyde,[d] Vollandus, consules opidi Volcmersen,[e] Tylo de

Berndorp, Detmarus Bulle, Bernhardus dictus Wolff, Thifo dictus Pirrich,[f] cives ibidem, et alii quam plures fidedigni. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, feria sexta proxima post diem beati Nicolai episcopi.

Abschr. (A) (16. Jh.) StA Marburg, Kopiar Kl. Arolsen Nr. 4 Bl. 42^{v}; dsgl. (B) Kop. 5 Bl. 11^{v}.

[a] B: Volckmarssen [b] B: Wythmare [c] B: villis [d] B: Groide [e] B: Volcmarssen [f] B: Thiso dictus Pirrith

1498

1316 Dezember 13

Mit Zustimmung des Rates der Neustadt Herford überweist der Provisor der Kirchenfabrik dem Pfarrer Johann eine Rente von sechs Schillingen aus genannten Häusern.

Nos consules nove civitatis Hervordensis publice recognoscimus in hiis scriptis, quod Johannes Bolleman iunior, fabrice ecclesie nostre provisor, de maturo nostre universitatis consilio assignavit censum quatuor solidorum in domo magistri Henrici lapicide platea Christi militum sita, et duorum solidorum in domo Henrici de Wertere domino Johanni, plebano nostro, annuatim solvendum pro sex marcis, quas ipse plebanus accomodaverat in usus structure, tali conditione intermedia, quod predictarum domorum possessores superius videlicet nominati possint censum huiusmodi ab ipso plebano tempore sibi oportuno reemere, prior videlicet Henricus pro quatuor marcis suum et posterior suum pro marcis duabus, quam quidem recuperationem admittere debebit plebanus memoratus. Testes sumus Hermannus Wlfardi, proconsul, Johannes de Jůlenbeke, Johannes Bolleman senior, Boldewinus de Quernhem, Florekinus de Lon, Gerhardus pistor, Johannes Bredenbeke, Borchardus Serdo, Johannes de Lippia, Arnoldus de Lubbeke et Engelbertus Longus, tunc temporis consules, et in evidenciam ipsius facti sigillo communitatis nostre presentia communimus. Datum Lucie virginis, anno Domini M°CCC°sextodecimo.

Urschr. StA Münster, Stift St. Johann und Dionys, Herford, Urk. Nr. 36, mit dem abhängenden Siegel der Neustadt Herford (WS II 65,6), dem das Siegel des Bürgermeisters Wolfharding als Rücksiegel aufgedrückt ist (Abb. II 162). Abschr. (14. Jh.) ebd., auf einem Pgt.-Rotel, zusammen mit weiteren Urkunden, die Neustädter Kirche betreffend (1295–1333).

1499

1316 Dezember 21

Vor den consules nove civitatis Hervordensis *verkauft* Henricus de Haghen, concivis noster, ad nostram cum uxore sua et liberis universis veniendo presenciam ... censum annualem quinque solidorum, quem possederat in domo opidali Wernekini linitextoris infra opidum nostrum sita Mechthildi et Sophie dictis Wolderkinc iuris hereditarii tytulo possidendum quovis anno et perpetuis temporum successionibus eisdem matronis vel hiis, qui presens scriptum ostendendo ipsas successerint in possessione census prenotati. Huius facti testes sumus Hermannus Wlfardi, proconsul, Johannes de Jůlenbeke, Johannes Bolleman senior, Boldewinus de Quernhem, Florekinus de Lon, Arnoldus de Lůbbeke, Gerhardus pistor, Johannes de Lippia, Johannes de Bredenbeke, Borchardus Serdo, Engelbertus Longus, tunc temporis consules, *die das Siegel* nostre communitatis *ankündigen.*

Datum anno Domini M°CCC°XVI°, Thome apostoli.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 145, beschädigt und aufgezogen; das Siegel ist verloren.

1500

1316 Dezember 23

Bischof Dietrich von Paderborn versetzt dem Edelherrn Konrad von Schöneberg einen Hof in Klein-Daseburg.

Nos Theodericus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus tenore presen[cium litteram cognoscendo] publice protestamur, quod nobili viro domino Conrado [iuniori de Sconenberch,] .. uxori sue legitime eorumque veris et iustis heredibus [titulo pignoris obliga]vimus unam curiam sitam et locatam in minori[a)] villa [Dasburch, que continet quatuor] mansos, cum universis suis usufructibus et proventibus [quibuscumque tam in pratis, campis,] pascuis, quam in silvis pro centum marcis et quinqua[ginta marcis gravium dena]riorum Wartberg usualium quiete et absque aliqua inp[etitione possidendam, ita tamen, quod] nos Theodericus Dei gratia Paderbornensis [episcopus] predictus [vel aliter episco]pus [n]ost[er] successor memoratum curiam cum ipsius redditibus [redimere pos]sumus singulis annis infra festum Nativitatis Domini *(= 25. Dez.)* et festum Purificationis beate virginis *(= 2. Febr.)* pro centum et quinquaginta marcis gravium denariorum tunc Wartberg legalium contradictione cuiuslibet non obstante. *Der Bischof siegelt.*

Datum quinta feria ante festum Nativitatis Domini, anno ipsius M°CCC°XVI°.

Sehr beschädigte Urschr. StA Marburg, Herren von Schöneberg, Urk. Nr. 80b, Siegel vom Pgt.streifen abgefallen. Die Textlücken konnten aus einer etwa gleichzeitigen Abschr. auf Pergament, StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 444a ergänzt werden.

a) Urschr.: iuninori

1501

1316 Dezember 24

Der Ritter Hermann von Helfenstein reversiert über die Belehnung mit dem Hof in Arenberg *(Diöz. Trier) durch die Äbtissin von Herford.*

Noverint universi presentes litteras visuri et audituri, quod ego Hermannus dominus de Helfinsteyn, miles, recepi et recipio curtem dictam de Arenbergh cum omnibus suis pertinenciis, sitam in dyocesi Treverensi, et investituram eorundem bonorum nomine feodi, quod pertinet ad masculinum sexum, a venerabili domina, domina abbatissa ecclesie Hervordensis, michi concedente eadem bona, de quibus eius sum vasallas, et propter hoc sibi presto fidelitatis debitum in iuramentum cum pactis et condicionibus talibus, quod nichilominus de dicta curte et bonis pertinentibus in eadem solvam singulis annis terminis ad hoc statutis omnia iura, servicia et obsequia antiqua et consueta, prout hoc .. scabini dicte curtis sciunt et testantur, nec contra hoc me unquam opponam nec excipiam de iure vel de facto quoquo modo, recognoscens, ipsam dominam .. abbatissam esse veram dominam meam in bonis predictis et me ipsius vasallum et verum debitorem iurium, serviciorum et obsequiorum, que ab antiqua (!) .. abbatissis dicte ecclesie pro tempore existentibus fieri consueverunt. In cuius rei testimonium, quia investitura dictorum bonorum michi facta mediante venerabili viro domino Rorico, decano ecclesie sancti Georgii Coloniensis, extitit, presentes litteras eiusdem domini .. decani obtinui communiri et insuper sigillo meo sigillavi in testimonium premissorum. Et nos Roricus, Dei gratia decanus iam dictus sigillum nostrum ad preces dicti domini Hermanni, domini de Helfinsteyn, militis, predictum iuramentum fidelitatis facientis et promittentis se observaturam omnia et singula prenotata fideliter duximus

presentibus apponendum in testimonium premissorum. Datum in vigilia Nativitatis Domini, anno millesimo eiusdem trecentesimo sexto decimo.

Urschr. StA Koblenz, Abt. 16 Nr. 2, beide Siegel von den Pgt.streifen abgefallen. Rückschr. (15. Jh.): Littera domini Hermanni de Helphensten, quod recepit curtem in Arenberg in diocesi Treverensi m ccc xvi°, vigilia Nativitatis Domini N 46. – *Reg. (16. Jh.) StAM, Abtei Herford, Lehnsreg. Akten Nr. 11 S. 76.*

1502

1316 Dezember 25

Mit Zustimmung des Bischofs Dietrich von Paderborn verkaufen Bertold Stapel und seine Söhne dem Bertold Deckepenninch *den halben Zehnten und einen Hof in Ostschlangen.*

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus, quod in nostra presencia constituti Bertoldus Stapel, Johannes et Hermannus, eius filii, nostri ministeriales, recognoverunt se vendidisse Bertoldo Deckepenninch, .. Jutte, eius uxori legitime, et eorum veris heredibus dimidiam partem decime in Ostlanghen, curiam iuxta cymiterium ibidem, sicut eam Hermannus iunior de Kalenberg obligatam prius habuerat, curiam unam sitam in Bennehosen cum omnibus predictorum bonorum pertinenciis pro quadraginta marcis denariorum Paderborne et Sosati legalium. Hec bona predicta .. Bertoldus Stapel cum suorum filiorum voluntate nobis resignavit, et nos recepta tali resignacione contulimus ea Bertoldo Deckepenninch in feudum et .. Jutte, sue uxori legitime, ad vite sue tempora quoad usufructum. Adiectum est in hoc contractu, quod Bertoldus Stapel et sui filii reemere possunt predicta bona omnia pro quadraginta marcis supradictis a Bertoldo Deckepenninc, a sua .. uxore et eorum heredibus, si eos ad invicem heredes generare contingit. Si vero heredes pueros non generant ad invicem, tunc Bertoldus Stapel et sui filii seu quicumque eorum heredes legitimi fuerint[a] reemere poterunt predicta bona pro xl marcis predictis pecunia tali primitus persoluta. Huius rei testes fuerunt dominus Heydenricus, cantor, Wernerus de Patberg, Wernerus de Volmestene, canonici nostre ecclesie, Raveno de Dryborg, miles, Albero de Etlen et Johannes de Dryborg, famuli, cum aliis fidedignis. In huius testimonium ad preces ambarum partium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum viii. Kalendas Januarii, anno Domini m°ccc°xvii°.

Urschr. StA Detmold, L1 E VIII (Amt Horn) / 10 Nr. 1. Die Plica ist viermal durchgestochen, doch haben sich Spuren einer Besiegelung nicht erhalten. Nach einer beiliegenden Beschreibung des Archivars Wasserfall (1829/38) hingen damals das Siegel des Bischofs in braunem und das des ... (= Bertold Stapel) in weißem Wachs noch an. Die beigegebene Zeichnung zeigt einen Dreieckschild mit drei, zwei zu eins gestellten Stapeln, von denen der untere schrägrechts geneigt ist! Rückschr. (16./17. Jh.): Oistschlangisch Zehent. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 626, Curtze, Beiträge 3 S. 142 Nr. 101.

[a] Fehlt in der Urschrift

1503

1317

Confirmatio Johannis pontificis XXII. super nova capella Cosmi et Damiani in ecclesia Hervordensi 1317.

Regest (Anf. 18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3309 Bl. 5 (Specificatio III. Päbstische Bullen Nr. 7; vgl. auch ebd. Bl. 6 Nr. 2). Wahrscheinlich bezieht sich dieses Regest auf die päpstliche Bulle vom 18. Nov. 1316 (s. o. Nr. 1490).

1504

1317

Rudolphus Capler innovationem et confirmationem omnium privilegiorum Roma attulit, in specie monasterii Keminadensis, Visbeck, Schaken, Werben et SS. Minorum in Huxaria.

Erwähnt bei Paullini, Annales Corbeienses S. Danach StAM, Msc. I Nr.245 S. 507, I Nr. 247 S. 31, I Nr. 251 S. 90. Zweifellos eine Fälschung Paullinis! Derartige Privilegien des Papstes Johann XXII aus dem Jahre 1317 sind nur für Corvey und Wormeln vom 8. Juni 1317 bekannt. Vgl. u. Nr. 1567 und Nr. 1566.

1505

1317

Johann von der Hegge Bischofs zu Paderborn Willebrief vor Raven von dem Calenberg über dessen Brief des Zehenden zu Mülhausen von Ludolf Rave vor 40 Mark Silbers Warburger Gewichte und Werth.

De anno 1317 mit des Bischofs abhangenden Siegel.

Regest (18. Jh.) StA Münster, Dep. Herrsch. Desenberg XLII Abt. Canstein (Repertoria) *Bl. 1 Nr. 5.*

1506

1317

Copia Lehenbriefes von Joan von Ermelinghus, Abt zu Flechtorp, für Heinrich von Plettenberg, sonst geheißen Plasedreck, und Gerde von Ense, seinen Tochterman, mit zwey huben zu Aßen und mit dem Zehnten zu Aßen, geheißen das Padbergische guth, gelegen in dem Kirspel von Erwitte.

Anno 1317.

Regest StA Münster, Msc. I Nr. 170b S. 333 (Register des Corveyer Archivs von 1779) N. 483, Lehen von Schade fasc. 1 Nr. 2; vgl. dazu ebd., Lehen Nr. 621, 622 und 625 – aus Abgabe Oberlandesgericht Arnsberg III Nr. 8. Ob das Datum richtig ist? Am 16. Mai 1317 war ein H(einricus?) Abt in Flechtorf (vgl. u. Nr. 1557), der offensichtlich mit dem 1323 bezeugten Abt Heinrich (Seibertz, UB 3 Nr. 181) identisch sein dürfte.

1507

1317

Presentatio per Gotfridum de Hovele ex parte prepositi Schildecensi[1] super ecclesia in Dystedde coram archidiacono facta anno Domini 1317.

Regest StA Münster, Msc. II Nr. 181 Bl. 104 (nach dem Repertorium des [münsterischen] Domarchivs von etwa 1530).

[1] Graf Bernhard von Ravensberg!

1508

1317

Acta wegen Bestellung der Pfarr und Schulmeister, und sonsten Religionssachen annorum 1317.

Regest (1664) StA Münster, Dep. Herrsch. Desenberg XLII (Repertoria) *in:* Specificatio der Briefe und auf Bühne befindlichen Urkunden Nr. 188. Ob die Urkunde vom 27. September 1317 (u. Nr. 1614) gemeint ist?

1509

1317

Aufzeichnung über eine Belehnung des Knappen Detmar Duis *durch Graf Otto von Ravensberg.*

item demsulven Deitmar Duis ock gesaet Johans huis thor Wellen, der Wedtwen huis tho Temminck[a], einen koten Toppeshove[b], einen kathen Meibomes tho Berenhusen[c]. Datum mcccxvij.

demsulven Duis heft ein greve von Ravensberge to bute gegeven Everdes huis to Dreihusen in dem kerspel to Versmelde und dot[d] mach men mit den andern guiden wedderlosen.

Regesten (A und B) 16. Jh. StA Münster, Grafsch. Ravensberg, Lehen, Akten, Nachträge Nr. 7, dsgl. (C) (18. Jh.) ebd., Lehen Nr. 12 Bl. 7 (Copia eines alten Lehnsinventarii über einige Lehngüter in der Grafschaft Ravensberg). – *Druck: WUB 10 2. Aufl. 1977, Nachtrag S. 370f. Nr. 521a.*

[a] B: der wedewen huis to T., C der wetwen huis tho Prinich [b] B: Teppers, C Poppes [c] B: Bernhusen, C Barrenhusen [d] BC: dat

1510

1317

Vertrag des Edelherrn Simon zur Lippe mit der Stadt Lippstadt über die Ratswahl. Datum anno MCCCXVII.

Zwei gleichlautende Auszüge StA Detmold (15. und 16. Jh.), Rep. XXXVI, D 1 Nr. 1 (danach Druck: Overmann, Lippstadt, Privilegien und Recesse S. 9 Nr. 9). Gemeint ist der Vertrag vom 21. Mai 1317 (s. u. Nr. 1558).

1511

1317

(Ein Brief) datirt anno 1317, cuius initium: Nos Hermannus Dei gratia domicellus et comes de Everstein … promittit consulibus oppidi Huxariensis foederata (!) sonam puram ratione captivitatis sue, quam etiam iuramento confirmavit.

Regest in einem Jahre 1628 zu Corvey aufgestellten Inventarium über Höxtersche Urkunden, StA Münster, Msc. I Nr. 148 Bl. 70^{v}.

1512

1317

Ein lateinischer Pergamainbrief, woran nur ein von denen vier darunter gehangenen Siegeln zu erkenn(en), des Inhalts, so viel man propter obscuritatem literarum erkennen könn(en), daß Conradus de Papenheim, Johannes dictus Borkul[a)], Raveno et Herboldus[b)] milites et ceteri mit mehr andern darin inprimirten rittermäßigen Heren eine Confoederation gemacht, in gefährlichen Zeiten zusammen zu tretten und sich zur Defension zu stellen. De anno 1317.

Regest (17. Jh.) StA Münster, Dep. Herrsch. Desenberg, Abt. Canstein: Designation et explicatio deren zu Mengeringhausen bey mir gehabten Cansteinschen Briefschaften Nr. 2. *Ob das Datum richtig?*

[a)] So statt richtig: Berkule [b)] Zweifellos die beiden Brüder von Pappenheim!

1513

1317

Nos Raveno de Calenberg, miles, sextam partem decime, site in Mennen, pro tredecim marcis puri argenti Herboldo de Papenheim, militi, nostro consanguineo, vendidimus, intra tres annos ... zu reluiren ...

Regest (18. Jh.) Archiv Erpernburg, Bibl. Msc. B 21 Bl. 236^{v}. Vgl. die Urk. Nr. 1730 vom 29. September 1318!

1514

1317

Litterae iudicis et consulum Montis Martis de venditione domus. 1317.

Regest StA Münster, Msc. I Nr. 242b S. 118 Nr. 17. Ob identisch mit der Urkunde vom 26. August 1317 (u. Nr. 1606)?

1515

1317

Ludwig Post verzichtet auf alle Rechtsansprüche an den Hof Blakehove, *den der Ritter Bernhard Top dem Stift Schildesche geschenkt hat.*

Ego Lodewicus dictus Post tenore presencium recognosco publice protestando, quod una cum uxore mea Salome et filio meo Bernardo omne ius, quod habemus in domo, que dicitur Blakehove cum attinenciis suis, quam dominus Bernardus miles dictus Top contulit ecclesie in Scildesche, ut ibidem anniversarius suus et parentum suorum perpetuo peragatur, predicte ecclesie libere resignamus et collacioni facte presentibus consentimus. In cuius resignacionis et consensus testimonium sigillum meum et sigillum Alexandri militis dicti Top presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°CCC°XVII°.

Urschr. StA Münster, Stift Schildesche, Urk. Nr. 44, mit noch einem abhängendem Siegel: Alexander Top (WS IV 249,11). – Reg. (um 1600) ebd., Msc. VII Nr. 3315 S. 5.

1516

(1317) Ahlen

Der von Kindlinger, Sammlung merkwürdiger Nachrichten und Urkunden für die Geschichte Deutschlands 1, 1806, S. 130 zum Jahr 1317 gesetzte Spruch des Edelherrn Simon zur Lippe über die Zulässigkeit von Blutrache bei der Tötung von Straßenräubern auf einem Tag in Ahlen gehört wohl ins Jahr 1319 (vgl. auch Lipp. Reg. 2 Nr. 652 und WUB 8 Nr. 1303). Am 28. März 1319 schlossen der Bischof von Münster, die Grafen v. d. Mark, Gottfried von Sayn, Otto von Tecklenburg auf einem Tag zwischen Ahlen und Hamm ein Bündnis (WUB 8 Nr. 1320). Die Anwesenheit des Grafen von Sayn auf beiden Tagungen läßt vermuten, daß diese zeitlich zusammen gehören. Vgl. u. Nr. 1767 und Nr. 1768.

1517

1317 Januar 2

Mechthild, Witwe des Heinrich Meghedeveld *und ihre Söhne verkaufen dem Kloster Arolsen ihre Güter in* Heyde.

... nos Mechildis, relicta quondam Henrici dicti Meghedeveld pie recordationis, Henricus et Hermannus, filii ipsius, ac ceteri eiusdem heredes prout presentibus[a)] publice profitemur matura deliberatione prehabita, omnia bona nostra sita in maiore mirica dicta vulgariter „Heyde", ac etiam in minore mirica cum omnibus suis usufructibus, iuribus, proventibus et pertinenciis in campis, silvis, aquis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, monasterio in Aroldessen perpetuis temporibus possidenda vendidimus, renuntiantes eisdem integraliter et in toto. Testes huius rei sunt dominus Johannes dictus Bulle, quondam prepositus in Aroldessen, dominus Conradus, in Wettere plebanus, Godescalcus de Molehosen, Johannes de Vassenbicke, milites, Hermannus de Berndorp, proconsul, Gotscalcus Rufus, pistor, Gerlacus de Benvilte, Henricus Monetarius, Conradus dictus Spelder, Henricus Dives, Adolffus, Johannes Rufi, Conradus Tammonis, Sifridus de Immenhusen, Vollandus, Eckehardus dictus Groyde, consules in Volckmersen, *die auf Bitten der Aussteller ihr Stadtsiegel anhängen.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, in crastino Circumcisionis Domini nostri Jesu Christi.

Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Kopiar d. Klosters Arolsen Nr. 4 Bl. 43.

[a)] Abschr.: presentis

1518

1317 Januar 15

Der Rat der Stadt Höxter befreit das Haus des Klosters Amelunxborn in der Stadt von allen Stadtlasten bis zur Ablöse einer Schuld von 15 Mark.

Nos Lambertus de Luchteringen et Johannes de Dessle, magistri consulum, Johannes de Voltessen,[a)] Herbertus iuxta rivum, Lambertus de Storke, Roppertus, Ghevehardus, Tidericus dictus Stenwerte,[b)] Tydericus Bocholti,[c)] Gotscalcus Cerdonis,[d)] Tidericus dictus Overhof et Tidericus dictus de Corbeye, consules opidi Huxariensis, recognoscimus presentibus publice protestando,[e)] quod religiosis viris, domino abbati et conventui monasterii Amelungesborne, ordinis Cisterciensis Hildemensis diocesis,[f)] persolvere tenemur in[g)] quindecim marcis argenti puri pro domo sua in opido nostro predicto scita[h)], que fuerat Johannis dicti Crusen, quondam conburgensis nostri. Quam diu autem[i)] eisdem religionis dictam pecunima non persolveremus, iidem religiosi ab omnibus contribucionibus, que

vulgariter dicuntur „schot“[k], tam de domibus quam etiam denariis, qui dicuntur communiter „brugepenninge“, nocturnis vigiliis dumtaxat exceptis[l] manere debent interim quiti[m] totaliter et immunes. Et nos religiosos predictos cum personis et bonis eorundem intra muros nostri opidi supradicti tamquam nostros conburgenses tueri iugiter volumus et debemus. In cuius rei robur et testimonium nos consules antedicti sigillum oppidi nostri memorati presentibus duximus apponendum. Actum presentibus Henrico priori, Johanni de Eymbeke,[n] Johanne de Webeke[o] et Arnoldo de Swal(enberge), monachis monasterii supradicti. Datum sabbato proximo[l] post octavam Epyphanie[p] Domini, sub[q] anno incarnationis eiusdem m°ccc°xvii°.

Abschr. (A) (Ende 14. Jh.) SchloßA Corvey, Stadtbuch von Höxter Bl. 44^{v}, dsgl. (B) ebd. datum per copiam *(um 1400) Bl. 11^{v} (mit dem Datum:* sabbato proximo post Epyphaniam Domini); *dsgl. (15. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 109 (C) (Kopiar Amelunxborn) Bl. 76 (mit dem richtigen Datum). – Abschr. (Falke) StA Wolfenbüttel, Hs. VI B Nr. 6, Bd. 2 S. 715. – Reg. (17. Jh.) StAM, Msc. I Nr. 245 S. 506. – Regest: Leesch S. 436 zum 8. Januar 1317 (!).*

[a] B: Volzen [b] B: Stenuerte, C: stenworte [c] B: Tidericus Bokholti [d] B: serdonis, C: Loghere [e] BC: presentibus publice protestamur [f] BC: dyocesis [g] Fehlt in BC! [h] BC: sita [i] Fehlt in B! [k] B: schůt [l] Fehlt in B! [m] B: interim debent; quiti fehlt! [n] BC: Embecke [o] C: Wabeke [o] Fehlt in B! [p] B: ephifania [q] Fehlt in BC

1519

1317 Januar 20

Die Richter des Mainzer geistlichen Stuhles befehlen dem Offizial des Propstes zu Fritzlar und dem Pfarrer zu Löwenstein, die gegen Heinricum de Sweinsberg, canonicum ecclesie Fritzlariensis, Wernherum de Westerburg et .. dictum Lewenstein, filium quondam Hermanni de Rumerode, castrenses in Lewenstein et in Itere, *wegen Unterstützung des Deutschordensbruders Heinrich von Schweinsberg verhängte Exkommunikation allsonntäglich zu publizieren.*

Datum

Hier nach dem Druck im Hess. UB 1,2 S. 230f. Nr. 306.

1519 a

1317 Januar 23

Die Ritter Arnold de Haversvorde *und Wasmod* de Hagen *erklären, daß sie zu den Zeiten, da sie die Burg Gieselwerder* (Werdere) *mit Zubehör in den Besitzungen des Klosters Lippoldesberg in den Wäldern von* Hoyeberg, Walesborg, Caleberg, Bennenhosereholt, *in den wüsten Dörfern* Ludenbeke *und* Wigmannessen, *dem Dorfe* Lippoldesberg *(ausgenommen die* causae sanguinis*) und an den Fischereien in der Weser, besonders in der Furt* Rosenbul *besaßen, doch niemals ein Recht sich angemaßt hätten, das den alten Besitz des Klosters irgendwie hätte behindern* (impedire) *können. Wenn jemand ihnen vorwerfe, sie hätten zu ihrer Schande und zu des Klosters Schaden bei dem von ihnen mit der Mainzer Kirche geschlossenen Vertrag über den Verkauf der Burg diese Besitzungen des Klosters dem Erzstift mitverkauft, so erklären sie dies für falsch.*

Datum anno Domini 1317, X. Kalendas Februarii.

Urschr. StA Marburg, Kl. Lippoldsberg, Urk., mit den Siegeln des Ausstellers (WS IV 235,14) und des Ritters Heinrich von Bovenden, Kastellans auf der Burg Gieselwerder. – Hier nach dem Regest bei Will, Reg. Erzb. Mainz 1 Nr. 1881.

1520

1317 Januar 25

Vor Richter und Rat der Stadt Marsberg verkaufen Gottfried Wittebeckere *und seine Frau der Begine Elisabeth* Slicwegen *eine Rente.*

Nos Conradus de Clinge, iudex, Gotfridus Snarman, proconsul, Bodo de Dodinchusen, Henricus de Nutlon, Gotfridus Boldyken, Hermannus Udonis, Henricus Bertrammi, Hermannus Stoche, Johannes Havesalde, Ludolfus Sprinke, Henricus de Esbyke, Waltherus Ruffi et Herboldus Sumer, consules Montismartis, universis presentia visuris seu audituris cupimus publice notum esse, quod Gotfridus Wittebeckere et Alheydis, uxor eius, de pleno consensu omnium suorum heredum pensionem unius marce denariorum Mersberg usualium Elyzabet Slicwegen, beckine, vendiderunt pro duodecim marcis dicte monete sub hac forma, quod ipse Gotfridus Wittebeckere et eius uxor ipsorumque liberi et heredes aut hii, qui pro tempore domum ipsius Gotfridi iuxta domum Conradi de Roden sitam inhabitaverint vel fundum ipsius domus, si domus ipsa destructa forte fuerit, possederint, ex ipsa domo vel domus fundo prefate Elyzabet beckine, quamdiu vixerit, et ea mortua domino Henrico et Johanni converso, fratribus eius, ac post mortem dictorum fratrum suorum domino Johani (!) Hustide, consanguineo ipsius beckine, et eo mortuo .. abbati et .. conventui in Breydelaria huiusmodi unius marce Mersbergensis pensionem in perpetuum annis singulis semper in festo beati Martini *(= 11. Nov.)* favorabiliter ministrabunt. *Elisabeth gewährt Gottfried und seinen Rechtsnachfolgern das Rückkaufsrecht jeweils zwischen Martini und Weihnachten. Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, ipso die Conversionis Pauli.

Urschr. StA Münster, Kl. Bredelar, Urk. Nr. 161, abhängendes Siegel verloren. – Abschr. (17. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 201 I Bl. 186^{v} Nr. 17.

1521

1317 Januar 26

... Megthildis Dei gracia abbatissa ecclesie Molenbeccensis, scilicet soror comitum ac dominorum in Swalenberge, *verbessert zu Ehren des Festes der Verkündigung Mariens (= 25.März) die Präbenden des Kapitels, wofür nach ihrem Tode ihr Gedächtnis gefeiert werden soll* ... Ut autem hec firmius roborentur et ne ab aliqua persona succedente in posterum vicientur nos Symon nobilis dominus Lippensis, existens provisor ac defensor dominii in Sterenberge, sub sigillo nostro premissa eciam publice protestamur.

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, in die secundo Conversionis beati Pauli apostoli.

Urschr. StA Bückeburg, Orig. Des. 21 Nr. 13, drei Siegel verloren. – Abschr. (16. Jh.) StA Detmold, Directorium super bona *(D 71 Nr. 2 S. 434ff.). – Druck (nach der 1943 im StA Hannover verbrannten Urschrift des Directorium, Fotokopie: StA Bückeburg, Des H 175b I Nr. 1): UB Möllenbeck 1 Nr. 83 (dort irrig* domini *statt* dominii*!). Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 627; WUB 10 (2. Aufl.) Nachtrag S. 371 Nr. 522a. Mechtild, Gräfin von Schwalenberg erscheint als Äbtissin von Möllenbeck seit 1284 (UB Möllenbeck 1 Nr. 256 vom 8. Aug. 1284) und bis 1320 (Dez. 13; ebd. Nr. 15). Ihre Nachfolgerin Agnes, Gräfin von Sternberg regierte bereits 1324 (Juli 27; ebd. Nr. 228). Nach dem Möllenbecker Nekrolog starb Mechtild an einem 7. Januar (vgl. ZVatGeschAltkdeWestf. 3, 1840 S. 91 und 105f.).*

1522

1317 Februar 2

Konrad de Cygno *verkauft der Propstei Marsberg Güter in* Elern.

Vor Conradus de Clinge, iudex, Gotfridus Snarman, proconsul, Bodo de Dodinchusen, Henricus de Nutlon, Gotfridus Boldyken, Hermannus Udonis, Henricus Bertrammi, Hermannus Nothe, Johannes Havesalde, Ludolfus Sprinke, Henricus de Esbyke, Waltherus Ruffi[a)] et Herboldus Sumer,[b)] consules Montismartis, *verkauft* Conradus de Cygno dictus, de pleno consensu Jutte, uxoris sue, ac Johannis, Conradi et Gerhardi, filiorum suorum, necnon et de bona voluntate Gertrudis, sororis sue, ac Hildebrandi, mariti ipsius Gertrudis, ceterorumque omnium suorum heredum duo bona in Elern sita, que Henricus Monikemegere et Kolwagen, frater eius, colunt, cum universis dictorum bonorum iuribus et appenditiis viris discretis et honestis domino .. preposito et conventui ecclesie Montismartis ... Que bona in Elern cum suis attinentiis omnibus dictus Conradus de Cygno et Jutta, uxor sua, ipsorum filii ac heredes prenotati, quoandocumque ab ipsis requisitum fuerit, coram venerabili domino nostro, domino .. abbate Corbeyensi, apud quem dictorum bonorum ius residet pheodale, ad manus et possessionem perpetuam dictorum .. prepositi et conventus Montismartis sine omni contradictione benivolenti resignabunt, quem admodum et dictis bonis renuntiaverunt coram nobis. Testes huius rei sunt Johannes Stephani, Hermannus et Conradus fratres de Huxaria, Thidericus de Keritorp[c)], Hermannus Monetarii, Conradus de Oddenhusen, Thidericus Gensegreve aliique plures fidedigni. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, ipso die Purificationis Marie.

Urschr. StA Münster, Kl. Dalheim, Urk. Nr. 62, mit dem an Pgt.streifen anhängenden Siegel der Stadt Marsberg (WS II 66,3). Rückschr. (15. Jh.): Has litteras contulit et transtulit conventus Montismartis conventui regularium in Dalhem. *Das geschah im Jahre 1470 (vgl. ebd., Kl. Dalheim, Urk. Nr. 223 bzw. Archiv Alt. Ver. Paderborn, Cod. 112 Bl. 69^{v}f. und Bl. 52^{v}ff. – Abschr. (B) (16. Jh.) Archiv Alt. Ver. Paderborn, Cod. 112 Bl. 69.*

a) B: Ruffin b) B: Surin c) B: Kirtorpp

1523

1317 Februar 5

Bernhard zur Lippe, Dompropst zu Paderborn und Minden schließt mit Graf Heinrich von Schwalenberg ein Bündnis.

In nomine Domini amen. Nos Bernhardus de Lyppia, Dei gratia Paderbornensis et[a)] Mindensis ecclesiarum prepositus, recognoscimus publice per presentes, quod inter nos ex una et nobilem virum, dominum Henricum comitem de Swalenbergh, nostrum consanguineum, ex parte altera amicicie specialis et infrascripta fidelitatis unio intervenit, videlicet quod ipsi contra quemlibet seu quoscumque sibi iniuriam facientes fideliter adiuvando astabimus, prout possumus et valemus ita, quod omnes moniciones nostre, castra et oppida sibi suisque ad intrandum et exeundum erunt[a)] in antea[b)] exposita et aperta, quando sibi videbitur oportunum. Preterea si zonam sive concordiam inter nos, .. abbatem et conventum de monasterio ordinis sancti Benedicti ex una et nobiles viros dominum Albertum, seniorem comitem de Swalenbergh, ac Albertum, eius filium, ex parte altera super discordia inter nos habita ordinatam et indictam contingeret violari aut aliqualiter infirmari, tunc predictus comes Henricus nobis firmiter astabit et fideliter omnimodo nos iuvabit pro suo posse, sicut nobis videbitur expedire. Premissa

omnia et singula sibi data fide promisimus et promittimus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium presentes litteras[c] sigillo patris nostri, domini Symonis de Lyppia, et nostro fecimus roborari. Datum anno Domini M°CCC°XVII°, sabbato die Agate virginis, presentibus domino Hermanno, abbate de Monasterio, Johanne Bodinctorp, Gerhardo Silinctorp, Hermanno de Ottersen, famulis, ad hoc pro testimonio advocatis.

Urschr. StA Marburg, Waldeckisches Archiv, Urk. Abt. 6, Auswärtige Beziehungen (Lippe) Nr. 770, mit noch einem anhängenden Siegel: Bernhard zur Lippe (WS III 132,8). – Regest: WUB 8 Nr. 1132 (fehlerhaft), WUB 10 Nr. 524 (unvollständig).

[a] Von hier an mit hellerer Tinte [b] Urschr.: aña [c] Fehlt in der Urschrift

1524

1317 Februar 6

Ritter Hermann von Heerse resigniert der Abtissin von Heerse die dieser verkauften Güter in Stalpe *und* Holthusen.

Vor Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis *und* Sophia, abbatissa ecclesie secularis Herisiensis nostre diocesis, *resigniert* Hermannus de Herse, miles, cum quatuor filiis suis voluntarie *der Äbtissin* bona in Stalpe et in Holthusen iuxta Gesike, que vendidit sub certa forma eisdem. Eisdem bonis cesserunt ibidem quatuor filii supradicti, Elisabet eciam uxor legittima militis supradicti, coram Ludolpho, decano orientalis ecclesie, et Reynhardo Crevet, milite, ac Henrico, Bertoldo et Johanne, presbiteris de Herisia, tamquam coram nostris nunciis ad hoc destinatis, cessit eisdem bonis asserens, se ratam habituram vendicionem supradictam. Pro ceteris vero pueris nunc absentibus fideiussores dati fuerunt prefatus Hermannus de Herse, miles, Ludolphus eius filius, Henricus de Osterhusen, eius gener, Reinhardus Crevet, miles, et Bertoldus de Lippia, famulus, qui fide data simul et in solidum promiserunt abbatisse et clericis de Herisia nomine ecclesie, quod pueri absentes ratam habebunt vendicionem, quam fecit pater ipsorum, et quod usque ad festum Pasce et deinceps infra unum annum proximum iidem pueri cedere debent coram abbatissa Herisiensi bonis supradictis, alioquin extunc predicti fideiussores moniti post quindenam civitatem Paderbornensem intrabunt unum hospitium ad iacendum non recessuri, nisi prius inpleant, quod legaliter promiserunt. Premissa omnia acta fuerunt nobis presentibus et coram abbatissa supradicta presentibus eciam domino Bernhardo preposito nostre ecclesie, Ludolpho decano orientalis ecclesie, Henrico Bolemast, Conrado scriptore et multis aliis clericis et laycis fidedignis. *Der Bischof siegelt.*

Datum in die dominica Exurge, anno Domini 1°3°17°.

Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4510 Bl. 34[v], beglaubigt von dem Notar Johannes Brugginck; *dsgl. (mod.) ebd., Msc. 4511 S. 241 und 320 (beide mit 1316!) und Msc. V Nr. 10 Bl. 23 (ebenfalls mit 1316). Dsgl. (mod.) Einzelabschr. ebd., Stift Heerse, Urk. Nr. 27a.*

1525

(vor 1317 Februar 10)

... en recht len, unde wise vort se, were dat miner to kort worde ...

Rest eines niederdt. Textes auf einem Siegelstreifen der Urkunde vom 10. Febr. 1317 (s. u. Nr. 1526).

1526

1317 Februar 10

Die Äbtissin Irmgard von Herford beurkundet eine Rechtsfindung ihrer Ministerialen.

Irmegardis, Dei miseratione abbatissa, .. preposita, .. decana totusque pariter conventus ecclesie Hervordensis secularis, .. ministeriales, .. scabini et consules ecclesie et civitatis Hervordensis, universis, ad quos presens instrumentum devenerit, salutem et infrascriptorum dinoscere veritatem. Ad omnem ambiguitatis scrupulum de quorumcumque, ad quos pertinere dinoscitur cordibus evellendum, presentis scripti tenore duximus universi pariter et singuli protestandum, approbatam et a tempore, cuius memoria non existit, prescriptam fuisse pariter et esse in ecclesia Hervordensis prius dicta consuetudinem, immo verius iusticiam vigore plenam, qoud decedente aliquo ministeriali ipsius ecclesie aut vasallo, is qui tamquam ipsius decedentis successor feudum aut homagium sibi ab ecclesia vult concedi aut de ipso per nos abbatissam prius dictam aut aliam exigit investiri, equum[a] meliorem dextrarium vel caballum, quem decedens habuit in extremis, sub eo valore, quo fuit, cum ipse decedens egritudinem incideret, dominio presentare debebit et eo sub iuramento taliter presentato fidelitatem sub iuramento nomine vasalli vel ministerialis, antquam de feudo investiatur, prestabit. Unde nos Yrmegardis abbatissa sigillo nostro pro nobis et nos .. preposita, .. decana et conventus predicte sigilli capituli nostri pro nobis, nos vero ministeriales scilicet Johannes Gogravius, Swederus de Buscho, Reynherus de Vorencampe, Florencius et Godefridus dicti de Quernhem, milites, Hermannus, Reynherus Gogravii, fratres, Johannes, Everhardus, Gerhardus, Boldewinus dicti de Quernhem fratres, Johannes de Arnholte et Lubbertus, Gerhardus et Albertus fratres dicti de Molendino, famuli, ceterique ministeriales, nos etiam scabini et consules Hermannus de Hagen et Gerhardus, fratres, Johannes et Henricus Frisones fratres, Albertus de Rentelen, Reynherus de Bechterdisse, Johannes Vidue, Hermannus Huffeke, Hermannus Stenbickere, Johannes de Libbere, Arnoldus Oltbackene, Fredericus Kelemunt et Johannes Ghersteldoc ceterique cives Hervordenses sigillo communitatis Hervordensis pro nobis unanimiter antedicta protestamur per omnia sic se habere et antiquitus habuisse. Datum anno Domini M°CCC°XVII°, Scolastice virginis.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 146, die zwei ersten Siegel von den Pgt.streifen verloren, das dritte: Stadt Herford (WS II 69,4) mit RS (WS III 91,2). Rückschr. (15. Jh.): de herwadiis dandis per vasallos Hervordenses. *Auf dem letzten Siegelstreifen Rest eines niederdeutschen Textes (s. o. Nr. 1525). – Reg. (16. Jh.) ebd., Lehnsreg. Nr. 11 S. 85.*

[a] *Urschr.: equm*

1527

1317 Februar 10 Ahlen

Symon, herre van der Lippe, Henrick greve van Waldecke, *u. a. besiegeln des Vertrag zwischen Bischof Ludwig von Münster und Graf Engelbert von der Mark wegen der Burg Patzlar und des Gogerichtes zu Ascheberg.*

Diese rede is geschien in der alden kerichen zu Alen an dem dusensten drehundersten seventiendesten jare na Godes bůrde, in dem dage sente Scolasticen der juncvrowen.

Urschr. StA Münster, Domkapitel Münster, Urk. III G Nr. 2, mit 11 Siegeln, an vierter Stelle das des Edelherrn zur Lippe (Abb. II 86) und an fünfter das des Grafen Heinrich von Waldeck (Abb. II 144). – Druck: WUB Nr. 1135 (dort irrig auf Botzlar bezogen; vgl. dazu Joseph Prinz, Die parrochia des hl. Liudger: Westfalica sacra, Quellen und Forschungen zur Kirchengeschichte Westfalens, hgg. von Heinrich Börsting und Alois Schröer 1, 1948, S. 39f.) mit weiteren Hinweisen.

1528

1317 Februar 22

Graf Hermann von Everstein überläßt dem Propst Friedrich von Corvey Besitz in Ilse, den dieser dem Knappen Hermann Hake nach Lehnsrecht übertragen hat.

Nos Hermannus nobilis domicellus, comes de Eversten, in hiis scriptis recongnoscimus et publice profitemur, quod bona voluntate et consensu heredum nostrorum dimittimus dilecto nostro Fredrico, preposito in Rodde, et ecclesie Corbyensi tres mansos cum dimidio agri, sitos in Ylsa libere cum omni usu et utilitate, de quibus inter nos et dictum prepositum fuit dissentio. Insuper protestamur liquide et nobiscum carus noster consanguineus Hermannus de Bracle, famulus, quod Fredricus prepositus pretaxatus contulit prefatos tres mansos cum dimidio iure pheodali Hermano dicto Hake, famulo, ad tempora vite ipsius Hermanni, sic tamen, quod post mortem eius heredes sui nichil iuris seu usus habebunt in agris prelibatis, sed quod absolute ad preposituram in Rode revertantur. *Graf Hermann und Hermann von Brakel siegeln.*

Datum ipso die Cathedre sancti Petri, anno Domini m°ccc°xvij°.

Urschr. StA Münster, Kl. Kemnade Nr. 28, beide an Pgt.streifen angehängte Siegel verloren. – Abschr. (Falke) StA Wolfenbüttel, Hs. VI B 6 Coll. 2 S. 107 (nach der Urschr. mit zwei Siegeln [in illo: leo]); *dsgl. (Spilcker) Hist. Ver. Niedersachsen, Msc. 220 Bd. 19 S. 156 (beide Siegel ab!). – Reg. (17. Jh.) StAM, Msc. I Nr. 245 S. 508 und Nr. 247 S. 31 (ohne Tagesdatum). – Druck: Spilcker, Everstein, UB S. 266f. Nr. 319 (nach der Urschr.). – Regest: v. Hake S. 59.*

1529

1317 Februar 23

Ritter Raveno von Kalenberg verkauft ein Viertel des Zehnten in Menne seinem Oheim Konrad von Pappenheim.

Nos Raveno miles dictus de Calenberg notum esse cupimus per presentes, quod de consensu .. uxoris nostre omniumque heredum nostrorum bona voluntate vendidimus quartam partem decime in Menne nobis pertinentem cum omnibus suis usufructibus et pertinentiis pro quinquaginta marcis puri argenti et dimidia patruo nostro Conrado de Papenhem, militi, ac suis veris heredibus libere possidendam. Quo facto idem patruus noster commisit nobis ac heredum nostrorum optioni de suo voluntario ac benivolo consensu, quod possumus, quandocumque et tempore quocumque voluerimus, pro summa argenti puri superius expressa ipsam quartam partem decime reemere contradictione alicuius non obstante. Adiectum est etiam, quod sepedictus patruus noster cum suis heredibus habebit facultatem dictam quartam partem decime pro summa argenti supradicta tytulo pignoris[a] obligandi pro salute anime sue eo iure, quo possidet, ad quemcumque locum decreverit aut cuicumque persone voluerit donandi nomine testamenti et legandi. In huius facti testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Acta sunt hec anno Domini m°ccc°xvii°, in vigilia Mathye apostoli.

Urschr. Archiv Alt. Ver. Paderborn, mit kleinem Randstück des Siegels. – Auszug StAM, Dep. Herrsch. Desenberg, Abt. Canstein, Alte Sign. b 38 Bl. 1 (vorl. Nr. 1445). – Regest: Stolte S. 143.

[a] Urschr.: pingeneris

1530

1317 Februar 24

Hermannus et Johannes famuli, fratres de Adorp *verkaufen* dem Siffridus de Busen ac Fredebergi, uxori, *ihr Gut in* Erdelinchusen. – Goscalcus de Padberg, miles[a]...

Unvollständiges Regest (A) Archiv Alt. Ver. Paderborn, Acte Nr. 75; dsgl. (B) (17. Jh.) StAM, Msc. I Nr. 242 b S. 118 Nr. 16 (ohne Tagesdatum).

[a] Dieser Name nur in B

1531

1317 Februar 27

... *Vor* .. iudex, magistri .. consulum et .. consules oppidi Soltkoten ... *verkaufen* Gerbodo, Hyldegundis, uxor sua legitima, Arnoldus, Gerwinus, Johannes, filii, Gertrudis et Hyldegundis, filie, et .. heredes eorum legitimi ... pensionem sive censum annuum quinque solidorum denariorum Paderborne legalium .. honorabilibus viris .. decano et capitulo ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum in Paderborne pro quinque marcis denariorum predictorum eis datis et numeratis de domo sua, que quondam fuerat Johannis de Medelon infra opidum nostrum Soltkoten sita iuxta domum .. vidue de Ostinchůsen, percipiendos de dicta domo pacifice annis singulis et habendos in festo archangeli beati Michahelis *(= 29. Sept.)* constituentes .. emptores prefatos dicti census veros exnunc in antea possessores. *Stadtsiegel.*

Datum Soltkotten III° Kalendas Marcii, anno Domini millesimo CCC°XVII°.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 67, Siegel von Schnur ab. – Rückschr. (14. Jh.): Quinque solidos ex domo Johannis Medelen in Soltkaten. – *Abschr. (um 1408) ebd., Msc. I Nr. 121 Bl. 68v. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 101.*

1532

1317 März 4

Der Ritter Raveno von Kalenberg verkauft seinem Oheim, dem Ritter Konrad von Pappenheim, sechs Höfe aus der Villikation Pappenheim.

... Raveno de Calenberg, miles, *und seine Erben verkaufen* Conrado de Papenheim, militi, patruo nostro, Mechtildi, uxori ipsius, eorumque heredibus universis sex mansos villicationis in Papenheim ... pro trecentis marcis denariorum Warburgensis pagamenti et pro viginti marcis argenti puri cum suis usufructibus universis iusto titulo emptionis hereditarie et libere possidendos tali conditione, quod predictus patruus noster, Mechtildis, eius uxor, vel eorum heredes de quatuordecim mansis dicte villicationis nos contingentibus singulis annis sex mansos eligere poterunt et debebunt meliores. *Das jederzeitige Rückkaufsrecht bleibt dem Verkäufer gewahrt.* Ceteroquin si denarii in peius vel melius mutati fuerint tempore reemptionis, marca[a] soluta denariorum in unam marcam argenti mutetur[b] et pro una marca argenti reputetur[c]. Preterea si ecclesiam Corbeiensem pensionem dicte villicationis redimere contingerit, nos et nostri heredes pensionem dictorum sex mansorum solvemus et antedictus miles, patruus noster, et sui heredes dictos mansos sex pensione liberos possidebunt. Insuper prefatus patruus noster et sui heredes predicti eosdem mansos sex, si decreverint, vendere poterunt pro summis

denariorum et argenti prenotatis omnibus conditionibus suprascriptis ipsis emptoribus per omnia servatis atque solutis. *Siegel des Ausstellers und seiner Verwandten* Ravenonis et Herboldi, fratrum, militum dictorum de Papenheim.

Datum anno Domini M°cccxcii, feria sexta ante Dominicam, quando cantatur Oculi.

Schlechte Abschr. (A) (17. Jh.) StA Münster, Reichskammergericht, Buchst. C Nr. 79, Bd. 4 (lose) nach dem Original mit zwei Siegeln. Dsgl. (B) ebd., Herrsch. Desenberg, Abt. Canstein, alte Sign. b 38 (Kasten 15, Fach 8, Kopiar von etwa 1700) vorl. Nr. 1445, Bl. 6^{v}, beglaubigt von dem Notar Johann Günther Speyrman. In seinem Signet das Datum 1670.

[a] In der Abschrift davor et [b] Abschr.: mutentur, B: commutentur [c] Abschr.: reputentur, B: computentur

1533

1317 März 13

Der Ritter Konrad von Schöneberg verpfändet dem Kloster Wormeln das Vogteirecht über einen Hof in Ossendorp.

Nos Conradus dictus de Schonenberg, miles, recognoscimus publice per presentes, quod de consensu patris nostri et omnium heredum nostrorum accedente voluntate ius advocatie, quod vulgariter ‚vogetbede' dicitur, unius mansi in Ossendorph monasterio in Wormlon pertinentis eidem monasterio pro quatuor marcis denariorum Wartberg legalium tytulo pingnoris obligamus infra quatuor annos non redimendum. Sed quatuor annis elapsis singulis annis infra festa Nativitatis Domini *(= 25. Dez.)* et Purificationis Marie *(= 2. Febr.)* dictum ius advocacie redimere poterimus pro summa denariorum superius expressa pro tempore Wartberg dativorum, sed quamdiu redempcio huiusmodi facta non fuerit, de eodem manso nichil penitus exigere volumus nec debemus. In cuius testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Testes huius sunt Waltherus sacerdos, capellanus in Wormlon, Ger. plebanus in Dreymdeberg, Henricus, rector schole in Wartberg, Arnoldus dictis Quath et plures fide digni.

Datum anno m°ccc°xcij°, in dominica, qua cantatur Letare.

Urschr. StadtA Warburg, Urk. Nr. 16, abhängendes Siegel verloren. Rückschr. (15. Jh.): obligacio Conradi de Schonenberg super advocatia unius mansi in Ossendorp. – *Regest: INA 4,1 S. 44 Nr. 45.*

1534

1317 März 13

Ritter Arnold von Haversvorde räumt dem Edelherrn Simon zur Lippe das Rückkaufsrecht der ihm als Burglehn verliehenen vier Höfe in Holzminden ein.

Nos Arnoldus de Haversvorde, miles, ac .. nostri veri heredes recognoscimus universis presencia visuris et audituris firmiter protestantes, quod nobilis dominus Symon de Lippia aut .. sui veri heredes castrensepheodum, quod ‚burghlen' dicitur, in castro Holtesminne cum quatuor mansis in campo ibidem sitis cum omnibus attinentiis nobis ac .. nostris veris heredibus a prefato .. domino iure pheodali pro quinquaginta marcis puri argenti porrectum resumere possunt, quandocumque decreverint pro pecunia memorata omni contradictione postposita et remota. Ad evidens testimonium huius hanc literam nostro sigillo dedimus communitum. Datum anno Domini m°ccc°xvij°, in die dominica, qua cantatur Letare Jerusalem.

Urschr. StA Detmold, L 1 E XIX/27 Nr. 1, mit dem an Pgt.streifen anhängendem Siegel des Ausstellers (WS IV 235,14). – Abschr. (16. Jh.) ebd., Kopiar des Amtes Varenholz 1 Bl. 66^{v} und 3 Bl. 186^{v}. – Reg. (16. Jh.) ebd., Hs. Nr. 1 (Lipp. Mannbuch) Bl. 38^{v}. – Erwähnt: Spilcker, Everstein S. 25. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 628.

1535

1317 März 17

Friedrich von dem Altenhaus Padberg belehnt Dietrich von Meschede mit einem Hof in Effele.

Ich Frederich van deme aldenn huyss Padborch, ritter, do kund und bekene vor mick und myne erven und nakommen, dat ich hain belent und belene overmidtz dussen breeff hern Diderich vann Messchede myt deme houve tho Effele, syner to behoringhe ind rechte in manstat in alle der wyse, als de vann Messchede den alleweghe vann unssen alderen hebbenn gehatt to enen rechten manlene, van aldes geheten der Messcher hoff. Und ich Frederich sal und wyl heren Dyderich vurgenant des vorgenompten lens waren vullen komelykenn, als eyn her synem man dorch recht sall, und ick unde myne erven sollen heren Diderich und syne erven des vorgenompten hoves bekennen, wan se eme volghenn, als manguds recht is. To orkunde dusser lenynghe so hain ich Fredrich egenant myn ingesegel wyttlichenn van mich, myne erven und nakommelinghe an dussen breff gehangen. Hyr synt over und an gewesen myne beleende mann Johann vann Horhusenn und Valentyn vann deme Berghe und ander vrommer lude genoch. Gegeven na Godes gebordt dusent iar, drehundert iar und seventheyn, uff der hylghenn iuncfrouwen dach sunte Gerdruyt.

Urschr. Archiv v. Bocholtz-Asseburg, Archiv Alme, Lehnsurk. Alme, Passivlehen Ha. – Druck: Fahne, Mescheder UB S. 33 Nr. 34. – Regest Curtze, Beiträge 3 S. 142 Nr. 103.

1536

1317 März 20

Vor iudex, magistri civium ac .. consules opidi in Soltkoten, *verkaufen* Conradus dictus Hegere, Elizabet, uxor sua, et eorum pueri ac universi heredes legitimi ... pensionem annuam trium solidorum denariorum Paderborne et Sosate legalium in festo beati Michaelis *(= 29. Sept.)* annis singulis solvendorum absque difficultate honorabilibus viris, .. decano, capitulo et ecclesie sanctorum Petri et Andree in Paderborne de domo sua iuxta forum in opido nostro iuxta domum, que vocatur Stekebrodeshůs, quam inhabitat Conradus Hardenacke, pro septem marcis denariorum predictorum, quas receperunt in parata pecunia eis numerata, tradita et soluta, constitueruntque emptores predictos pensionis huiusmodi veros et legitimos et perpetuos possessores. *Stadtsiegel.*

Datum dominica die ante festum Palmarum, anno Domini M°CCC°XVII°.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 68, mit anhängendem Bruchstück des Stadtsiegels von Salzkotten (WS II 78,1). Rückschr. (14. Jh.): Redditus trium solidorum de domo Heghere in Soltkoten. – *Abschr. (um 1408) ebd., Msc. I Nr. 121 Bl. 86. – Druck: Prinz UB Busdorf Nr. 102.*

1537

1317 März 21

Der Edle Simon von der Lippe verpfändet den vom Stift Freckenhorst gekauften Zehnten im Kirchspiel Liesborn dem Kloster Liesborn.

... Symon nobilis dominus de Lippia *verpfändet* decimam in parochia Lysbernensis alicubi sitam a religiosa domina abbatissa et conventu ecclesie in Vrekenhorst emptione rationabili a nobis contractam viris religiosis domino abbati et conventui monasterii in Lysbern pro triginta marcis denariorum legalium cum omni suo iure et appenditiis ... et hoc siquidem decime obligatione tam diu durante,[a] quo usque ipsam in die beate Margarethe virginis *(= 13. Juli)* redimere decreverimus seu valuerimus per pecuniam supradictam. Et si huiusmodi redemptionem ipso die neglexerimus, ex tunc domini monasterii Lysbernensis predicti huius decime fructu eo anno et singulis annis, quo usque a nobis redimatur, libera fruitione gaudebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo filii nostri, domini Bernardi, maioris eccelsie Paderbornensis prepositi, presens scriptum duximus roborandum.

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, in die Benedicti abbatis et confessoris, presentibus domino Theodorico crucifero, Henrico domicello, filiis domini Lippiensis predicti, Adolfo de Ostervelde, Henrico dicto Vincke de Ostervelde, Conrado de Avenstrot, militibus, Conrado plebano in Lysbern, Joanne de Ostervelde, Brunone dicto Hundertmarc, famulis, et pluribus fide dignis.

Urschr. StA Münster, Kl. Liesborn, Urk. Nr. 108, mit dem beschädigten Siegel des Ausstellers (Abb. II 86), das 2. Siegel ab. – Druck: Schnieder, UB Liesborn Nr. 136. – Regest: WUB 8 Nr. 1141.

[a] Urschr.: ante!

1538

1317 März 23

Vor Hildebrandus Comes, Conradus de Anvorde, proconsules, et ceteri .. consules Paderbornensis civitatis *bekennen* Henricus Longus et Elizabet, uxor sua, nostri cives, in presentia Hermanni de Molendino, iudicis nostre civitatis, quod ipsi et eorum heredes honorabilibus viris, dominis .. decano et capitulo ecclesie Paderbornensis dare et solvere tenentur singulis annis in die beate Lucie virginis *(= 13. Dez.)* redditus sex solidorum denariorum Paderborne legalium nomine pensionis de domo et curia sita apud domum Andree de Andepe in dicta nostra civitate, quam ab ipsis titulo emptionis hereditario iure et perpetuo comparaverunt. *Stadtsiegel.*

Datum feria quarta post Benedicti abbatis, anno Domini millesimo CCC° septimo decimo.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 445; das angehängte Siegel ist verloren.

1539

1317 März 27, Avignon

Genannte Erzbischöfe und Bischöfe erteilen den Besuchern und Wohltätern der Nicolaikirche einen Ablaß von 40 Tagen.

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos miseratione divina frater Petrus archiepiscopus Nazarenus, frater Raymundus archiepiscopus Adrianopolitanus,

Bartholomeus archiepiscopus Ragusinus, Benedictus episcopus Suacinensis et frater Guilhelmus episcopus Cunaviensis salutem in Domino sempiternam. – Splendor paterne glorie, – ... Cupientes igitur, ut ecclesia parrochialis sancti Nicolai in Bylvelden Palburnensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Cristi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in festo ipsius sancti Nicolai, in dedicatione ecclesie, in festivitatibus domini nostri Jhesu Christi Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, omnibus dominicis diebus, festivitatibus beatissime Marie virginis, omnium apostolorum et omnium sanctorum et per octavas ipsas festivitates omnes et singulas immediate sequentes causa devocionis et oracionis accesserint annuatim vel qui plebanum dicte ecclesie in deportatione salutaris eukaristie[1)] ad infirmum et eiusdem reportatione secuti cum vera contricione fuerint vel qui cymiterium ipsius ecclesie circuierint oracionem dominicam pro animarum omnium salute et qui pro salubri statu fratris Johannis Albi de Bylvelden dicte diocesis tam in morte quam in vita eandem oracionem devoti dixerint aut qui ad fabricam, ornamenta, luminaria seu reparamenta dicte ecclesie manus suas porrexerint adiutrices, nos de omnipotentis Dei misericordia beatorum Petri et Pauli apostolorum et omnium sanctorum eius meritis et auctoritate confisi singuli nostrum singulas quadragenas indulgenciarum de iniunctis eis penitentiis in Domino misericorditer relaxamus, dummodo eciam diocesanus has nostras indulgencias gratas habuerit atque ratas. Datum Avinioni anno Domini M°CCC°XVII°, sexta Kalendas Aprilis, pontificatus sanctissimi patris domini Johannis pape XXII. anno primo.

Urschr. StA Münster, Stift St. Maria-Bielefeld, Urk. Nr. 21a (PRU Nr. 8), mit den Resten von vier Siegeln: 1. unkenntlicher Rest, 2. dsgl. (sitzender Bischof?), 3. dsgl., 4. Bischof Wilhelm von Cunava (spitzoval? Im Mittelfeld Hl. Maria, darunter r. weibliche Heilige, l. männlicher Heiliger, dazwischen von oben nach unten S(ANCTA) M(AR)IA und *S(ANCTUS)? P[...]A[...]? Über den Siegeleinschnitten der Plica die Namen der Aussteller:* frater Petrus archiepiscopus Nazarenus, frater Raymundus archiepiscopus Adrianopol(itanus), Bartholomeus archiepiscopus Ragusinus, frater Guilhelmus episcopus Cunaviensis. *In der Mitte der Plica:* approbatur(?) Hinricus episcopus Paderburnensis. *Im Text sind die Namen der Aussteller in den vorgeschriebenen Text eingesetzt. Eingehängt ist das Taansfix vom 27. Mai 1317 (s. u. Nr. 1562).*

[a)] *Urschr.: eukaristire*

1540

(1317 März 27)

Dieses, von Grothaus SJ (StAM, Paderborner Capselarchiv Nr. 210) der Urkunde Bischofs Dietrich von Paderborn, mit der dieser ein Haus in Barkhausen dem Domkapitel ebenda überträgt, gegebene Datum (anno 1317, VI. Cal. Aprilis) *ist falsch. Die Urschrift trägt das Datum* VI. Kalendas mensis Septembris, anno Domini M°CCC°XVII°. *(s. u. Nr. 1607 vom 27. August 1317). Grothaus hat in seinen Exzerpten wohl die Zahl IX (September) als IV (April) verlesen.*

1541

1317 März 27

Vor Bürgermeister und Rat der Stadt Brakel macht Bertold von Addessen *eine Schenkung zugunsten des städtischen Hospitals.*

Nos Henricus de Valehusen et Lubbertus de Vorhus, proconsules, Conradus de Wernesen, Bernhardus de Coven, Johannes de Monte, Helmicus de Erenwordessen, Lambertus Hartwici, Boltekinus de Stenhem, Conradus Dethardi, Thidericus de Egelen, Bertoldus apud pontem et Thidericus de Benhusen, consules in Bracle, testamur in hiis scriptis, quod Bertoldus de Addessen sanus mente et corpore, proprio motu ob respectum virginis Marie et salutem anime sue coram nobis tribuit simpliciter et assignavit bona infrascripta hospitali civitatis nostre et infirmis inibi iacentibus sive decumbentibus perpetuo possidenda ipsis ea in presenti manumittens credendo dictis infirmis et suis pro tempore provisoribus de gratia sibi facienda scilicet quartam partem suam molendini apud valvam Ostmerdor; item pensionem decem solidorum in quadam domo sita[a] ante Hanencampes dor, quam Conradus de Herste inhabitat, que pensio est perpetua; item pensionem septem solidorum in quadam domo dicta[b] Kenkelares hus, que potest reemi omni tempore a Brekelare et suis heredibus pro sex marcis denariorum Bracle datorum; item unam marcam denariorum, quam habuit in agris Zigehardi Ruffi annuatim, sitis super Bonencampe, quam dictus Zigehardus et sui heredes possunt omni tempore reemere pro decem marcis et duabus denariorum predictorum; item in molendino[c] magistri Burchardi pensionem sex solidorum, que potest reemi omni tempore per eum, cuius molendinum est, et suos heredes pro quinque marcis denariorum monete iam predicte; item unum ortum quondam Johannis de Emmerike, de quo annuatim quatuor denarii filiis domini Bernhardi de Brakele, militis, exsolvuntur; item de omnibus, que relinquit post mortem, favet dicto hospitali et infirmis ibi decumbentibus hac de causa, quod sui apud eos memoria permaneat salubriter et perena. In cuius testimonium dedimus ex rogatu dicti Bertoldi et provisorum dicti hospitalis et infirmorum, scilicet Everhardi de Mengersen, Lubberti de Stenhem et Hermanni Meynheri nostrum sigillum presentibus appendendum. Datum anno Domini m°ccc xvij°, Domine ne longe, que dominica inponitur secundum ecclesiam ad palmas.

Abschr. (15. Jh.) StadtA Brakel, Urk. Nr. 448 (II 103a). Ebd. Abschr. Giefers.

[a] Abschr.: domum sitam [b] Abschr.: domum dictam [c] Abschr.: molendinum

1542

1317 März 31

... Conradus nobilis de Sconenberg *verkauft* cum bona voluntate et pleno consensu dilecti patris nostri, domini Conradi nobilis de Sconenberg necnon omnium heredum et coherendum nostrorum ... Thiderico dicto de Engere et Riquino, filio eiusdem, oppidanis in Wartberg, necnon omnibus veris heredibus eorundem pro sedecim marcis gravium denariorum Wartberg legalium cum dimidia ius nostrum, quod habuimus hucusque in bonis eorundem sitis Engere, videlicet duas marcas annue pensionis iure hereditario possidendum *vorbehaltlich des Rückkaufrechtes jeweils zwischen Weihnachten und Lichtmeß (= 2. Febr.). Konrad siegelt.*

Datum et actum presentibus discretis viris Henrico dicto de Geysmaria, Servatio, Henrico dicto de Ossendorp et Johanne dicto Weslere, oppidanis in Wartberg, anno Domini M°C°C°C°X VII°, in cena Domini.

Urschr. StA Marburg, Herren von Schöneberg, Urk. Nr. 18; das abhängende Siegel ist verloren. Dabei beglaubigte Abschr. (1781).

1543

1317 April 2

Der Ritter Johannes Gogreve schenkt dem Stift Herford eine Rente als Seelgerät für sich und seine Frau Lutgard.

... Johannes Gogravius, miles, *schenkt* de consensu Johannis et Alradi, filiorum meorum, necnon omnium aliorum meorum coheredum pro ordinatione unius memorie sollempnis in ecclesia Hervordensi pro me et domina Lůtgardi pie memorie, quondam mea collaterali, annuatim habenda ... iam dicte ecclesie redditus sive censum viginti et quinque solidorum, cuius census decem et octo solidos solvet molendinum in Dybroke, duos una casa extra Dicporten, quam nunc inhabitat dolifex, et quinque unus mansus in Cokenhaghen. Quos xxv solidos recipient annis singulis pro tempore decana ecclesie sepedicte et ebdomedarius superior et tempore, quo memoria nostri, mei scilicet et dicte conthoralis quondam mee peragetur, quod erit quovis anno secunda feria ante festum sancti Martini *(= 11. Nov.)* pulsatione et decantatione vigiliarum et missarum sollempniter ex more facta, cuilibet domine presenti dabunt unum solidum. Et cum sint decem et octo persone, si ex absencia alicuius de eis, nisi in causis ecclesie abesset, de decem et octo solidis quid superfuerit, sacerdotibus aliis et clericis, qui huic memorie interfuerint, id ipsum dabitur, item quatuor ebdomedariis presentibus tamen, nisi absencia esset legitima, unicuique unus solidus, dyacono et subdyacono solidus, cuique scilicet VI denarii, cappellario beati Walderi unus solidus, ut vigiliis et memorie huic intersit, pulsantibus vero ad huiusmodi memoriam solidus, ut memoria prenotata per [omnes i]stos (?) insimul fidelius peragetur. Condictum est insuper, quod si filii mei predicti seu heredes in aliquibus locis infra oppidum Hervordense vel iuxta in vicino conventui dicte ecclesie censum adeo expeditum in bonis dumtaxat, quorum proprietas attineat ecclesie, assignaverint, ex hoc census primo dictus ad eos absque contradictione redibit, fraude vel circumventione qualibet in tali alteratione procul motis. Hec igitur omnia ego Johannes miles predictus in facie venerabilis domine, domine Irmegardis, abbatisse Hervordensis, et sui conventus et ebdomedariorum ipsius ecclesie una cum dictis filiis meis consensum apponentibus ordinata ratifico per presentes et indeficienter permanere volo, resignans ad manus dicti conventus censum huiusmodi et ipsis perpetuo possidendum dimitto. Nos eciam Yrmegardis abbatissa memorata pro maiori constancia et certitudine predictorum hinc et inde plenius observanda sigillo nostro presentem litteram sigillis Johannis militis sepedicti, huius memorie auctoris, et Swederi de Buscho, militis, tunc una cum honesto milite Arnoldo de Haversvorde, genero ipsius Johannis presentis, roboratam ad preces eorum duximus corroborandam. Actum et datum in vigilia Pasche, anno Domini M°CCC°, decimo septimo.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 147, beschädigt und aufgezogen, mit dem letzten von drei Siegeln, lose beiliegend: Sweder von Busche (WS IV 222,13).

1544

1317 April 3

... Hermannus et Hyldeboldus fratres, comites de Perremunth *überlassen* propter Deum et ob reverentiam et honorem beate Marie virginis proprietatem, quam habuimus in bonis, que Henricus dictus de Ense, famulus, in villa et extra villam Vohele iure hereditario possidebat, cum omnibus pertinentiis ... ecclesie dicte Marie virginis totique conventui ordinis Cisterciensis in Heynne absque ulla inquietatione perpetue possidendam. *Die Grafen siegeln.* Factum anno Domini millesimo trecentesimo septimo decimo, in festo Pasche.

Urschr. StA Marburg, Kloster Haina, beschädigt, mit dem an Pgt.streifen anhängendem Siegel der beiden Grafen von Pyrmont (Abb. II 106). – Abschr. (16. Jh.) ebd., K 234b (Kopiar Haina) S. 356–358. – Regest: UB Haina 2 Nr. 275.

1545

1317 April 10–16

... Yrmegardis, Dei gratia ecclesie Hervordensis secularis abbatissa, *tauscht* Ludekinum et Elizabeth, pueros Arnoldi Scherf, ministeriales nostros, nobilibus viris, domino Frederico et domicello Ottoni, comitibus de Retberghe, *gegen* Godam, uxorem Johannis de Beren, et filium eius Johannem, suos ministeriales. *Sie siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, infra ebdomedam, qua cantatur Quasi modo geniti.

Urschr. StA Münster, Grafsch. Rietberg, Urk. Nr. 23, abhängendes Siegel abgefallen.

1546

1317 April 18

Bischof Dietrich von Paderborn genehmigt die Befestigung der um das Kloster Willebadessen zu gründenden Stadt.

Nos Theodericus Dei gracia episcopus[a] ecclesie Paderbornensis notum facimus, quod necessitatem monasterii in Wilbodessen oculis paterne considerationis intuentes licentiavimus,[b] ut circa monasterium suum in suo fundo proprio munitionem civitatis exstruant, ut sic firmentur cepta claustri et non pateat facultas communiter hostibus locum illum faciliter invadendi, hac forma addita et condicta, quod opidum illud patens et apertum erit episcopo, qui pro tempore fuerit, et .. capitulo nostre ecclesie ad omnes nostras necessitates, que possunt imminere ad modum aliarum civitatum et opidorum nostrorum, sed ex opido illo vel ad opidum illud nulle debent gwerre penitus exerceri. Homines nostri, aliarum ecclesiarum et monasteriorum nobis subditorum atque ministerialium nostrorum non recipientur nec detinebuntur ibidem, nisi dominorum suorum habeant licentiam super eo. Officiatis ecclesie, si quando eos ibi contingit hospitari, hospicia sua scilicet ‚stroherberge' homines exhibebunt, prelatos vero et canonices ecclesie nostre illuc accedentes .. prepositus decenter recipiet et benigne procurabit, sicut antea fieri[c] est consuetum. Insecutiones hostium generales, que ‚volghe' nominantur, cum aliis vicinis civitatibus et villis facere tenentur incole opidi illius, quando super eo fuerint requisiti. Altum iudicium, quod vocatur ‚gogherichte', querunt sicut illud ab antiquo querere consueverunt. Ad petitiones generales, in quas omnes ecclesie civitates concordant, pro sua possibilitate contribuere tenebuntur. Cetera omnia, que in eodem opido provenire in quibuscumque rebus et ex quacumque causa possint[d] in futurum, ad liberam dispositionem et ad utilitatem .. prepositi et monasterii pleno iure perpetuis temporibus integraliter pertinebunt in tantum, quod nobis aut nostris successoribus nichil iuris remanebit seu competat in eisdem illis exceptis, que superius sunt expressa. In cuius testimonium sigillum nostrum[e] presentibus literis est appensum.[f] Datum xiiij°kalendas Maji[g], anno Domini m°ccc°xvij°.

Drei Urschrr. (A, B und C). A Archiv Alt. Ver. Paderborn, mit an Leinenkordel das Siegel des Bischofs (WS 50,1). Rückschr. (14. Jh.): de iuribus nostri opidi l(itera) 3a. *B ebd., mit den in den Anmerkungen ausgewiesenen Abweichungen, mit den Siegeln des Bischofs (WS I 50,1) und des Domkapitels (WS III 102,2) mit RS (WS III 102,3) an weißen Leinenkordeln. Rückschr. (14. Jh.):* de iuribus nostri opidy l 1a. *C Archiv v. Wrede, Willebadessen, mit den Siegeln des Bischofs und des Domkapitels (wie bei B) an Hanfschnüren. Rückschr. (14. Jh.) wie vor. – Abschr. (Overham) StA*

Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100, Bd. 1, S. 40; dsgl. (18. Jh.) StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 446 und Oberamt Dringenberg VII K Nr. 1 bzw. XVIII E Nr. 4, sowie Msc. VII Nr. 4522 Bl.7^{v} usw. – Reg. (17. Jh.) StAM, Msc. I Nr. 242b S. 65 Nr. 3. – Druck: Schatan, Ann. Pad. 2 S. 236f. – Regest INA 3,2 S. 186f.; 4,1 S. 114 Nr. 16 und Beibd. 2,1 S. 42.

[a] BC dahinter: Ludolphus decanus et totum capitulum [b] BC dahinter: voluntate et pari consensu communi [c] C dahinter: communiter [d] C: possunt [e] BC: sigilla nostra [f] BC: sunt appensa [g] BC: mensis Maji

1547

1317 April 20

Jordanus dictus Vos *bekundet, daß sein verstorbener Bruder,* dominus Richardus dictus Vos, *mit seiner, des Ausstellers, sowie seiner Ehefrau und seines Sohnes* Rychardus *Zustimmung einen Hof* (curiam) in Bosendorpe *den* sororibus ordinis Predicatorum in Lodhen, modo vero in Lemegow commorantibus, *verkauft habe,*[1] *und daß der Knappe* Hartbertus dictus de Mandeslo, *obwohl er kein Recht an dem Hofe habe, vorsorglich* (pro sufficienti cautela) *auf ihn verzichtet habe. Jordan siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC° XVII°, feria quarta post dominicam Misericordias.

Abschr. (14. Jh.) StA Hannover, Hs. III Nr. 130 (Loccumer Kopiar, 1943 verbrannt) S. 116 Nr. 612, dsgl. Archiv Loccum, Kopiar (16. Jh.) S. 362 Nr. 603. – Druck: Calenb. UB 3 Nr. 670. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 629, WUB 10 Nr. 527.

[1] Im Jahre 1304, vgl. Calenb. UB 3 Nr. 566, WUB 10 Nr. 94.

1548

1317 April 21

Bischof Ludwig von Münster tauscht mit dem Bischof von Paderborn Ministerialen.

... Lodewicus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus *tauscht für* Otburga, uxore Wernheri dicti Stapel, nostra et ecclesie nostre ministeriali, venerabili patri, domino .. episcopo Paderbornensi et sue ecclesie *gegen* Sophia, uxore Gerhardi de Batenhorst, in nostram et ecclesie nostre Monasteriensis ministerialem ad omne ius, quo ceteri nostri et ecclesie nostre ministeriales in diocesi nostra hactenus sunt gavisi. *Er siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°decimo septimo, feria quinta post dominicam Misericordia Domini.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 447, mit dem an Pgt.streifen anhängenden Siegel des Ausstellers (WS II 45,3). – Regest: WUB 8 Nr. 1146 (mit Druckfehler: 1316 statt 1317)

1549

1317 April 21 Minden

Heinrich, Domherr und Propst von St. Johann in Minden, Archidiakon in Mandelsloh, bittet die Geistlichen, Ritter und Knappen in Neustadt und Bordenau, den Knappen Hartbert von Mandelsloh von seinen unberechtigten Ansprüchen auf den von Richard Vos dem Kloster Lahde bzw. Lemgo verkauften Hof in Bosinctorpe *abzubringen.*

Henricus, Dei gracia canonicus ecclesie Mindensis, prepositus ecclesie sancti Johannis ibidem, archidyaconus in Mandeslo, discretis viris ac honestis sacerdotibus, militibus et famulis in Nova civitate et in Bordenowe commorantibus salutem in Domino sempiternam. Cum dominus Rychardus, miles dictus Vos, bone memorie, de consensu et beneplacito capituli nostri et de scitu et consensu fratrum et

heredum suorum ac eciam Hartberti, famuli de Mandeslo, curiam in Bosincdorpe cum omnibus attinenciis vendiderit sororibus ordinis Predicatorum tunc in Lodhen, nunc vero in Lemego commorantibus, pro C^{m}et XXX^{a} marcis Bremensis argenti, sicut littere super hoc contractu confecte[1] lucidius declarant, quas vidimus et audivimus, et coram capitulo nostro ad manus sororum dictarum predicta bona rite et libere resignaverit, prefatus insuper famulus Hartbertus de Mandeslo, licet nihil iuris in predictis bonis habuerit, tamen pro sufficienti cautela coram honestis militibus et multis aliis in Nova civitate resignaverit et postmodum predicte sorores sepedictam curiam plus quam quatuordecim annis quiete ac libere possederint, tamen sepedictus famulus Hartbertus de Mandeslo contra iusticiam et in dampnacionem anime sue sepedictis sororibus in eisdem bonis magnam violenciam pro instanti inferre non formidat. Quare rogamus et consulimus, quatenus predictum famulum Hartbertum fideliter instruatis et a tali violencia compescatis, ne vos participes sui erroris et iniurie vindicte eciam Dei municipes fieri contingat, qui pupillos et orphanos defendere consuevit. Datum Minde anno Domini M°CCC°XVII°, feria V.^{a} ante Georgii.

Abschr. (14. Jh.) StA Hannover, Hs. III 130 (Loccumer Kopiar, 1943 verbrannt) S. 116 Nr. 615; dsgl. Archiv Loccum, Kopiar (16. Jh.) S. 364 Nr. 606. – Regest: Calenb. UB 3 Nr. 670 Anm. 2; WUB 10 Nr. 529.

[1] Im Jahre 1304, vgl. Calenb. UB 3 Nr. 566, WUB 10 Nr. 94.

1550

(1317 April 21)

Der Mindener Dominikaner Hartbert bittet seine Verwandten, Hartbert von Mandelsloh zur Aufgabe seiner Ansprüche an den Hof des Kloster Lemgo in Bosendorf zu veranlassen.

Viris discretis ac honestis, fratri suo domino Lippoldo, domino Hartberto, domino Lippoldo Longo, domino Hartberto, militibus dictis de Mandeslo, frater Hartbertus ordinis Predicatorum domus Mindensis oracionum suarum munuscula cum salute. Quia Hartbertus famulus de Mandeslo sororibus ordinis nostri in Lemego contra iusticiam in curia Bosintorpe, quam sibi violenter usurpare nititur, in qua nihil iuris habere dinoscitur, magnam violenciam et iniuriam irrogavit, rogo et consulo bona fide, quatenus ipsum propter Deum et propter salutem anime sue et vestrarum a tali violencia compescatis, quia tota terra et vicinia ratione huiusmodi violencie et iniurie clamat contra eum. Valete in Domino semper.

Abschr. (14. Jh.) StA Hannover, Hs. III 130 (Loccumer Kopiar, 1943 verbrannt) S. 116 Nr. 613 bzw. Archiv Loccum, Kopiar (16. Jh.) S. 363 Nr. 604. – Druck: WUB 10 Nr. 530. – Regest Calenb. UB 3 Nr. 670 Anm. 2.

[1] Da der Brief Formulierungen der Urkunde vom 21. April (s. Nr. 1549) wiederholt, dürfte er am selbem Tage geschrieben worden sein.

1551

1317 April 23

Der Ritter Heinrich v. Rodericsen *vermacht dem Kloster Willebadessen zwie Höfe im Felde* Alren *bei Volkmarsen.*

In nomine Domini amen. Ego Henricus miles de Rodericsen notum esse cupio tam presentibus quam futuris in hiis scriptis publice profitendo, quod divine remuneracionis intuitu et domini Gisonis, filii mei, nunc prepositi sanctimonialium claustri in Wilbodissen, peticionis interventu cum consensu

omnium puerorum et heredum meorum, scilicet eiusdem Gisonis et Ade, canonici in Bicheym, filiorum meorum, necnon Conradi militis Scultheti, Hardradi de Richenbach et Herboldi de Ameluncessen, famulorum, meorum generorum, nichilominus et uxorum eorundem, mearum videlicet filiarum, scilicet Sophie, Alheydis et Gertrudis duos mansos sitos in campo Alren iuxta opidum Volcmersen, quos quidem mansos Wipertus et Conradus Hardradi, bone memorie, quondam opidani in eodem opido Volcmersen, de me iure sive titulo habuerant feodali, prefato cenobio et conventui in Wilbodessen lego et dono viva voce [in] remedium animarum parentum meorum, scilicet Arnoldi et Sophie, uxoris videlicet Lutgardis et filiorum me[orum] scilicet Johannis et Henrici et mei ipsius anime pro testamento sempiterno [iure proprie]tatis perpetuis temporibus possidendum. In cuius legacionis et donacionis certit[udi]nem firmiorem presentem [lit]teram do [meo sigillo] una cum s[igil]lis filior[um et genero]rum meorum predictorum firmiter roboratam. Nos ve[ro] Giso et Adam fratres pro personis nostris et [nos Conradus] miles, Hardradus et Herboldus pro nobis et uxoribus nostris, ut in prefatis legacione et donacione noster communis consensus publicus et notorius hab[eatur, nostra] s[igil]la apposuimus huic carte. Datum et actum anno Domini M°CCC°XVII°, ipso die Georgii.

Urschr. Archiv Willebadessen, wegen des durchsichtigen Pergaments nur schwer lesbar. Von sechs Siegeln nur das 1. Heinrich von Roderiksen (WS IV 247,2) und das 3. Adam v. R. (Abb. II 119) erhalten. Rückschr. (14./15. Jh.): Volckmersen super duobus mansis in campo Alren. – *Abschr. (16. Jh.): StAM Msc. VII Nr. 4522 Bl. 53^{v}. – Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 242b S. 65 Nr. 4. – Regest: INA 4,1 S. 114 Nr. 37. Nr. 38 ebd. ist die gleiche Urkunde in zweiter Ausfertigung, doch heute nicht mehr vorhanden. Statt dessen liegt an ihrer Stelle eine mod. Abschrift!*

1552

1317 Mai 1 Bordenau

Hartbert von Mandelsloh verzichtet auf alle Ansprüche an das von Richard Vos seinerzeit dem Kloster Lohde (jetzt Lemgo) verkaufte Gut in Bosendorf.

Omnibus presencia visuris et audituris Hartbertus de Mandeslo noticiam rei geste. Notum esse cupio universis, quod cum quedam controversia verteretur inter priorissam et sorores ordinis Predicatorum quondam in Lodhen, nunc vero in Lemego commorancium, ex una parte et me Hartbertum ex altera parte de curia in Bosentorpe et omnibus attinenciis, quam predicte sorores emerant a domino Rychardo Vos bone memorie pro C^{m}et XXX^{a} marcis Bremensis argenti, in qua curia racione cuiusdam iurisdictionis speraveram, me et meos heredes aliquot iuris post obitum domini Rychardi supradicti vendicaturos, predictam curiam in dampnum predictarum sororum mihi usurpando, sed postea plenius informatus recognovi et per presentes litteras recognosco et protestor, quod nec ego Hartbertus nec heredes mei in presenti vel in futuro in predicta curia et omnibus attinenciis nec in aliis bonis, si qua sepedicte sorores a domino Rychardo olym emerant, aliquot iuris nobis ullatenus possumus vendicare, quod coram castellanis in Bordenowe publice protestatus in signum huiusmodi recognicionis sigilli mei appensione presens scriptum duxi muniendum. Preterea ne ulla discordia inter predictas sorores et me et meos heredes in posterum oriretur, in testimonium veritatis ad meam peticionem[a)] sigilla predictorum castellanorum videlicet domini Herbordi, patris mei de Mandeslo, domini C. et domini Th. Holtgravii et domini Everhardi de Rethen presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°CCC°XVII°, in festo Phillippi et Jacobi apostolorum.

Abschr. (14. Jh.) StA Hannover, Hs. III 130 (Loccumer Kopiar, 1943 verbrannt) S. 116 Nr. 614, dsgl. (B) Archiv Loccum, Kopiar (16. Jh.) S. 363 Nr. 605. – Regest: Calenb. UB 3 Nr. 670 Anm. 2; WUB 10 Nr. 531.

[a)] Abschr.: impeticionem mit Tilgungspunkten unter im-

1553

1317 Mai 4 Avignon

Papst Johann XXII bestätigt dem Kloster Arolsen den Besitz der Kirchen in Witmar, *Volkmarsen,* Erungen und Beuvelte, die ihm Graf Everhard von Everstein geschenkt hat.

Papst Johann XXII bestätigt, preposito ... priorisse et conventui monasterii in Aroldessen, per prepositum et priorissam soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, Paderbornensis diocesis, ... quod nobilis vir Conradus, comes de Eversteyn, Maguntinensis diocesis, cupiens terrena pro celestibus et transitoria pro eternis salubri commercio commutare, ius patronatus in Wytmare,[a] in Volcmersenn, in Eringen et in Benvelte ecclesiarum parrochialium dicte Moguntinensis diocesis tunc ad ipsum pertinens pro sue et parentum suorum animarum remedio vobis et monasterio vestro in puram et perpetuam elemosinam contulit et concessit intuitu pietatis, venerabilis fratris nostri archiepiscopi et dilectorum filiorum decani et capituli Maguntinensis ad id accedente consensu, prout in patentibus litteris inde confectis archiepiscopi, capittuli et comitis predictorum sigillis munitis plenius dicitur contineri ...

Datum Avinione IIII°Nonas Maii, pontificatus nostri anno primo.

Abschr. (A) (16. Jh.) StA Marburg, Waldecker Archiv, Kloster Arolsen, Kopiar 4 Bl. 15^{v}; dsgl. (B) ebd. Kopiar 5 Bl. 6^{v} (mit geringfügigen orthographischen Abweichungen). – Druck: Wigands Archiv 2 S. 150ff. – Regest: Spilcker, Everstein, UB S. 267 Nr. 320, Vogt, Mainzer Reg. 1 Nr. 1897.

[a] B: Withmare

1554

1317 Mai 12

Das Kloster Willebadessen verspricht dem Domkapitel zu Paderborn für die Genehmigung zur Anlage einer befestigten Stadt jährlich drei Mark zu zahlen.

Nos Gyso prepositus, Margareta priorissa et totus .. conventus monasterii in Wylbodessen notum facimus et lucide protestamur, quod propter specialem favorem, quam ad nos pie habuerunt honorabiles .. decanus, canonici et .. capitulum ecclesie Paderbornensis licenciaverunt[a] una cum domino nostro Theoderico episcopo Padebornensi, ut pro ceptis claustri nostri contra insultus perversorum hominum firmandis municionem civitatis exstruere licite valeamus, prout in eorum litteris desuper nobis concesis plenius continetur,[1] nos vero in reconpensam gratitudinis nobis in hoc facto per eos benigne impense prefato .. capitulo de nostris redditibus et de claustro deputavimus redditus trium marcarum denariorum in Paderborne legalium, quas hoc modo et ordine persolvemus: in festo beati Martini hyemalis proximo anno *(= 11. Nov. 1318)* uno evoluto dabimus unam marcam, sequenti anno eadem die duas, tercio anno dabimus tres marcas et hoc continuabimus extunc singulis annis affuturis. De his tribus marcis peragi debent memorie trium episcoporum videlicet Symonis, Ottonis pie recordacionis et domini Theoderici, nunc episcopi Paderbornensis, postquam ipsum contingit a seculo migrare. In huius testimonium sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Datum IIII°Ydus Maji, anno Domini M°CCC°XVII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 448, beide anhängenden Siegel verloren.

[a] Davor fehlt quia o. ä. [1] Vgl. o. Nr. 1546 vom 18. April 1317

1555

1317 Mai 12

Das Domkapitel zu Paderborn verzichtet gegen Erwerb einer Rente ihrer Wahl auf die vom Kloster Willebadessen angebotene jährliche Zahlung von drei Mark.

Nos .. Dei gracia Ludolphus decanus et .. capitulum ecclesie Paderbornensis profitemur, quod quandocumque .. prepositus et monasterium in Wylbodessen nobis emunt redditus trium marcarum denariorum Paderbornensium in situ nobis convenienti, quas quidem tres marcas in festo beati Martini hyemalis *(= 11. Nov.)* singulis annis ad anniversarios trium episcoprum videlicet Symonis, Ottonis et Theoderici peragendos solvere tenentur, extunc litteras, quas super hiis habemus, ab ipsis, restituemus et ad solucionem harum trium marcarum nobis de suis redditibus et ex claustro non erunt de cetero obligati. In huius testimonium sigillum, quo ad causas utimur, presentibus est appensum. Datum IIII° ydus mensis Maii, anno Domini M°CCC°septimo decimo.

Urschr. Archiv Willebadessen mit abhängendem Siegel (WS III 102,4). – Abschr. (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII 4522 Bl. 64. – Reg. ebd. (17. Jh.), Msc. I Nr. 242b S. 65 Nr. 5. – Regest: INA 4,1 S. 114 Nr. 39.

1556

1317 Mai 12

Der Priester Arnold Cleycamp *überläßt dem Herforder Wochenherr Johann von* Warmena *ein Haus.*

Vor scabini et consules Hervordenses *resigniert* Arnoldus sacerdos dictus Cleycamp ... domum unam sibi pertinentem iuxta domum Henrici quondam fratris sui dicti Cleycamp sitam ... ad manus domini Johannis de Warmena, ebdomedarii ecclesie nostre Hervordensis, ab ipso Johanni iure proprio possidendam; recognoscens idem Arnoldus, quod via ducens ad puteum, qui communis est eidem domui sic resignate et domui ipsius Henrici super eadem curia constructis, ipsi domino Johanni vel suis in ipsa domo successoribus perpetuo debeat cum ipso puteo patere, nec possessores domus Henrici puteum cum via a domo alia poterunt alienare. Testes sumus Hermannus de Hagen, proconsul, Alberus de Rentelen, Hermannus Hůffeke, Johannes Vidue, Johannes de Libbere, Reynhardus de Bechterdissen, Hermannus Stenbickere, Conradus Mule, Arnoldus Oltbackene, Fredericus Kelemunt, Fredericus de Rodwich, Johannes Gersteldoc, tunc consules, *die das Stadtsiegel anhängen.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, in Ascensione eiusdem.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 148, abhängendes Siegel verloren.

1557

1317 Mai 16

Mengetus Buneke *verkauft dem Kloster Berich ein Gut in* Barstorp.

... ego Mengerus[a)] famulus, filius quondam Goscalci dicti Buneken, militis, prehabito maturo consilio cum bona voluntate et pleno consensu uxoris mee legitime Ode et heredum meorum omnium rite et racionabiliter vendidi domino Conrado preposito et conventui sanctimonialium in Beriche et eorum posteris bonum unum in villa Barstorp situm cum universis eiusdem boni pertinenciis et proventibus in villa et extra villam, in campis et in silvis, pro pecunia mihi persoluta titulo proprietatis

liberaliter et solute penitus et absque omni pensionis onere seu iure perpetuo possidendum. *Er gelobt Währschaft.* Testes huius sunt, qui aderant: venerabilis dominus H., abbas monasterii ecclesie sancte Marie virginis in Flechdorp, Thomas, plebanus ecclesie in Horynchusen, Lodewicus, viceplebanus ecclesie in Ymmenchusen, Conradus de Swenesbule, proconsul veteris opidi Corbike, Symon, Conradus Styer, Helwicus sutor, Wygandus de Rusepe, Conradus Gysonis, Conradus Slenrump, Happo de Dale, Wyg(andus?), Hermannus Colonus, Henricus de Stroed, Heynemannus pellifex et Henricus Knevel, consules ibidem et alii quam plures fide digni. *Siegel der Altstadt Korbach.*

Datum feria secunda ante festum Penthecostes, anno Domini M°CCC°XVII°.

Abschr. (Ende 15. Jh.) StA Marburg, Waldecker Archiv, Kloster Berich, Kopiar Nr. 2 Bl. 21^{v}; dsgl. (danach) ebd. Kopiar Nr. 3 Bl. 19.

[a] Abschr.: Mengetus

1558

1317 Mai 21

Simon edler Herr zur Lippe und die Stadt Lippstadt einigen sich wegen der Ratswahl.

Wi her Symon, de edele here van der Lippe, sint endrachtich wurden ande overkomen mid unser ghemenen stad van der Lippe ande se mid uns, so wanne men sal hyr enen nigen rad setten, so sal men hyr ghan ghemenliken uppe dat rathus in de vierhoven ande kiesen ute jowiliken hoven tvene biderve man ute der menheyt, de in deme rade nicht ne hebben ghewesen. So solen dan de selven achte man sveren uppe den hilighen, dat se nach eren witten ande nach eren sinnen setten enen rad, de uns ande der stad nutte si, uns to unseme rechte ande der stad to ereme rechte, dat en[a] God also helpe ende de hilighen, ande solen uns den rad nomen vor der taflen, also men hevet van oldes gheploghen. Ande uppe dat desse ovekome ewelich blive, so hebbe wi her Symon, de here van der Lippe, vor uns ande unsen erven ande wi rad van der Lippe vorghesproken unse ingheseghele to desseme breve ghehancgen. Desse brif de is ghegheven in pinkest avende, an deme jare van Godes bort dusent drihundert ande siven tiene.

Urschr. Fstl. Archiv Rheda, Rheda Urk. Nr. 5 (1945 verloren gegangen!), mit dem ersten Siegel in weißem Wachs, leicht beschädigt (großes Schildsiegel Simons = Abb. II 86!). Danach mod. Einzelabschrift StA Münster, Einlage zu Overmann, Stadtrecht Lippstadts, Bibl. Sign. 6 S. 13. Im Repertorium d. Archivs Rheda eine Zeichnung des Siegels (von Archivar Brand 1812?). – Teildruck (nach Auszügen 15./16. Jh., StA Detmold, L 36 D I,1 Bl. 39) ohne Tagesdatum bei Overmann, Lippstadt (vgl. o. Nr. 1510).

[a] Aus em verbessert

1559

1317 Mai 21 und 23

Bischof Dietrich und das Domkapitel von Paderborn versetzen dem Busdorfstift auf zehn Jahre den Bischofszehnten in Borgentreich.

Datum per copiam. Nos Theodericus Dei gratia episcopus, Ludolphus decanus et .. capitulum ecclesie Paderbornensis notum facimus, quod dilectis nobis .. decano, .. capitulo et ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne vendidimus decimam in Borgentrike, que vocatur ‚decima episcopi', cum suis pertinenciis, agris, campis[a] cultis et incultis, novalibus exstantibus et futuris per decem annos a data huius littere incipientes et continue currentes pacifice possidendam pro centum

marcis denariorum Wartbergensium et pro decem puri argenti. Hec pecunie summa in usus nostre ecclesie taliter est conversa: cum centum marcis denariorum predictorum redempta fuit hec decima a Godswino Blicken, qui eam tenuit obligatam, ita quod ex lapsu temporis de recepcione fructuum huius decime nichil poterat defalcari. Decem marce puri argenti[b] date fuerunt castrensibus in Wartberg et Blanckenrode, ut cum illis muri castrorum huiusmodi firmarentur. Hanc decimam cum omni sua valitate habebunt .. decanus et .. capitulum predicti et pacifice eam decem annis possidebunt faciendo de illa quidquid eis placet. Nullus eciam iudicio seculari aut ecclesiastico arrestare, occupare aut alias invadere aut eos aliquomodo impedire debet, quominus fructus eius locent, vendant, disponant et deducant pro sue libito voluntatis. *Nach zehn Jahren fällt der Zehnten an den Bischof zurück. Dieser und das Domkapitel siegeln.*

Datum in vigilia Pentecostes, anno Domini millesimo CCC°XVII°.

Nos Ludolphus decanus et .. capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensis litteras tenoris supra conscripti habemus a domino nostro .. episcopo et a .. capitulo maioris ecclesie, pro cuius notitia et testimonium sigillum nostrum presenti copie est appensum. Datum feria secunda in septimana Pentecostes, anno Domini ut supra.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 449, mit abhängendem Siegel des Busdorfstiftes (WS III 106,4). – Reg. (Grothaus SJ) ebd., Msc. VII Nr.207 II Ab; dsgl. (17. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 242b S. 14 Nr. 4.

[a] Davor ein überflüssiges in [b] Fehlt in der Urschrift

1560

1317 Mai 23 Amelunxborn

Abt Giseler von Amelungsborn empfiehlt den Kanonikern von St. Peter zu Höxter seinen Neffen Nikolaus für eine vakante Präbende.

F(rater) Giseler, abbas monasterii in Amelunchsborn ordinis Cisterciensis, viris reverendis et discretis domino decano et reliquis dominis canonicis ecclesie ad divum Petri (!) in Huxaria salutem eternam. Quandoquidem harum exhibitor, sororis mee carnalis filius Nicolaus, pio desiderio optat in vestram, si que detur vacantia, ecclesiam recipi, ut nuper coram divo Paulo vestro hic prolixius dixi, eum ad vos ablegare volui, ut ipsimet mores et studia eius penitius explorare valeatis. Nostre enim laudes suspecte fiunt. In Domino tamen confido, integritatem et modestiam eius a vestra discretione probari. Ego lubens eum in nostro retinuissem monasterio, sed propensius affectat in ede sancti Petri esse. Cum igitur ubique uni famulemur Deo, bonum eius propositum cohibere nolui. Facietis igitur, reverendi et discreti viri, quod poteritis. Gratus vobis ero. Datum e cella mea ipso die Urbani, anno gratie M CCC XVII.

Druck Paullini, Chronicon Huxariense S. 75f. Danach Abschr. (Falke) StA Wolfenbüttel, Hs. VI Nr. 6 Nr. 12 Coll. II S. 713. Notorische Fälschung ohne echten Kern.

1561

1317 Mai 25 Avignon

Papst Johann XXII beauftragt seine Gesandten Petrus Durandi *und Bernhard von* Mont-Valérien, *vom Erzbischof Peter von Mainz die Summen einzufordern, die der verstorbene Erzbischof Heinrich von Mainz*[1] *im Auftrage des gleichfalls verstorbenen Kardinalbischofs Dietrich von Palestrina*[2], *der als*

Kollektor des für das Hl. Land ausgeschriebenen Zehnten vom Papste in die Kirchenprovinzen Trier, Mainz, Köln, Bremen und Magdeburg, sowie in der Diözese Kammin entsandt worden war, erhoben, aber dem Kollektor nicht abgeliefert hatte. – Dudum bone memorie –

Datum Avinione VIII Kal. Junii, pontificatus nostri anno primo.

Hier nach Mollat I S. 476 Nr. 5268. Regest: Reg. ErzbKöln 4 Nr. 986 (mit weiteren Hinweisen).

[1] † 17. März 1288 [2] † 7. Dezember 1306

1562

1317 Mai 27

Bischof Dietrich (Thidericus) *von Paderborn bestätigt den von genannten Erzbischöfen und Bischöfen der Nikolaikirche in Bielefeld* (Bylvendensis) *verliehene Ablässe* (s. o. Nr. 1539 vom 27. März 1317) *und verleiht selbst einen solchen von 40 Tagen.*

Actum, confirmatum et datum vj. Kalendas Junii, anno Domini m°ccc°xvij.°

Urschr. als Transfix zur Urk. StA Münster, Stift St. Marien-Bielefeld, Urk. Nr. 21a, mit Rest des Siegels (WS II 50,1) *an weißer Leinenschnur. Erwähnt: Bielef. UB Nr. 119.*

1563

1317 Juni 1

Die Kastellane auf Burg Mark teilen dem Grafen von Ravensberg mit, daß sie als gewählte Schlichter den Streit zwischen dem Kloster Benninghausen und Gobelin v. Dinkelburg nicht entscheiden können, solange dieser nicht seine schriftlichen Unterlagen beibringe.

Pro universis castellanis in Marka. Viro nobili comiti in Ravensbergh et universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem cum noticia veritatis, quod constituti[a] coram nobis domina abbatissa et conventus in Benekynkhusen a parte una et Gobelinus de Dynkbůrghelo ex altera super disensione quorundam bonorum Dynkburghelo in ius diffiniendum super ea in nos concorditer arbitrarunt, super quo acta et scripta sua utrobique nobis infra triduum post ipsorum recessum nobis dixerant per eosdem prestanda, quod domina pro se fecit, Gobelinus vero nulla scripta nobis presentavit, quare ipsis partibus causam suam non potuimus diffinire. Sed si dictus Gobelinus adhuc sua nobis scripta presentare decreverit, deliberabimus nos cum viris peritis super illa et, quod nobis pro iure legitimo ostensum fuerit, non tardabimus diffinire. In cuius rei robur sigillum Engelberti de Herborne, militis, nostri concastellani pro nobis est appensum. Datum anno Domini M°C°C°C°septimo decimo, feria quarta post Urbani episcopi.

Urschr. StA Münster, Kl. Benninghausen, Urk. Nr. 137, mit (beschädigt) anhängendem Siegel des Engelbert von Herborn (WS IV, 203,3). – Regest: WUB 10 Nr. 536.

[a] Umschr.: constitutus!

1564

1317 Juni 5

Hermann Steltere *verkauft dem Dietrich von* Keritorp *eine Rente aus seiner Mühle in* Horhusen.

Vor Conradus de Clinge, iudex, Gotfridus Snarman, proconsul, Bodo de Dodinchusen, Henricus de Nutlon, Gotfridus Boldyken, Hermannus Udonis, Henricus Bertrammi, Hermannus Nothe, Johannes Havesalde, Ludolfus Sprincke, Henricus de Esbyke, Waltherus Ruffi et Herboldus Sumer, consules Montismartis, *verkauft* Hermannus Steltere de pleno consensu Cunegundis, uxoris sue, ac Johannis, Thiderici, Henrici, Detmari, Hermanni, Henrici, Cunegundis et Gertrudis, liberorum suorum, ceterorumque omnium suorum heredum novem solidos denariorum Mersberg usualium, unum pullum et unam unciam ovorum Thiderico de Keritorp et Mechthildi, uxori sue, in molendinum suum in Horhusen situm ... in hunc modum, quod ipse Hermannus Steltere et sui heredes aut hii, quicumque, pro tempore dictum molendinum seu molendini fundum possederint, ex ipsos molendino seu molendini fundo, si forte molendinum fuerit destructum, dicto Thiderico de Keritorp et eius uxori prenotate aut illi, cui ipsi hanc litteram presentaverint, in perpetuum annis singulis semper feria quinta in carnisprivio dictos novem solidos Mersbergenses ac unum pullum et in festo Pasche unam unciam ovorum sine contradictione qualibet favorabiliter ministrabunt. *Stadtsiegel von Marsberg.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, ipso die beati Bonifacii episcopi.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 69, mit dem (beschädigt) abhängenden Siegel der Stadt Marsberg (WS II 66,3). Rückschr. (14. Jh.): ex molendino in Horhusen IX sol. – *Abschr. (um 1408) ebd., Msc. I Nr. 121 Bl. 92^{v}. – Druck: Prinz UB Busdorf Nr. 103.*

1565

1317 Juni 6 Avignon

Papst Johann XXII befiehlt u. a. dem Erzbischof von Mainz und seinen Suffraganen und Prälaten für sicheres Geleit der von ihm zu seinen Kollektoren in den Kirchenprovinzen Mainz, Köln und Trier ernannten Magister Petrus Durandi *und Bernhard* de Montevalano *Sorge zu tragen. – Cum nos dilectos filios –*

Datum Avinione, VIII. Idus Jnuii, pontificatus nostri anno primo.

VatA Rom, Reg. Avignon Bd. 2 Bl. 63a bzw. Vatikan Bd. 63 Nr. 366 de curia. – Regest Mollat I S. 478 Nr. 5296; dsgl. Vogt, Mainzer Reg. 1 Nr. 1905; RegErzbKöln 4 Nr. 990 (mit weiteren Hinweisen).

1566

1317 Juni 8 Avignon

Papst Johannes XXII erlaubt dem Kloster Wormeln, Erbschaften anzunehmen.

Johannes episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio preposito et dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii in Wormelon, per prepositum et abbatissam soliti gubernari, ordinis sancti Benedicti Maguntinensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclinati vobis nostra presertim auctoritate[a] concedimus, ut[b] possessiones et bona alia mobilia et immobilia, que personas liberas monacharum vestrarum mundi vanitate relicta ad monasterium vestrum convolantium et professionem facientium in eodem iure successionis vel alio quocumque iusto titulo, si remansissent in seculo, contigissent et potuissent vobis libere erogare, petere, recipere ac etiam retinere libere valeatis sine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo ... Si quis autem ...

Datum Avinione, VI idus Junii, pontificatus nostri anno primo.

Abschr. (A) (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII 4519 S. 1 und Bl. 23; dsgl. StA Wolfenbüttel, Hs. B 100 (Nachlaß Overham) Bd. 5 S. 300. – Reg. (17. Jh.) (nach A) StA Münster, Msc. I Nr. 242 S. 20 Nr. 1. – Druck: Schaten, Ann. Pad. 2 S. 237f.

[a] Schaten: vobis praesentium auctoritate [b] Schaten: et

1567

1317 Juni 8 Avignon

Papst Johannes XXII erteilt der Abtei Corvey eine Protectionsbulle.

Fälschung Falkes aufgrund des Privilegs vom selben Tage für Kloster Wormeln (s. o. Nr. 1566) und der Bulle Martins IV von 1424. StA Wolfenbüttel, Hs. VI B Nr. 6 (Falke) Coll. II S. 721.

1568

1317 Juni 11 Rodenberg

Den nobilibus viris ac dominis suis karissimis Hermanno et Hildeboldo comitibus de Perremunth *teilt* Hartus famulus dictus de Negenborne *mit, daß er* Burchardo preposito et conventui monasterii in Wenigessen *aus Not* (mera mea necessitate urgente) curiam meam quatuor mansorum cum duabus suis areis[1] *verkauft habe. Er läßt ihnen das Lehngut auf und bittet sie, das Eigentum daran dem Kloster zu übertragen. Auf Bitten des Verkäufers siegelt Ritter* Conradus de Winighusen. Testes huius sunt Richardus miles dictus Post, dapifer, Sten advocatus, Johannes de Kathusen, castellani in Rodenberghe, et alii plures fide digni.

Datum ibidem anno Domini M°CCC°XVII°, in die beati Barnabe apostoli.

Urschr. StA Hannover, Kl. Wennigsen, Urk. Nr. 110, mit den Siegeln des Ausstellers (Abb. II 92) und des Konrad von Winnighausen (Abb. II 176). – Druck: Calenberger UB 7 (Kl. Wennigsen) Nr. 110.

[1] Der Name des Ortes ergibt sich aus der folgenden Urkunde: Spolholthusen.

1569

1317 Juni 11 Lügde

Die Grafen von Pyrmont überlassen dem Kloster Wennigsen das Eigentum der diesem von Artus von Negenborn verkauften Höfe.

Hermannus Dei gratia comes, Hildeboldus, Gotscalcus, Hermannus, domicelli de Perremunth, *verkaufen* receptis quatuor marcis ab honorabili viro Burchardo preposito et religiosis dominabus, domina priorissa et conventu monasterii in Wenigessen, ordinis beati Augustini et Mindensis dyocesis, ... pheudum et proprietatem quatuor mansorum curie et duarum arearum sitarum in Spolholthusen cum plenitudine omnis iuris sui in campis et in silva et generaliter in omnibus ipsis pertinentibus et sicut Hartus famulus de Neghenborne iam dudum possederat eas, qui nobis pheudum manumisit earundem quieta fruitione perpetuo possidendo. Renunciamus igitur viva voce, sicut in hiis scriptis renunciamus omni actioni, quam de iure vel facto super predicto pheudo et proprietate predictorum bonorum contra iam dictos prepositum et conventum et monasterium in Wenigessen in posterum possemus suscitare ... *Hermann siegelt.* Nos vero Hildeboldus, Gotscalcus et Hermannus,

domicelli predicti, sigillo domini Hermanni antedicti, fratris nostri Hildeboldi, et patris nostri Gotscalci et Hermanni, quia propria non habemus, utimur tanquam nostris.

Datum in Lude anno Domini M°CCC°XVII°, in die beati Barnabe apostoli.

Urschr. StA Hannover, Kl. Wennigsen, Urk. Nr. 111, mit dem Siegel des Grafen Hermann von Pyrmont (Abb. II 106). – Druck: Calenb. UB 7 (Kl. Wennigsen) Nr. 111.

1570

1317 Juni 14 Brühl

Erzbischof Heinrich von Köln genehmigt seinem Marschall von Westfalen, dem Grafen Ropert von Virneburg, daß sein Gläubiger für die in seinen Diensten aufgenommenen Darlehen die ihm versetzten Einkünfte aus dem Amt Menden auch nach dem Ausscheiden des Grafen aus dem Marschallamtes bis zur Tilgung des Darlehens nutzen darf.

Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod cum propter inprovisas et varias expensas ad resistendum diversis nostram terram Westphalie diversimode invadentibus nobilem virum Ropertum comitem de Virneburg, marschalcum nostrum Westphalie, cum redditus terre nostre Westphalie sibi commisse eidem ad hoc non suppetant, apud diversos creditores expensas huiusmodi eum conquirere oporteat, et non nunquam etiam, qui in talibus eum adiuvent, aliquos non valeat reperire, cum, si que sibi conquirentur, eis per ipsius promissionem de solutione eis de talibus faciendam forsan minus efficaciter caveretur, nos ad ipsius comitis supplicationem attendentes labores et solicitudinis sue diligen[tiam,] quibus a tempore sibi officii marschalcatus nostri Westphalie commissi repressis invadentium se ibidem inf[ra nostram] terram eandem defendit hactenus intrepide et constanter, quodque ut [hoc officium?] eo animosius exerceat, [quo m]agis sibi in expensis noverit provideri, ut de creditore, qui eidem ad summam quadringentarum marcarum denariorum Susatiensium pro expensarum suarum continuatione in eiusdem terre nostre defensione faciendis conquirat, sibi prospicere et assumere valeat, eidem presentibus indulgemus et, ut tali creditori de restitutione conquirendorum sufficientius caveatur, volumus, ut, si antedicte pecunie solutionem ipsum comitem decedere vel ab eodem officio revocari vel quocumque modo desistere ab eodem contingat, quod idem creditor tam diu in officio nostro Mendene, iuribus et redditibus permaneat, quousque ad bonam computationem sibi de summa pecunie predicta fuerit satisfactum. Nam idem creditori per dictum comitem assumendum ad premisse ex parte dicti comitis has literas nostras super hoc habenti idem officium pro expositis huiusmodi volumus pro subpignore obligari sub presentium nostrarum testimonio literarum. Datum Brule anno Domini millesimo trecentesimo septimo decimo, feria tercia post diem beati Barnabi apostoli.

Urschr. Archiv Merlsheim, das Siegel ist verloren. Fehlt RegErzbKöln 4.

1571

1317 Juni 22 Avignon

Papst Johann XXII. befiehlt allen Erzbischöfen und Bischöfen, seine beiden Kollektoren Petrus Durandi *und Bernhard von* Mont-Valérien *(vgl. o. Nr. 1565) gut aufzunehmen und zu unterstützen.*

Datum Avinione, X. cal. Julii, pontificatus nostri anno primo.

Mollat I Nr. 5332. Regest: Erwähnt RegErzbKöln 4 Nr. 990 (mit weiteren Hinweisen).

1572

1317 Juni 22

Mit Zustimmung des Abtes Ropert von Corvey verkaufen die Brüder von Lutmarsen *dem Burchard von* Lutmarsen *genannte Ländereien.*

Nos Ropertus Dei gracia abbas ecclesie Corbeyensis notum facimus presentibus et futuris, quod Heinricus et Arnoldus de Lutmarsen, fratres, coram nobis constituti adhibito nostro benivolo consensu novem iugera indecimabilia sita in loco, qui ‚Beversterte' nuncupatur, que a nobis tenuerant iusto tytulo pheodali, pro triginta duabus marcis denariorum Huxarie legalium vendiderunt Borghardo de Lutmarsen, Johanni et Nicolao, filiis suis, perpetuis temporibus indecimabiliter possidenda. Hanc quidem pecuniam predicti fratres Heinricus et Arnoldus Cunegundi sorori ipsarum, matrimonialiter tradite Johanni de Hildwordessen ratione dotis assignaverunt, premisso tamen eo, quod memorata novem iugera, quandocumque decreverint, pro predicta summa denariorum Huxarie legalium a premissis emptoribus reemendi habebunt premissi fratres Heinricus et Arnoldus liberam facultatem. Condictum est etiam, si prefati .. emptores hereditaria inpetitione in posterum ab aliquibus, quod absit, gravarentur, extunc antefacti venditores promiserunt et presentibus firmiter promittunt, quod eisdem aliis agris predictis iugeribus coniacentibus huiusmodi defectum integraliter debent restaurare. *Der Abt siegelt.*

Actum et datum anno Domini M°CCC^{mo}xvii°, X° Kalendas mensis Julii.

Urschr. StadtA Höxter, Urk. Nr. 178, abhängendes Siegel verloren. – Abschr. (Falke) StA Wolfenbüttel, Hs. VI B Nr. 12, Coll. II S. 717. – Reg. (1628) StA Münster, Msc. I Nr. 140 Bl. 51^{v} (Inventar des Höxterschen Stadtarchivs von 1628, ohne Tagesdatum). – Regest: Leesch, S. 278f. Nr. 178.

1573

1317 Juni 25

Die Gebrüder von Osdagessen *verkaufen dem Johann von* Essente *einen Kotten im Dorf Wormeln.*

Nos Johannes sacerdos, Goscalcus et Hinricus laici, fratres dicti de Osdagessen, recognoscimus et presentibus lucide profitemur, quod cum scitu, consensu et voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus Johanni de Essente suisque omnibus veris heredibus casam sive aream nostram que proprie ‚colstede'[a] dicitur, in villa Wormelen sitam cum omnibus suis usufructibus et appendiciis universis ad habendam pacifice et quiete iure hereditario possidendam et quicquid ei aut suis heredibus cum dicta area placuerit faciendum, ponentes ipsum in possessionem aree supradicte. Promittimus nihilominus dicto Johanni cum suis heredibus firmam et debitam facere warandiam. In cuius rei testimonium presens scriptum ipsi dedimus sigillis honorabilium virorum, domini Ravenonis de Choghelenberge et aliorum ...

Acta sunt hec M°CCC°XVII, in crastino Nativitatis Johannis baptiste.

Abschr. (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4519 S. 14 (unvollständig). Danach (?) Reg. ebd., Msc. I Nr. 242 S. 21 Nr. 7.

[a] Richtiger cotstede?

1574

1317 Juni 26

Die Gebrüder Sumerkelve *verzichten auf alle aus ihren verschiedenen Querelen herrührende Ansprüche an das Kloster Brenkhausen.*

Nos Bertoldus et Wernherus, famuli, fratres dicti Sumerkelve, tenore presencium publice protestamur, quod nos omni questioni seu actioni, quam vel quas habere videbamur contra religiosas personas dominam .. abbatissam et conventum sanctimonialium in Beringehosen racione quorundam bonorum in Kaddenhosen sitorum, item occasione fratris Henrici, conversi dicti de Pumecen, et tocius sue generacionis, quos iure servilis condicionis ad nos spectare dicebamus, insuper racione cuiusdam famuli dicti Stenkop, quem per conversum, custodem nemoris ipsarum, dicebamus offensum, preterea occasione quorundam verborum in nos contumeliose per quendam conversum prelatorum, et omnibus occasionibus, questionibus sive actionibus, quocumque nomine censeantur, que nobis in eisdem sanctimonialibus seu earum familia quolibet modo competere videbantur, renunciamus et renunciavimus et in toto recognoscentes, in predictis omnibus nichil iuris penitus nos habere. Promittimus nichilominus, quod sepedictas sanctimoniales nostris obsequiosis serviciis perpetuo debebimus promovere. In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum honorabilis viri, domini Alberonis, militis dicti Post, sigillo petivimus confirmari. Nos vero Albero, miles predictus, ad perpetuam firmitatem, ut dictum est, sigillum nostrum predictorum fratrum rogatu presenti scripto duximus apponendum. Testes aderant Meynricus de Hunvelt, Albertus de Vesperde, Johannes de Colrebike et Johannes Krakowe et alii fidedigni. Datum anno Domini m°ccc°xvij°, in die Johanns et Pauli martirum.

Urschr. StadtA Brakel, Urk. Nr. II 40(66), mit dem an Pgt.streifen anhängenden Siegel des Albero Post (Abb. II 103). Rückschr. (14./15. Jh.): super Kaddenhusen.

1575

1317 Juni 27 Avignon

Papst Johann XXII. befiehlt seinen Kollektoren Petrus Durandi und Bernhard von Mont-Valérien *sowie den Erzbischöfen von Mainz, Köln und Trier und deren Suffraganen, die Einkünfte des ersten Jahres von allen Benefizien, die zur Zeit in ihren Kirchenprovinzen vakant sind bzw. in den drei nächsten Jahren vakant werden, einzusammeln.* – Cum nos de vestra –

Datum Avinione, V. Kal. Julii, pontificatus nostri anno primo.

Hier nach Mollat I S. 483 Nr. 5349. Regest: RegErzbKöln 4 Nr. 995.

1576

1317 Juni 29

Vor dem Rat der Stadt Herford überläßt Gerhard Broistake *den vier Wochenherren an der Stiftskirche ebenda eine Rente.*

.. scabini et consules Hervordienses omnibus presentia visuris vel audituris perpetuam rei memoriam. Tenore presentium publice duximus protestandum, quod Gerhardus Broistake, concivis noster, de consensu uxoris et heredum suorum[a] resignavit ad manus quatuor ebdomadariorum ecclesie nostre Hervordensis censum annuum sex solidorum, quem in domo sua opidali annis singulis percipiendum habebunt ex ipsius Gerhardi libera donatione iidem hebdomadarii in perpetuis temporibus possidebunt etc ..

Datum anno Domini 1317, Petri et Pauli apostolorum.

Abschr. (Auszug) von 1686 StA Münster, Abtei Herford, Akten Nr. 100 Bl. 247 nach der Urschrift, besiegelt von der Stadt Herford, beglaubigt vom Notar Arnold Isfording.

[a] Abschr.: suarum

1577

1317 Juni 29 Marsberg

Die von Horhusen *verkaufen dem Konrad von* Walberinchusen *einen Hof in* Wunnenbergh *und ein Achtel des Zehnten in* Beffete.

... Conradus de Horhusen, miles, et filius meus Conradus *verkaufen* Conrado de Walberinchusen, famulo, uxori sue Gertrudi, et filiis suis Conrado et Johanni et omnibus eorum veris heredibus bonum nostrum in Wunnenbergh, quod Johannes dictus Teckere colit, ac octavam partem tocius decime in Beffete cum universis eiusdem boni ac dicte octave partis decime iuribus et appendiciis pro sedecim marcis examinati argenti excepta dimidia marca quiete et pacifice possidenda, ac ipsis Conrado, uxori sue, filiis suis predictis et omnibus eorum heredibus prefatum bonum in Wunnenberch et dictam partem tocius decime in Beffete cum omnibus attinenciis iure contulimus pheodali, *und geloben Währschaft.* In qua warandya, si nos et nostri heredes deficientes et neglientes inventi fuerimus, extunc Fredericus miles, Steffanus et Olricus, famuli dicit de Horhusen, nostri fideiussores in hac parte, postquam moniti fuerint ab eisdem emptoribus vel ab eorum heredibus, quindena transacta civitatem Montismartis more solito ad iniacendum intrabunt, ab hinc non recessuri, nisi talis defectus seu inpeticio hereditaria seu pheodalis a quocumque facta totaliter deponatur ac reformetur, prout antedicto Conrado de Walberinchusen, uxori sue et filiis suis Conrado ac Johanni et omnibus eorum veris heredibus fide data ac pari manu pro nobis et pro nostris heredibus promiserunt et promittunt in hiis scriptis, *vorbehaltlich des Rückkaufsrechtes jeweils zwischen Weihnachten und Lichtmeß.* In quorum testimonium nos Steffanus et Conradus predictus, milites,[a] fratres de Horhusen ... sigilla nostra presentibus litteris dignum duximus apponenda. Testes super hiis astiterunt Olricus de Westhem, miles, Hermannus et Conradus fratres dicit de Huxaria, Conradus Sumercorn et alii quam plures fidedigni.

Datum et actum in Montemartis anno Domini M°CCC°XVII°, ipso die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Urschr. StA Münster, Herrsch. Büren, Urk. Nr. 25, von den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln ist nur das zweite erhalten: Stefan von Horhusen (wie WS IV 226,1). – Abschr. (18. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 5111 Bl. 49.

[a] Es müßte entsprechend dem predictus miles heißen, da Stephan vorher im Text als Knappe (famulus) bezeichnet wird.

1578

(1317) Juni 29

Das Kloster St. Marien in Lemgo beauftragt Gennante mit dem Verkauf der Güter in Bosendorf.

Reverendis patribus fratri Lut(holfo), priori, fratri R(eymberto) Dyabolo et Hart(berto) de Mandeslo ordinis Predicatorum domus Mindensis necnon domino Al(berto), plebano in Lemegow, soror Berta, priorissa totusque conventus sororum inclusarum Novi oppidi civitatis eiusdem sincerum affectum cum oracionibus indefessis. Paternitati vestre unanimi consensu communiter supplicamus, quatenus secundum, quod de vobis confidimus et speramus, negocium nostrum de vendicione bonorum nostrorum in Bosintorpe vobis fideliter assumatis, sub nostri testimonio protestantes, quod ratum et gratum habebimus, quitquit de dictis bonis vestre discrecioni visum fuerit ordinandum. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri munimine duximus roborandum. Datum in die apostolorum Petri et Pauli.

Abschr. (14. Jh.) StA Hannover, Hs. III 130 (Loccumer Kopiar, 1943 verbrannt) S. 115 Nr. 611; dsgl. Archiv Loccum, Kopiar (16. Jh.) S. 362 Nr. 602. – Regest: Calenb. UB 3 Nr. 672 Anm. 1, Lipp. Reg. 2 Nr. 630 Anm., WUB 10 Nr. 541.

[a] Die Namen der Beauftragten ergeben sich aus der Urkunde vom 6. Juli 1317 (u. Nr. 1582) [b] A: ptestantes

1579

1317 Juli 4 Brakel

Bischof Dietrich von Paderborn schlichtet den Streit der Gebr. von der Asseburg und des Klosters Hardehausen um die Güter up der Mysten *in und um Brakel.*

Nos Theodericus Dei gracia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus, quod per Borchardum, Ecbertum et Johannem clericos, et Wernherum, famulum, fratres, filios quondam Borchardi de Asseborch, militis, contra dominum .. abbatem et .. monasterium de Hersvedehůsen, Cisterciensis ordinis, super bonis dictis ‚up de Mysten', infra oppidum Brakele et extra sitis, suborta fuit materia questionis, predictis fratribus dicentibus, se ius habere in bonis eisdem. Tandem visis instrumentis, quibus muniti fuerunt .. abbas et .. monasterium predicti, in quibus lucide continebatur, qualiter ius, possessio et proprietas eorundem bonorum in eos fuerunt olim pleno iure translata, conpertoque ex informatione suorum amicorum, quod eis vel eorum heredibus nichil iuris competeret in bonis illis, deliberatione matura inter se prehabita cesserunt et destiterunt ab omni actione et impeticione, quam movere inceperant, et promiserunt fide data tam pro se quam pro Bertoldo, filio quondam Bertoldi, fratris eorum, quod ipsi pariter aut divisim per se vel alios publice et occulte super bonis predictis seu eorum attinenciis non movebunt aliquam actionem, impeticionem vel gravamen imperpetuum monasterio supradicto, sed promittent, illud monasterium eorundem bonorum plena et pacifica possessione omni cessante turbatione, impedimento vel molestia uti et gaudere. ... partibus[a] utrobique petentibus ... *siegelt Bischof Dietrich mit den Gebr. v. d. Asseburg. Für Johann, der kein eigenes Siegel hat, siegelt* Godefridus decanus Huxariensis. Testes presentes aderant Bertoldus, plebanus in Brakele, Hermannus de Koven, Fredericus de Ymmissen et Everhardus de Meyncgersen cum pluribus aliis hominibus fidedignis.

Actum Brakele et datum IIII^to^ Nonas mensis Julii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 450; von den an Pgt.streifen angehängten fünf Siegeln sind nur noch Reste des vierten und fünften vorhanden. – Druck: Asseb. UB 2 Nr. 776.

[a] Nicht presentibus, wie Asseb. UB 2 Nr.776.

1580

1317 Juli 4 Herford

Rechtsspruch über das Heergewedde der Herforder Ministerialen.

.. Noverint universi, qui sua crediderint interesse, per nos Henricum Gogravium, Swederum de Buscho, Johannem de Vorencampe, Florentium de Quernhem, Fredericum, Alberonem et Lodewicum dictos Post, fratres, milites, super iure infrascripto a nobis quesito taliter diffinitum existere, quod mortuo aliquo ministeriali, qui herwadium suo dominio, cuius ministerialis fuisse[a] dinoscitur, solvere debet et tenetur cum aliis ad herwadium spectantibus equus suus melior, quem habet, sive ad

equitandum aptus sive ad iugum trahendum et quem habuit, cum in egritudinem decideret, dominio est presentandus. Sed si nullum haberet vel habuisset, ad presentandum aliquem minime teneretur. Actum in cimiterio Hervordensi presentibus Johanne Gogravio seniore, Gerhardo de Molendino, Henrico Enicghen, Johanne de Beren, Everhardo, Gerhardo et Boldewino de Quernhem, fratribus, Lodewico Post, famulis, Hermanno de Hagen, Hermanno Wlfardi, Alberto et Ludolfo dictis de Rentelen, Friderico Rufo, proconsulibus et civibus Hervordensibus, dictam diffinitorum per modum sentencie prolatam ratificantibus. In cuius facti evidenciam presens littera sigillo mei Henrici Gogravii, militis predicti, in quo ceteri duximus esse contenti, necnon et minori sigillo civitatis Hervordensis pariter roboratur. Datum et actum ipso die Ůthelrici confessoris, anno Domini M°CCC°XVII°.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 149, mit den abhängenden Siegeln des Heinrich Gogreve (WS IV 224,3) und der Altstadt Herford (Sekret; WS II 91,2). – Abschr. (15. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 3301a S. 32. – Reg. (16. Jh.) ebd., Abtei Herford, Lehnsreg., Nr. 11 S. 85, dsgl. (Storch) Archiv H. Ruhr, Msc. Nr. 52 Bl. 41.

[a] ministerialis fuisse auf Rasur!

1581

1317 Juli 4

Die Gebr. von Recklinghausen resignieren dem Grafen von Waldeck zugunsten Johanns von Marghen *vier Höfe in* Odenhusen.

Nobili domino, .. domino comiti .. de Woldeghe .. Amelungus ac Bertoldus, fratres de Rekelinghusen servicii et honoris quantum possunt. Quatuor mansos sitos in Odenhusen, quos de vobis habuimus pariter et tenuimus in feodum, .. vobis supradicimus et remittimus in hiis scriptis, rogantes omni prece, qua possumus, quatenus dictos mansos ferre velitis .. domino Johanni de Marghen, militi eo iure, quo nos eos tenuimus nostri servicii ob respectum. Datum presentibus .. Johanne de Sunderen, Bertoldo dicto Scuhe ac Frederico, fratre eius, necnon Conrado de Nathesunghen, famulis, qui aderant ut testes sub sigillo nostro presentibus appensis anno Domini M°CCC°septimodecimo, ipso die Udelrici episcopi et confessoris.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 6828 (Lehen von Rekelinghusen*); das abhängende Siegel ist verloren. – Abschr. (16. Jh.) ebd., Ält. Waldecker Kanzleien, Abt. 21 Paket Nr. 6, Samtkasten 11 Bl. 45.*

1582

1317 Juli 6 Minden und Lemgo

Das Kloster St. Marien in Lemgo verkauft dem Kloster Loccum seinen Besitz in Bosendorpe.

In nomine Domini amen. Christi fidelibus universis, ad quos littere presentes pervenerint, nos soror Berta, priorissa, totusque conventus sororum de ordine Predicatorum apud sanctam Mariam Novi oppidi civitatis in Lemegow, Paderburnensis dyocesis, inclusarum, salutem et subscriptorum cognoscere veritatem. Noverint universitas vestra, quod habita deliberacione matura et morosa cum discretis viris Ludolfo, priore in Minda, fratre Reymberto Dyabolo, Alberto, ecclesiarum nostrarum in Lemegow plebano, ac cum aliis fratribus et conversis seu amicis nostris super negocio vendicionis bonorum nostrorum[a] in Bosindorpe, cum nobis minus utilia propter eorum desolacionem et distanciam a nobis

viderentur, in hoc unanimi consilio et consensu convenimus, ut ipsa per alienacionem licitam in alios legaliter transferemus. Recognoscimus igitur et in hiis litteris publice protestamur, quod eadem bona, curiam videlicet in Bosindorpe cum decima sua magna et minuta, cum areis, mansis, campis, agris cultis et incultis, novalibus iam novatis et innovandis, usuagiis, nemoribus, silvis et specialiter silva singulari, que ‚Rysne' dicitur, rubetis, pratis, pascuis, aquis, ryvis, palludibus et ripis ac cum omni alia iuris integritate, sicut hactenus habuimus et possedimus, vendidimus religiosis viris domino abbati et conventui monasterii in Lucka, Cisterciensis ordinis et Mindensis dyocesis, in ius proprium et in possessionem stabilem perpetuo possidenda, receptis nomine precii centum et X marcis Bremensis argenti, quas in utilitatem nostram exprehendimus ab eisdem. Recognoscimus eciam, quod per honorabilem virum Albertum, plebanum ecclesiarum nostrarum predictum, ipsos et eorum nomine fratrem Burchardum, monachum, et Henricum ac Burchardum, eorum conversos, in corporalem possessionem dictorum bonorum introduci fecimus, eam vacuam tradentes et promittentes, quod de eis et eorum qualibet parte iustam et legitimam warandiam, prout venditor emptori tenetur, ubi et quando requisiti per eosdem fuerimus, faciemus. Et in horum omnium et singulorum robur perpetuum et testimonium evidens sigillo nostro, quo communiter utimur, has litteras super premissis confectas decrevimus roborare. Facta est hec vendicio Minde in capitulo fratrum Predictorum per fratrem Ludolfum, priorem, fratrem Reymbertum Dyabolum ac Albertum plebanum, predictos super ea speciale mandatum a nobis habentes, mediantibus et presentibus testibus ...[b]

Datum in Lemegow anno incarnacionis dominice M°CCC°XVII°, pridie Nonas Julii.

Abschr. (14. Jh.) StA Hannover, Hs. III 130 (Loccumer Kopiar, 1943 verbrannt) S. 115 Nr. 610; dsgl. (16. Jh.) Archiv Loccum, Kopiar S. 361 Nr. 601. – Regest: Calenb. UB 3 Nr. 672, Lipp. Reg. 2 Nr. 630, WUB 10 Nr. 543a.

[a] Die ausgelassene -rum-Kürzung mit roter Tinte nachgetragen [b] Die Zeugen fehlen, wie so oft in den Loccumer Kopiaren

1583

1317 Juli 6 Lemgo

Das Kloster St. Marien in Lemgo quittiert dem Kloster Loccum über den Kaufpreis von 100 Mark für die Güter in Bosendorpe.

Nos soror Berta, priorissa, et conventus sororum inclusarum apud sanctam Mariam Novi oppidi in Lemegow notum esse cupimus universis, quod, dum religiosi viri abbas et fratres monasterii in Lucka strennuum virum Fridericum, militem dictum Dume, de centum marcis Bremensis argenti, quas nobis de bonis nostris in Bosindorpe solvere tenentur, pagaverint, sub testimonio comepetenti, extunc eosdem abbatem et fratres quitos pronunciamus et nos pagatos fore integraliter de premissis centum marcis reputamus.[a] In horum testimonium et veritatis futuram ostensionem[b] eisdem abbati et fratribus has nostras litteras dedimus nostro, quo communiter utimur, sigillo fideliter roboratas.

Datum in Lemegow anno Domini M CCC XVII, pridie Nonas Julii.

Abschr. (A) (14. Jh.) StA Hannover, Hs. III 130 (Loccumer Kopiar, 1943 verbrannt) S. 115 Nr.609; dsgl. (B) (16. Jh.) Archiv Loccum, Kopiar S. 361 Nr. 600. – Regest: Calenb. UB 3 Nr. 672 Anm. 1, Lipp. Reg. 2 Nr. 630 Anm., WUB 10 Nr. 543b.

[a] A: reputaus [b] B zu: factam offensionem (!) falsch aufgelöst.

1584

1317 Juli 6

Der namentlich nicht genannte Propst in Wormlon *und* Hermannus dictus Mule, plebanus in Wartberg, *sind Zeugen in einer Urkunde der Gebrüder von Schartenberg für das Kloster Weißenstein.*

Datum anno Domini 1317, octava apostolorum Petri et Pauli.

Hier nach dem Druck in: Hessische Klosterarchive 2 (Klöster, Stifter und Hospitäler der Stadt Kassel und Kloster Weißenstein), bearb. v. Johannes Schultze, 1913 S. 539 Nr.1451.

1585

1317 Juli 8

Der Knappe Gerhard Buc *schenkt dem Stift auf dem Berge vor Herford zu seinem und seines verstorbenen Sohnes Gerhard Seelenheil einen Hof zu* Westersched.

... Gerhardus Buc, famulus, et Cristina, coniuges, *schenken* ad monasterium beate virginis in monte extra muros Hervordenses devota regulati intentione et bono moti zelo mansum nostrum in Westersched cum proventibus suis universis eidem monasterio ... iugiter possidendum accedente consensu Ludolfi, nostri filii, ac omnium heredum nostrorum quatenus persone in dicto monasterio operam dantes cultui divino. .. Plebanus videlicet et sanctimoniales memoriam nostri et precipue filii nostri Gerhardi, sacerdotis defuncti, ac amicorum nostrorum quovis anno peragant secunda feria ante festum sancti Martini hyemalis *(= 11. Nov.)* sollempniter in missis, vigiliis ceterisque cunsuetis. Verumptamen nos coniuges antedicti de consensu .. plebani scilicet et monialium, quamdiu uterque vel alter nostrum vixerimus, tertiam partem proventuum dicti mansi nobis reservamus tollendam. Sed nobis utrisque incineratis sive defunctis proventus ipse integre cedent ipsis, conventui scilicet due partes et plebano pars tertia tantummodo de annona. *Mit den Siegeln* honorabilis militis Swederi de Buscho, tunc presentis, et mei Gerhardi ...

Datum anno Domini millesimo trecentino decimo septimo, subscriptis[a] eciam testibus Swedero prius dicto, Johanne et Alrado fratribus Gograviis, famulis, et aliis multis. Datum anno iam dicto, die Kiliani martiris.

Urschr. StA Münster, Stift auf dem Berge Herford, Urk. Nr. 28, das anhängende Siegel ist verloren. – Regest: WUB 10 Nachträge Nr. 8 (544a).

[a] Auf Rasur!

1586

1317 Juli 8

Die Berechtigten der Marsberger Mark verpachten dem Herbold Humer *sechs Morgen Land in der* ‚woldemene'.

... Engelbertus Dei gratia prepositus ecclesie Montismartis, Steffanus et Conradus fratres dicti de Horhusen, milites, Helmwicus de Kellinchusen, Bodo de Dodinchusen, Hermannus et Conradus fratres de Huxaria, Hermannus Monetarii et Johannes dictus Picus *verpachten* quosdam agros, qui ‚woldemene' dicuntur et qui agri decimam in Flessengere et in Glindengere equaliter dare debent, habentes circa sex iugera, aput Herboidum dictum Sumer et pueros suos, Henricum Gotfridum, Gerlacum, Oden et Hildegundium et omnes eorum veros successores et heredes iure emphiteotico in perpetuum quiete ac

pacifice possidendos sub hac forma, quod predicti Herboldus et pueri sui vel eorum heredes de eisdem agris quolibet anno semper in festo beati Michahelis *(= 29. Sept.)* cultoribus bonorum nostrorum in Flessengere et in Glindengere sedecim denarios Marsberch solvencium de nostra speciali licencia persolvent expedite. Quorum vero agrorum prefatis Herboldo Sumer et pueris suis eorum legitimis heredibus, cum ipsis necesse fuerit, iustam et firmam prestabimus warandiam, nisi forte aliqua pars eorundem agrorum ab aliquo coherendum nostrorum ab eisdem Herboldo et heredibus suis per viam iuris evidenter fuerit acquisita, extunc de communibus agris nostris, qui ‚woldemene' dicuntur, suprascriptis Herboldo et heredibus suis alium agrum equivalentem in locum illius agri predicti dabimus in restaurum. In quorum testimonium nos Engelbertus prepositus ecclesie Montismartis, Conradus de Horhusen, miles, et Helmwicus de Kellinchusen, famulus, predicti pro nobis et ad peticionem coheredum nostrorum supradictorum sigilla nostra presentibus literis duximus apponenda. Datum anno Domini m°ccc°xvij°, ipso die Kiliani martiris.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 47, alle drei Siegel verloren. Rückschr. (15. Jh.) anno 1317 agros, qui dicuntur waldeme, *bzw. (17. Jh.):* Mentio decime in Hessenge.

1587

1317 Juli 15

Herzog Albert von Braunschweig erlaubt den Gebrüdern von Godelem, *auf ihren Gütern in* Sulbeke *zu wohnen.*

Dei gratia nos Albertus dux in Brunswic omnibus presencia visuris seu audituris cupimus esse notum, quod accedente consensu nostri filii dilecti Ottonis Godefridum et Hinricum fratres, famulos dictos de Godelem et eorum veros heredes fecimus iusticia exigente nostris temporibus residere in bonis suis, que habent in villa Sulbeke, sub eodem iure, quo eadem bona temporibus nobilium virorum comitum Ludolfi et sui filii Symonis, dictorum de Dasle, habuerunt et pacifice possederunt videlicet quod villani residentes in bonis prefatis tribus vicibus in anno iudicium, quod vulgariter ‚goding' dicitur, in villa Boffessen debeant visitare, item quod de qualibet domo unum pullum, qui dicitur ‚wolthon', dabunt annis singulis et persolvent, volentes similiter Godefridum et Hinricum, fratres ante dictos, et eorum heredes legittimos temporibus successorum quorumcumque nostrorum heredum seu aliorum sub eodem iure in bonis prefatis perpetuo inviolabiliter permansuros. In cuius testimonium presentem litteram nostro sigillo dedimus communitam. Datum anno Domini M°CCC°XVII°, in die Divisionis apostolorum.

Urschr. StA Münster, Abtei Corvey, Urk. Nr. 135, mit geringem Rest des Siegels. Der Pgt.streifen trägt den Schluß einer älteren Urkunde: ... anno Domini M CC LXXXXIX, in die Ascensionis ... *(also 28. Mai oder 15. August 1299)!*

1588

1317 Juli 15

Edelherr Simon zur Lippe verzichtet mit seinen Söhnen auf alle ferneren Ansprüche an die Zehnten in Usnen *und* Bokenevorde *zugunsten von St. Patrokli Soest.*

Universis presentes literas visuris et audituris nos Symon vir nobilis, dominus de Lyppia, notum facimus et publice protestamur, quod cum aliquamdiu inter nos ex una et honorabiles viros dominos .. decanum et .. capitulum et personas ecclesie Susatiensis ex parte altera super decimis in V̊snen et in

Bokn̊evorde sitis ad ecclesiam Susatiensem predictam pertinentibus, quas a decano et .. capitulo ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis tenent, dissentio seu questionis materia extitisset, tandem nos ac Bernhardus, Paderbornensis et Myndensis ecclesiarum prepositus, Henricus, Monasteriensis et Osnaburgensis ecclesiarum canonicus, Theodericus, frater domus Theutonice, Otto, Symon et Bernhardus iunior, nostri filii ac heredes universi, recognovimus et recognoscimus in hiis scriptis, quod in decimis predictis nichil iuris canonici vel civilis habemus nec unquam futuris temporibus in eisdem nobis quicquam iuris poterimus vendicare, promittentes, quod si ipsi domini .. decanus et capitulum fructus et redditus predictarum decimarum aut aliorum bonorum suorum in opido nostro Lippensi aut in aliis territoriis nostris sive villis deponere, conservare vel locare voluerint, hoc nos et nostri heredes ac filii liberaliter admittemus et admittimus per presentes. Et nichilominus promittimus bona fide, quod sine nostro et filiorum ac heredum nostrorum inpedimento et contradictione vendant et deducant eosdem fructus et redditus secundum, quod eis magis videbitur expedire. Preterea si qui in nostro dominio essent, qui dictos dominos super aliquibus causis vel negotiis voluerint incusare temporibus affuturis, illos tales habebimus, quod ab ipsis dominis .. decano et .. capitulo coram ipsorum dominorum iudice competente, dummodo tales in dominio nostro voluerint commanere. Qui si in dominio nostro manere rennuerint, eis neque consilio vel auxilio aliquid promotionis per nos vel per nostros heredes contra dictos dominos dabimus. Et in huius rei testimonium nos Symon vir nobilis, dominus in Lyppia predictus, presentes litteras nostro sigillo duximus roborandas. *Die Söhne Simons versprechen, die Abmachungen ihres Vaters unabänderlich zu beachten. Bernhard und Heinrich siegeln mit dem Vater, die anderen Söhne, die kein eigenes Siegel haben, geben sich mit deren Siegel zufrieden. Es siegeln ferner:* Ludolphus vir nobilis, burcgravius in Stromberg, Conradus de Avenstroth, Reynfridus de Vredardeskerken et Reynfridus de Ervethe, milites.

Actum et datum anno Domini M°CCC°decimo septimo, in die Divisionis apostolorum, presentibus militibus iam predictis, Conrado, plebano in Lysbern, Wescelo notario, Roberto dicto Fernere et Godacalco de Palsole, magistris consulum in Susato, Brunone Make et Renekino dicto Wenken, ibidem opidanis ac aliis fide dignis.

Urschr. StA Münster, St. Patrokli-Soest, Urk. Nr. 103, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Bernhard zur Lippe (Abb. II 86), 2. Bernhard zur Lippe ab, 3. Heinrich zur Lippe (WUB 10, Tafel 1,4), 4. Ludolf von Stromberg (WS I 26,10). – Regest: WUB 8 Nr. 1170; WUB 10 Nr. 545.

1589

1317 Juli 25

Einigung des Paderborner Dompropstes Bernhard zur Lippe mit Bischof Dietrich über die Beilegung ihrer verschiedenen Streitfragen.

Universis presentem litteram visuris et audituris nos Bernhardus de Lyppia, Dei gracia Paderbornensis et Mindensis ecclesiarum prepositus, notum facimus et publice protestamur, quod venerabilis in Christo pater et dominus Theodericus, Paderbornensis ecclesie episcopus, ex una et nos parte ex altera super omnibus causis et questionibus inter nos hucusque habitis sive motis concordati sumus amicabiliter in hunc modum: Primo videlicet super decimis in collo montis Driburg et de redditibus in Garthusen situatis, cui nostrum debeant pertinere. Item et utrum exustio carbonum super nemus domino episcopo cedat sive nobis. Item de incusatione, quam facimus illis de Clenenberg. Super hiis premissis veniemus ad noticiam hominum circumsedentium ibidem, huiusmodi secundum narrationem et allegationem nostrorum utrobique decidendo et terminando, prout iusticia persuadebit. Item de cervisie denariis et emolumento molendinorum in opido Driburg cedentibus, utrum eidem

domino episcopo pertineat sive nobis, secundum dictum nostrorum amborum stabimus ordinationi sive dictis honorabilis viri Lutberti dicti Westphal, militis, utrobique. Item de iurisdictione spirituali infra muros civitatis Paderbornensis, utrum prepositure sive camere pertineat. In hoc stabimus sententiis atque dictis dominorum et capituli ecclesie Paderbornensis, qui huiusmodi sub eorum iuramento secundum ius capituli et ecclesie sine strepitu iudiciario in iusticia terminabunt. Item super quibusqumque nostri castrenses seu familia nostra incusaverimus dominum .. episcopum vel suos castrenses aut familiam, vel idem dominus episcopus et sui nos aut nostros castrenses vel familiam nostram incusaverint vice versa, de hoc die placiti concepto et prefixo conveniemus, eadem inter nos mediante proborum consilio virorum decidemus in amicicia vel in iure. Et sic omnis rancoris et questionis materia ex quacumque causa sive re habita inter nos, dominum episcopum et prepositum predictos usque ad datam presentium sopita est totaliter et finaliter amputata. Preterea nos .. episcopus et prepositus antedicti ad evitandam discordiam in futuro elegimus et eligimus in hiis scriptis duos viros probos, videlicet dominus Paderbornensis eligit pro se Hermannum de Herse, militem, et prepositus pro persona sua Fredericum Post, militem, et Lutbertum Westfal, militem, pro superiori in nostros arbitros amicabiles compositores, quibus causas et questiones nostras omnes ex quacumque causa inter nos emergentes in posterum proferemus. Et quicquid iidem arbitri seu amicabiles compositores vel unus eorum cum capitaneo predicto super questionibus eis prolatis dixerint, laudaverint seu pronunciaverint in amicicia vel in iure, hoc ratum et firmum tenebimus hinc et inde. Et nos eciam sepedicti dominus episcopus et prepositus Paderbornensis ecclesie pendentibus inter nos questionibus aliquibus, ex hoc tamen esse non debemus inimici nec aliquis nostrum debet ex hoc alterius malum agere vel movere publice vel occulte. Si vero aliquis nostrum alteri dampnum faceret in rapina, talis accusatus per arbitros, ut est dictum, dabit dampnum passo duos denarios pro uno in debitam recompensam. Et ista omnia et singula premissa promittimus bona fide, fraude et dolo in hiis exclusis penitus et omnino, firmiter observare. Preterea nos episcopus et prepositus promittimus bona fide, quod nullius hominis utriusque sexus assertionem de altro absente aliquatenus audiemus, nisi talis vellet ea in absentis presencia profiteri. Et hec omnia premissa debent per arbitros sine aliqua dilatione infra mensem, quando requiruntur, finaliter terminari. Adiectum est[a] insuper, ut si unus ex arbitris vel capitaneus decesserit, ut alter in locum defuncti infra mensem subrogetur. Datum ipso die beati Jacobi apostoli, anno Domini M°CCC°XVII°. In testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 450, das Siegel vom Pgt.streifen abgefallen. – Abschr. (Grothaus SJ) ebd., Msc. VII Nr. 207 II B,1 Bl. 130^{v}. – Regest: WUB 10 Nr. 547.

[a] Fehlt Urschr.

1590

1317 Juli 25

Die Gebrüder von der Lippe verkaufen dem Ulrich von Nedere *zweieinhalb Höfe in* Beldersen.

Nos Wernherus senior et Conradus fratres dicti de Lippia testamur in hiis scriptis, quod nos cum plena voluntate heredum nostrorum et specialiter cum consensu pleno Bertoldi et Wernheri fratrum de Lippia, cognatorum nostrorum, vendidimus Olrico de Nedere et suis heredibus pro decem marcis et duabus denariorum Bracle vel Huxarie dativorum tertium dimidium mansos de quinque mancis nostris, quos nos habemus in campis ville Beldersen, cultos et incultos[a] sive sulcatos et insulcatos, quibus mancis adherebant una area in villa predicta, que dicitur in wlgo ‚hofstide', et prato parvo[b] sub hoc modo, quod nobis ipsos infra sex annos sibi continuos et sub datione presentium currere incipientes[c] reemere non licebit. Ipsis autem decursis dictos mansos cum sibi adherentibus et expensis annue[d] in quolibet festo Purificationis Marie *(= 2. Febr.)* et non aliter predicta summa denariorum reemendi habemus ius atque

liberam facultatem. Si autem nos ambos medio tempore mori, quod absit, oportuerit, extunc Bertoldus et Wernherus fratres predicti sui et heredes reemere poterunt pro eadem summa simpliciter antedicta. In cuius testimonium presens litera nostri Wernheri senioris de Lippia pro nobis et Conrado fratre nostro primo est munita et consequenter sigillis cognatorum predictorum, ut per ea dinoscatur plenius ipsorum voluntas et heredum antedictorum adfuisse, quam nos sepedicti fratres, ipsorum cognati, propter horum velle sub appencione sigillorum nostrorum verius approbamus. Datum et actum presentibus Friderico de Ymmessen, Gerhardo[e)] de Modicsen et Henrico de Erenwordessen, famulis, anno Domini M°CCC°XVII°, Jacobi apostoli.

Urschr. Archiv Hinnenburg, alle drei Siegel von Pgt.streifen ab. Abschr. (16. Jh.) StAM, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 451. – Druck: UB von der Lippe Nr. 157a (vgl. auch ebd. Nr. 157 Erwähnung in Urk. v. 21. Dez. 1465 mit Fehler im Namen des Dorfes: Hellersen *statt* Bellersen).

[a)] Urschr.: cultis et incultis [b)] et parvo prato über der Zeile nachgetragen [c)] Urschr.: incipientibus [d)] Urschr.: ante! [e)] Abschr.: Burchardo

1591

1317 Juli 26

Die Brüder Hermann und Hildebold, Grafen von Perremunt, *überlassen dem Bischof Heinrich von Hildesheim das Eigentum von neun Hufen* iuxta villam Budensnide, *die der Vogt* (advocatus) Hildemerus *von ihnen zu Lehen trug und jetzt dessen Sohn, sowie von fünf Hufen* iuxta villam Landesberge, *die ..* Vrygedach *von ihnen zu Lehen trägt, mit der Bitte, die Genannten wieder damit zu belehnen. Sie siegeln.*

Datum anno Domini m ccc decimo septimo, in crastino Jacobi.

Urschr. StA Hannover, Domstift Hildesheim, Urk. Nr. 503, mit dem Gemeinschaftssiegel der beiden Grafen (Abb. II 106). Hier nach dem auszugsweisen Druck im UB Hochstift Hildesheim 4 Nr. 389.

1592

1317 Juli 29

Symon de Retberg, thesaurarius *des Domes zu Osnabrück, bekundet und besiegelt zusammen mit Anderen die Schenkung eines Hauses in Osnabrück durch den Knappen* Holt dictus Kedinc *an das Kloster Marienfeld.*

Actum et datum anno Domini mcccxvij°, feria sexta proxima post festum beati Jacobi apostoli.

Urschr. StA Münster, Kl. Marienfeld, Urk. Nr. 456, mit u. a. dem an Pgt.streifen hängendem Siegel des Friedrich von Rietberg (Abb. Leesch, Rietberg Tafel V Nr. 30). – Regest: WUB 8 Nr. 1173. In der Urkunde des Bischofs Engelbert von Osnabrück vom selben Tage, in der dieser die Schenkung bestätigt (ebd. Nr. 457; Regest: WUB 8 Nr. 1174) erscheint Friedrich von Rietberg als Zeuge.

1593

1317 Juli 31

Abt Ropert von Corvey gewährt der Osterlind, Frau des Ritters Johann von Reen, *und ihren Kindern das Lehnsrecht an gewissen Gütern.*

Ad perpetuam rei memoriam. Ropertus Dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas notum facimus presentibus et futuris, quod nos omnia bona ministerialia Johannis militis, Conradi et Wernheri, famulorum, fratrum de Imminchusen,[a] que a nobis in dicta villa in Imminchusen[a] ac in ceteris locis ex obitu predictorum fratrum vacaverunt,[b] necnon bona ministerialia ecclesie nostre in Godelovessen[c] iacentia, que Johannes miles dictus de Reen erga Yffridum de Bothmar iuste et rationabiliter emit, Osterlindi, legitime uxori antefati Johannis militis de Reen suisque filiis legitimis videlicet Conrado, Joanni,[d] Wernhero et Gyselero, nostris ministerialibus, iure ac titulo ministeriali in pheodo contulimus perpetuo et in his[e] scriptis conferimus libere et quiete possidenda. In cuius collationis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Actum et datum anno Domini M°CCC°XVII°, pridie Kalendas mensis Augusti.[f]

Abschr. (Overham) StA Wolfenbüttel, Hs. II B Nr. 100 (Nachlaß Overham) Bd. 2 Bl.68. Dsgl. (Kindlinger) StA Münster, Msc. II Nr. 101 S. 47 (aus einem Kopiar des Klosters Schaken?) mit dem abweichenden Datum 1317, pridie kalendas mensis Octobris *und den in den Anmerkungen nachgewiesenen Abweichungen.*

[a] B: Ymminchusen [b] B: vacaverint [c] B: Godeloveshem [d] B: Johanni [e] B: hiis [f] B: Octobris

1594

1317 August 2

Hermann de Rivo *verkauft der Äbtissin von Herford einen Hof in* Lippinchusen.

Vor den consules novi opidi Hervordensis, scilicet Ludolfus de Rentelen, proconsul, Johannes Crede, Albertus Stur, Everhardus de Pedele, Boldewinus de Quernhem, Johannes Bollemann iunior, Johannes et Henricus de Hagen, Arnoldus Cnoke, Gerhardus Bolleman, Henricus Langhebeckere et Gerhardus de Arena *verkauft* Hermannus dictus de Rivo, noster cooppidanus, ... venerabili domine nostre, domine Yrmegardi, abbatisse ecclesie nostre Hervordensis, ... mansum unum in Lippinchûsen a se antea possessum cum omnibus suis proventibus et fructibus eidem domine possidendum, accedente ad huiusmodi venditionem uxoris dicti Hermanni, Gertrudis nomine, necnon et puerorum suorum Arnoldi, Frederici et Hermanni, masculorum, Alheydis, Gertrudis et Gerburgis, femellarum, consensu et libera voluntate ... *Der Verkäufer gelobt den* discretis viris Henrico de Brokelhusen, Johanni de Warmena, canonicis Hevordensibus, necnon et fratri Gerlaco, crucifero, ipsius domine abbatisse officiato, qui hanc emptionem ad manus iam dicte domine tunc absentis consummaverunt, *Währschaft.* In qua warandia, si forte aliquo prevalente et maiori iure mansum huiusmodi optinente ipse Hermannus succumberet, viginti marcis Hervordensium denariorum, pro quibus mansum eidem domine vendiderat, ipsi domine abbatisse vel eam in manso succedenti solutis sive restitutis ad ulteriorem non tenebitur warandiam. *Der Rat siegelt.*

Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo, crastino Petri ad vincula.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 150, mit abhängendem Siegel der Neustadt Herford (WS II 69,5), beschädigt. – Reg. (16. Jh.) ebd. Lehnsregistratur Nr. 11 S. 93.

1595

1317 August 6

Edelherr Bertold von Büren verkauft dem Kloster Paradies bei Soest seine Güter in Biginchusen.

... ego Bertoldus nobilis domicellus de Buren ... bona in Biginchusen cum agris cultis et incultis, pascuis, silvis, pratis, aquis et omnibus pertinentiis, que ab ecclesia sanctimonialium Paradysi apud

Sosatum pater meus Bertoldus, nobilis dominus de Buren, emerat et mihi pleno iure donaverat, de consensu predicti patris mei et beneplacito fratrum meorum Walravani videlicet et Henrici, ac sororum mearum Oliken et Katerine, revendidi et revendo et resigno eidem ecclesie pleno iure perpetuo possidenda et omni iuri renuntio, quod habui vel habere videbar in eisdem. *Er kündigt sein und seines Vaters Siegel an.*

Actum et datum anno Domini M CCC decimo septimo, octavo Ydus Augusti.

Urschr. StA Münster, Kl. Paradies, Urk. Nr. 71a; beide Siegel von den Hanffäden abgefallen. Eine andere Urschrift (?) Archiv Körtlinghausen, Rep. I, Urk.Nr. 1.

1596

1317 August 10

Bischof Dietrich und das Domkapitel zu Paderborn vereinen sich gegen die ständigen Rechtsverletzungen der Stadt Paderborn.

Nos Theodericus Dei gracia Paderbornensis ecclesie .. epyschopus et nos Bernhardus .. prepositus, Ludolfus .. decanus ac totum .. capitulum eiusdem ecclesie omnibus presentes litteras visuris et audituris notum esse volumus et publice protestamur, quod quia .. universitas sive .. cives nostre civitatis Paderbornensis nos multipliciter perturbant in eo videlicet, quod nostras libertates, possessiones, iudicia, bona et homines sibi usurpant et attrahunt minus iuste in magnum nostre ecclesie preiudicium, periculum et gravamen, nos igitur cum consensu unanimi et maturo inter nos super hoc habito consilio pro libertatibus, iure et honore ecclesie nostre conservandis et iniuriis resistendis, ut tenemur, convenimus et concordavimus in hunc modum, quod ad talem iniuriam depellandam nos .. episcopus et .. capitulum predicti simul manere fideliter et constanter fide data promisimus et promittimus in hiis scriptis corporali ad hoc prestito iuramento, ita quod nos episcopus absque scitu, beneplacito et voluntate dicti .. capituli nostri in dicta causa nichil omnino faciemus nec eciam dimittemus et e converso nos .. capitulum antedictum absque scitu et voluntate, sicut iam dictum est, supradicti nostri .. episcopi nichil faciemus nec aliquatenus dimittemus. Preterea ut hec omnia superius conscripta sapienter inchoare possimus utiliter et laudabiliter consumare, nos epyschopus de gremio .. capituli nostri elegimus Bernhardum .. prepositum et Bernhardum thezaurarium ecclesie nostre, et nos .. capitulum Heydenricum .. cantorem et Wernherum celerarium elegimus ecclesie nostre memorate, qui quatuor plenam habebunt potestatem ordinandi, statuendi quicquid in dicta causa videbitur expedire. Et quicquid ipsi statuerint, dixerint sive ordinaverint, hoc nos .. episcopus et .. capitulum sine aliqua contradictione faciemus scilicet ad dies placitorum servandum, guerras exercendum, zonam et composicionem iniendum et omnia alia faciendum, que dicte cause utilia et necessaria videbuntur. Sed idem .. dominus .. episcopus duas partes et .. capitulum terciam in dicta causa necessarium faciat expensarum eodem modo emolumenti, eventus et proventus .. capitulum terciam partem et episcopus duas partes recipiet. Ceterum quod predicti quatuor .. electi premissorum omnium plenam disponendi et liberam habeant potestatem, ipsis nos .. episcopus et .. capitulum fide data promisimus et sub iuramento nostro suprascripto recognoscimus promisisse predicti quoque quatuor nobis sub antedicto iuramento et fide data promiserunt, quod nostram utilitatem et profectum fideli consilio respicere debebunt, prout noscunt melius atque sciunt. Si vero aliquem dictorum quatuor decedere, quod absit, contingeret, alius substituetur loco sui. In quorum omnium testimonium sigilla nostra nos .. episcopus et .. capitulum antedicti duximus apponenda huic scripto. Datum in die beati Laurentii martiris, anno Domini M°CCC°XVII°.

Urschr. (A) StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 452, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln des Bischofs (WS II 50,1) mit Sekret (WS II 61,14) als RS und des Domkapitels (WS III 102,2) mit RS (WS III 102,3). Urschr. (B) StadtA Paderborn, Urk. Nr. 18, mit Resten der zu A gen. Siegel. – Druck (nach B): Richter-Spancken 1 S. XXX Nr. 25. – Regest: INA 3,2 S. 95 Nr. 29.

1597

1317 August 10

Edelherr Simon zur Lippe befreit zugunsten des Klosters Herzebrock den Hof to Velde *von allen Abgaben.*

Nos Symon nobilis vir, dominus de Lyppia, notum facimus universis presentem literam visuris et audituris publice protestantes, quod nos de consensu et voluntate plena omnium heredum nostrorum damus in hiis[a] et dimittimus domum cum manso dictam to Velde cum agris cultis et incultis ad ipsam domum spectantibus ab omni onere dationis pecunie, solucionis reddituum et annone penitusque a qualibet servitute liberam et solutam pro nostrorum genitorum, parentum atque nostra et heredum nostrorum omnium memoria et salute[b] religiosis personis .. dominabus .. abbatisse .. conventuique monasterii in Hŷrsebruke ad comparandum et meliorandum luminaria in monasterio memorato. Poterunt etiam prefati .. abbatissa et conventus cum agris dicte domus sive mansi in[c] suos usus convertere, prout ipsis magis videbitur expedire. Preterea damus ipsis Gerhardum de Gropelo, quem Conradus dictus Mule de Avenstroth, famulus, eidem monasterio donavit, ab advocatia, quam in ipso habuimus, liberum et solutum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum pro nobis et heredibus nostris fecimus apponi huic scripto. Datum ipso die beati Laurentii martiris, anno Domini m°ccc^{mo}xvij.

Urschr. Fstl. Archiv Rheda, Kl. Herzebrock, Urk. Nr. 43, mit dem abhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 86), beschädigt. Rückschr. (Ende 15. Jh.): En bref sprekend oppe vryheit de (!) huses ten Velde of dat Velthues; *dsgl. (17. Jh.):* Auff Veldtmans Erbe. – *Abschr. (16. Jh.) BistumsA Osnabrück, DomA, Kopiar Herzebrock S. 19f. – Druck: Niesert 4 S. 257 Nr. 69 (aus Kopiar). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 631.*

[a] Dahinter fehlt litteris [b] Urschr.: memoriam et salutem! [c] Davor Rasur

1598

1317 August 12 Lippstadt

Edelherr Simon von der Lippe verkauft den vom Stift Freckenhorst erworbenen Zehnten dem Kloster Liesborn.

... Nos Symon nobilis vir, dominus de Lippia recognoscimus et protestamur publice, quod matura habita deliberatione et de consensu ac plena voluntate nobilis matrone domine Alheidis, uxoris nostre, et omnium heredum nostrorum videlicet domini Bernardi, Paderbornensis et Mindensis ecclesiarum prepositi, domini Henrici, Monasteriensis et Osnaburgensis ecclesiarum canonici, domini Theoderici, fratris domus in Mulenhem, Ottonis, Symonis, Bernardi iunioris ac omnium, quorum interesse videtur, decimam et ius proprietatis eiusdem cum alio iure et pertinentiis quibuscunque prout ipsa decima situata est in parochia Lesbernensi, prout etiam in nostram devenit possessionem titulo permutationis a religiosis personis claustralibus de Vrekenhorst, rite ac rationabiliter vendidimus, supportavimus, assignavimus et resignavimus religiosis ac honorabilibus viris, dominis abbati totique conventui monasterii Lesbernensis, ordinis sancti Benedicti, pro centum quinquaginta et quinque marcis denariorum in pecunia nobis

numerata tradita et soluta libere, proprie ac perpetualiter possidendam. *Er verzichtet auf alle aus kanonischem oder weltlichem Recht abzuleitende Ansprüche und siegelt mit seinen beiden geistlichen Söhnen zugleich für die noch kein eigenes Siegel habenden anderen Söhne.* Actum presentibus dominis Conrado plebano ecclesie Lesbernensis, Hermanno et Ludolpho burgraviis in Stromberge, Conrado de Avenstrod, militibus, Wesselo notario nostro, Albero de Hurde, Bernardo de Hervelde, iudice Lippiense, et alijs quam pluribus testimonio et fide dignis.

Datum Lippie feria sexta ante festum Assumptionis beate Marie Virginis, anno Domini M°CCC° decimo septimo.

Urschr. StA Münster, Kl. Liesborn, Urk. Nr. 109, mit vier an rot-grünen Seidenfäden hängenden Siegeln: 1) Simon zur Lippe (Abb. II 86), 2) Adelheid zur Lippe (Abb. II 82), 3) Bernhard zur Lippe (Ws III 132,8), 4) Heinrich zur Lippe (WUB 10, Tafel I,4). – Druck: Schmieder, UB Liesborn Nr. 137. – Regest: WUB 8 Nr. 1178; WUB 10 Nr. 548.

1599

1317 August 12

Edelherr Simon zur Lippe überträgt dem Kloster Liesborn die Bestätigungsurkunde des Klosters Freckenhorst über den Verkauf des Zehnten in Aleken.

Nos Symon nobilis vir, dominus de Lyppia, ad perpetuam rei memoriam coram universis christifidelibus presens scriptum visuris et audituris publice recognoscimus ac testamur, quod cum venerabilis in Christo dominus Florinus abbas et conventus monasterii Lesbernensis, ordinis sancti Benedicti Monasteriensis dyocesis, emerent et emissent erga nos et heredes nostros iusto emptionis tytulo decimam tam minorem quam maiorem dictam Aleken, sitam apud civitatem Lyppensem in parrochia Lesbern, prout in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur, tradidimus ipsis litteram, cui presens cedula est transfixa, in qua continetur, quomodo et qualiter ad nos devenerat[a] decima predicta, et ne inposterum oriatur dubium, qualiter eadem littera ad monasterium devenerit memoratum. In huius rei testimonium sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Datum feria sexta ante festum Assumpcionis beate Marie, anno Domini m°ccc^mo^xvij°.

Urschr. StA Münster, Kl. Liesborn, Urk. Nr. 107 (Transsumpt zur Urkunde vom 3. August 1316; WUB 8 Nr. 1077); Siegel des Ausstellers von roten Seidenfäden abgefallen. – Druck: Schmieder 1 Nr. 138. – Regest: WUB 8 Nr. 1077 (1177).

[a] korrigiert

1600

1317 August 18

Graf Friedrich von Rietberg verkauft den Gebrüdern von Pappenheim den Schlinghof.

... Fridericus comes de Retberg *verkauft* strenuis viris ac honestis dictis Raven ac Herboldo, nostris generosis militibus, fratribus dictis de Papenheim, necnon eorum heredibus veris et legitimis de voluntate libera et expresso consensu omnium heredum nostrorum mansum nostrum dictum Schlinghoff, situm in parrochia Delebruege, integraliter cum omnibus suis iuribus et attinentiis, pratis, pascuis, sylvis, agris cultis et incultis, prout iacent in fronde et cespite, et cum Johanne et uxore ipsius necnon ...[a] eorundem rite et rationabiliter possidendum perpetuo ... pro quadraginta et novem marcis denariorum

legalium et bonorum, quam quidem pecuniam profitemur nobis ex integro traditam et solutam. Inpheodavimus etiam eosdem milites mansum supradictum (!), volentes etiam predictis fratribus ac eorum heredibus sepedictis nos et nostri heredes warandiam prestare de ipso manso supradicto, ubicunque et quotiescunque fuerimus requisiti. *Er siegelt.* Cui venditioni sive investiture pheodati (!) intererant honestus vir dominus Friedricus de Retbergh, scholasticus ecclesie Paderbornensis, dominus Raven de Driburgh, miles, Alexander Scrapp, famulus, et ecclesie nostre capellanus ac alii plures fide digni.

Datum anno millesimo trecentino decimo septimo, ipso die Agapiti martyris.

Fehlerhafte Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Dep. v. Pappenheim, Nr. 2 (Kopiar) Bl. 49. – Reg. (18. Jh.) Archiv Erpernburg, Bibl. Msc. B Nr. 21 Bl. 236^{v}.

[a] Hier fehlt liberis oder heredibus

1601

1317 August 18

Gobelinus dictus de Lon *verzichtet mit Zustimmung seiner Frau und Kinder zugunsten des Klosters Benninghausen* (Benikinchusen) *auf alle Rechtsansprüche* super bonis dictis .. Dinchborglo. *Auf Bitten des Klosters siegelt der Rat von Bielefeld* (Bilevelde).

Actum coram fratre .. Johanne iuniore, converso de Benichusen, advocato de Bilevelde dicto .. Vridach, Winando Heket wan Avenstroth, famulo ipsius dicto Mychaelis, Goscalcho Hasenkothe ac aliis quam pluribus fidedignis. Datum anno Domini M°CCC°X VII, feria quinta infra octavam Assumptionis beate Marie virginis.

Urschr. StA Münster, Kl. Benninghausen, Urk. Nr.138, abhängendes Siegel verloren. Regest: Bielef. UB Nr. 119a.

1602

1317 August 18

Der Rat der Neustadt Bielefeld bekundet noch einmal den Verzicht des Goebelin von Lon *zugunsten des Klosters Benninghausen.*

Vor Johannes dictus Bans, iudex, Ludolfus Greshorst, proconsul, Hermannus Job, Albertus Molendinarius, Themelman ceterique consules novi opidi Bileveldensis, ac nos Herbordus Nagel et Gerhardus Capele *resigniert* Gobelinus dictus de Lo ... bona sua dicta .. Dinchborglo conventui sanctimonialium ordinis Cysterciensis in Benichkinchusen sane mentis ac compos corporis, ... Et nos Arnoldus Strepehavere, Hermannus de Guterslo, Gerhardus sufflator, Hermannus Langenberg, Johannes dictus Top cum ceteris consulibus veteris opidi predicti sigillum nostrum rogati apposuimus in testimonium premissorum.

Actum et datum anno Domini M°CCC°XVII°, feria quinta post Assumpcionem beate Marie virginis.

Urschr. StA Münster, Kl. Benninghausen, Urk. Nr. 139, mit abhängendem Siegel der Altstadt Bielefeld (WS II 67,2). – Druck: Bielef. UB Nr. 119b.

1603

1317 August 22

Das Domkapitel zu Paderborn verspricht dem Busdorfstift, es in den Einkünften aus dem Bergmeierhof nicht zu behindern.

Nos .. prepositus, .. decanus et .. capitulum ecclesie Paderbornensis notum facimus, quod ex eo, quod Johannes de Garden et Gertrudis, neptis sua, nobis omnia bona sua post eorum mortem relicta pro salute animarum suarum donaverunt, capitulum ecclesie sanctorum Petri et Andree Paderbornensis in quibusdam mensuris annone curie dicte Bergmeygeres non inpediemus nec procurabimus inpediri. In huius testimonium sigillum nostrum, quo ad causas utimur, presenti littere est appensum. Datum in octava Assumptionis beate Marie virginis, anno Domini millesimo CCC°XVII^mo^.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 70, abhängendes Siegel verloren. Rückschr. (16. Jh.): Curia Berkmeyer. – *Abschr. (Um 1408) ebd., Msc. I Nr.121 Bl. 30. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 104.*

1604

1317 August 24

Graf Albrecht von Schwalenberg nimmt von Bischof Heinrich von Hildesheim sein bisheriges Allod in genannten Orten zu Lehen.

Wi greve Albracht van Svalenberch bekennet openbare in dusseme breve, dat we mit willen unser rechten erven uplatet unseme ersamen heren biscop Henrike van Hildensem unde sineme stichte unde entfat weder to lene unse alde egene got, dat hir gescreven ist: elven hove half to Elvelincrode, de de van Warmesdorp van uns hebbet to lene, negen hove half, vive to Wertbike unde vere to Eydenhosen, de .. Eydenhosen van uns hevet, aver achte hove to Billeshusen, de Bertram van Billeshusen van uns hevet to lene, aver vif hove to Wertbike, de Reynike de scutte to lene van uns hevet, aver vif hove, de de van deme Harlingeberge van uns hebbet to lene, aver ver hove to Witeshusen, de Johannes widve van Witeshusen van uns hevet. To tuge desser rede so is desse bref getekenet mit unseme ingesigele. Na Godes gebort dusent unde drehundert jar an deme seventegeden jare, an sunte Bartholomeuses daghe.

Urschr. StA Hannover, Domstift Hildesheim, Urk. Nr. 504, mit dem abhängenden Siegel des Ausstellers. Hier nach dem Druck im UB Hochstift Hildesheim 4 S. 205 Nr. 392.

1605

1317 August 25

Jordan, Pfarrer der Bergkirche vor Herford, macht zugunsten derselben eine Stiftung.

Nos Greta decana, .. Ysendrudis .. preposita totusque conventus monialium ecclesie montis beate Marie virginis prope muros Hervordenses, universis presentis litere continentiam perspecturis vel audituris cupimus esse notum protestantes evidenter, .. quod veniens ad nostram presentiam .. dominus Jordanus, plebanus ecclesie nostre predicte, domum quandam et aream, que contiguatur dormitorio nostro, quam idem receperat [ex] donatione dominarum Heylewigis et Alber[n]e de Vorencampe pro recompensa pensionis [sex(?)] denariorum, quam sibi aliquamdiu detinuerant, assignavit cognate sue domine Heylewi[gi ad i]nhabitandum quoad vixerit, ipsa vero decedente extunc amplius per quamcunque inhabi[tricem] domus eiusdem, dummodo claustralis fuerit et proprio domo carens, singulis annis

ple[bano, qui pro] tempore fuerit, solvi debebit[a] tres solidi Hervordenses perpetue in festo Michaelis *(= 29. Sept.)*. In p[resentis privile]gii ampliorem evidentiam presens scriptum super premissis editum una cum sigillo dicti nostri p[lebani] presentibus annexo sigillo nostri conventus duximus roborandum. Datum in crastino Bartholomei apostoli, anno incarnationis dominice millesimo ccc°decimo septimo.

Transsumpt der Äbtissin Lutgard von Herford vom 24. Juli 134(0?) StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 258, durch Moder beschädigt. Rückschr. (Mitte 14. Jh.): litere trium solidorum et iii pullorum unius domus in monte *und (15. Jh.):* redditus trium solidorum et iii pullorum curie infra dormitorium et domum custodis. *Von den drei Hühnern steht in der Urkunde aber nichts.*

[a] Transsumpt: debebunt

1606

1317 August 26

Bertold Seltere *verkauft dem Dietrich von* Kerictorpp *eine Hausrente.*

Vor Conradus de Klinge, iudex, Gotfridus Snarman, proconsul, Bodo de Dodinchusen, Henricus Bertrammi, Gotfridus Boldiken, Hermannus Note, Henricus de Nutlo, Henricus de Esebike, Hermannus Udonis, Johannes Havesalde, Ludolfus Sprinke, Herboldus Sumer et Woltherus de Brilon, consules Montismartis *verkauft* Bertoldus Seltere, noster concivis, de consensu uxoris sue Walburgis filiorumque suorum Johannis et Hermanni necnon filiarum suarum Alheydis, Hildegundis et Gertrudis ... Thiderico de Kerictopp, uxori sue Meychthildi et omnibus eorum veris heredibus pensionem sex solidorum aput nos solvencium de domo sua danda, quam inhabitat ...., ita videlicet, quod quandocumque dictam domum inhabitaverit vel fundum dicte domus, si aliquo diffortunio incendii vel quocumque alio modo devastaretur, quod absit, possederit, quolibet anno semper in festo Nativitatis Christi *(= 25. Dez.)* prefatam pensionem sex solidorum eidem Thiderico, uxori sue et eorum veris heredibus amicabiliter et qualibet contradictione post posita de predicta domo ministrabit expedite. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini m°ccc°xvij°, feria sexta post festum beati Bartholomei apostoli.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 48, Siegel ab. – Hierzu gehört wohl das Regest (17. Jh.) ebd., Msc. I 242b S. 118 Nr. 17: littera iudicis et consulum Montis Martis de venditione domus. 1317 *(o. Nr. 1514).*

1607

1317 August 27

Bischof Dietrich von Paderborn schenkt dem Domkapitel ebenda das Eigentum an einem Hof in Barchosen.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus et protestamur, quod dilectis nobis .. decano et .. capitulo nostre ecclesie superiorem domum cum agris et campis ibidem et cum omnibus suis pertinentiis sitam in Barchosen, quam a Volmaro de Etlen, armigero, atque ab eius uxore et universis eorum heredibus iusto empcionis titulo comparaverunt, postquam ipse Volmarus, .. eius uxor et eorum heredes domum predictam in nostris manibus sponte resignaverunt, donavimus et appropriavimus ea de causa, ut aucmentatis reddibus in nostra ecclesia etiam ulterius accrescant divina et ut predicte domus utilitas de manu laicali conparata ecclesiasticis usibus applicetur. Et idcirco ius,

possessionem, usum et proprietatem domus predicte et eius pertinenciarum .. capitulo nostro donacione plena et perfecta perpetuo elargimur. *Der Bischof siegelt.*

Datum VI°Kalendas mensis Septembris, anno Domini M°CCC°XVII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 453, mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel des Bischofs (WS II 50,1). Reg. (Grothaus) ebd., Paderborner Capselarchiv Nr. 210 (mit falschem Datum: 1317, VI. Cal. Aprilis = *27. März 1317!).*

1608

1317 September 4

Schiedsspruch im Streit des Knappen Werner de Wolde dictus Crevet *mit dem Kloster Marienfeld um Markenland beim Hof Schledebrück.*

Nos Fredericus et Otto nobiles comites de Retberg et Johannes dictus Eyfelere, officiatus in Widenbrugke, omnibus presencia visuris et audituris cupimus esse notum, quod cum religiosi viri .. abbas et conventus monasterii Campi sancte Marie, ordinis Cysterciensis, Monasteriensis dyocesis, qui una nobiscum in communi marka in Widenbrugke ‚holtgravii' ab olim sunt et fuerunt, de nostro omniumque coheredum nostrorum, qui ‚ervexen' dicuntur ac ‚markenoten' in predicta marka, consilio et assensu curiam suam Sletbrugke cum agris suis aliquibus et nemoribus curie vicinioribus fossato partim munivissent, nichil quam preter proprium fundum fossato inclusissent excepto parvulo spacio sterili tunc et infructuoso ad fossatum rectificandum, loco cuius spacii assignaverunt vice versa in eius reconpensam de agris suis propriis maius spacium et melius, nobis tunc presentibus et omnibus, quorum intererat, hoc ipsum approbantibus et acceptantibus graciose tale restaurum unanimi de consensu. Quos agros taliter restitutos communi marke[a)] religiosis viris antedictis ibidem tunc perpetuo pro quadam annua pensione XVIII scilicet denariorum in festo beati Michahelis *(= 29. Sept.),* VI denariorum in[b)] Widenbrugke, VI denariorum in Guterslo, VI denariorum in Nigenkerken, persolvendorum commisimus excolendos. Qui denarii eciam, si agri remaneant inculti, a magistro curie Sletbrugke nichilominus persolventur ad predictarum trium ecclesiarum luminaria amplianda. Hiis omnibus, ut predictum est, per omnia consummatis legitime Wernerus de Wolde, famulus, dictus Crevet, volens confringere, quod factum fuit de spaciorum concambio, religiosos prefatos multipliciter infestavit. Qui tandem post multa placita nostrum subire iudicium cum religiosis arbitratus est, prout in similibus causis obtinuit patrie consuetudo, certoque die acceptato et nobis iterum convocatis cum omnibus, quorum intererat, ad discernendum super isto et inter eos plenarie per sententiam diiudicandum postposito odio vel amore. Ipse Wernerus non veniens, immo venire contempnens sufficienter ac legitime a nobis omnibus exspectatus, nosque volentes iuxta posse secundum iuris ordinem finem talibus inponere vexationibus per Wernerum antedictum religiosis eisdem iam sepefactis et in posterum forsitan iterandis de communi consilio Conradum de Aventstrot, militem, vice omnium iudicem ibidem posuimus, iudicio ad hoc, ut moris est, rationabiliter instituto in fossato spacii cum religiosis commutati, de quo fuit contentio et suborta dissensio. In quo iudicio extitit sententialiter diffinitum, Wernerum sepe nominatum religiosos supradictos super ista dissensione, causa sive questione de iure non posse amplius inpetere quomodolibet nec debere molestare. Ex quo spreto iudicio maxime die a se ad hoc acceptata ac compromissi non immemor per se vel per alium contempsit, cum sine difficultate potuit comparere, sicut ab initio sufficienter et legitime exspectatus. Hec acta sunt presentibus Hermanno dicto Span, prolocutore religiosorum, Everhardo de Varensele sententiam, quod ‚ordel' dicitur, requisito a iudice per omnia rite proferente, quam sententiam astantes omnes et singuli tanquam iustam approbantes legitime

confirmarunt, presentibus etiam Alebrando, advocato domini Lippensis, ad hoc per ipsum destinato vice sua, Elberto de Edenvelde, Rodolpho de Rechart et quam pluribus fide dignis. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda una cum sigillo Conradi prenominati militis, quo nos omnes astantes utimur ista vice. Datum anno Domini M°CCC°XVII°, dominica ante Nativitatem beate Marie virginis gloriose.

Urschr. StA Münster, Kl. Marienfeld, Urk. Nr. 461, mit den an Pgt.streifen anhängenden beschädigten Siegeln des Grafen Friedrich von Rietberg (WS 30,4) und des Konrad von Avenstrot (WS 170,12). Abschr. (Seibertz) nach Marienfelder Kopiar Bl. 155 BurgA Altena. – Druck: WUB 8 Nr. 1186.

[a] Urschr.: make [b] Davor fehlt ecclesiis (vgl. den folgenden Satz!).

1609

1317 September 9

Vor dem Rat der Stadt Wiedenbrück bekennen die Gebrüder Welderkinc, *daß sie an den Äckern, die dem Kloster Marienfeld einst von der Gräfin von Ravensberg geschenkt worden sind*[1], *keine Rechtsansprüche haben.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, in crastino Nativitatis beate Marie virginis gloriose.

Urschr. StA Münster, Kl. Marienfeld, Urk. Nr. 462, mit dem am Pgt.streifen anhängendem verletzten Siegel der Stadt Wiedenbrück (WS 85,7). – Regest: WUB 8 Nr. 1187, WUB 10 Nr. 551.

[1] *Im Jahre 1315 (vgl. WUB 8 Nr. 920 und 974).*

1610

1317 September 11

Graf Otto von Ravensberg bekundet eine Schenkung zugunsten des Stiftes Schildesche.

Otto comes de Ravensberge tenore presentium protestamur, quod, cum nos olim essemus prepositus ecclesie Schildesiensis, Hermannus de Borbec, proconsul,[a] cum suis puellis coram venerabili principe, domino Ottone bone memorie tunc episcopo Paderbornensi, comparentes decimam in Milse libere resignaverit domino episcopo memorato renunciantes omni iuri, quod sibi in dicta decima competere videbatur,[1] quam decimam predictus dominus episcopus eodem tempore in domo dicta hoc de Suflo (!)[b] nobis porrexit et contulit et nos eandem acceptavimus ad mansus sive usus ecclesie supradicte. In cuius rei testimonium sigillo nostro presentes litteras fecimus roborari. Datum anno Domini MCCCXVII, die beatorum Prothi et Hiazinthi.

Abschr. (A) (18. Jh.) StA Münster, Msc. II Nr. 71 S. 261. Ebd. S. 257f. und 262 zwei weitere Abschrr. (B und C) mit den in den Anmerkungen ausgewiesenen Abweichungen, die es möglich erscheinen lassen, daß es auch eine Urkunde mit diesem Namen gegeben hat. Abschr. (18. Jh.) ebd., Stift Schildesche Akten Nr. 205 Bl. 54 und 115[v] (mit denselben Abweichungen). Vgl. auch ebd., Msc. VII Nr. 3315 S. 3, wo sich ein Regest vielleicht dieser Urkunde findet, aber mit dem (sicher falschen) Datum: actum 1300, in crastino sanctorum Prothi et Jucundi! – *Druck: (auszugsweise): WUB 10 Nr. 533.*

[1] Der Verzicht des Hermann von B., Bürgermeisters in Lübbecke (!), erfolgte bereits am 14. Dezember 1298 (vgl. WUB 4 Nr. 2528).

[a] B: Hermannus dictus cum Fuste [b] B: in domo hoc de Jaslo C: in domo dicta hoc de Gudensto. Das hoc ist vermutlich in allen Überlieferungen verlesen bzw. verschrieben (für Henricus!?)

1611

1317 September 14

Graf Hermann von Pyrmont verkauft dem Kloster Marienmünster das Eigentum an den Zehnten in Eckwordessen *und* Alfwenessen.

Nos Hermannus Dei gracia comes de Perremunt[a)] notum facimus universis et testamur, quod cum pleno consensu et unanimi voluntate domicelli Hildeboldi, fratris nostri, Lutgardis, uxoris nostre legittime, Goscalci[b)] et Hermanni, filiorum nostrorum, et prorsus omnium heredum nostrorum vendidimus ecclesie et conventui in Munster apud Svalenberg sine omni conditione duas nostras decimas in Eckwordessen et in Alfwenessen villis sitis cum omni suo iure, pertinentia, derivatione, obventione et universa utilitate pro quadam summa pecunie a domino Hermanno de Mengerssen, abbate ibidem, nobis tradite, in integrum ponderate et solute perpetuo tempore firmiter pacifice et hereditarie possidendas, renunciantes exnunc omni legum et canonum auxilio iuris et facti, defensionibus oppositionibus, actionibus atque exceptionibus, que contra hanc nostram vendicionem nobis et heredibus nostris simul aut[c)] divisim nunc aut in futurum possent aliquialiter suffragari. *Hermann siegelt für sich und seinen Bruder, der kein Siegel hat.* Testes Ludolphus de Oldenberghe et Ludolphus de Scydle[d)] plebani, et Hermannus de Otterssen, famulus, et plures alii fide digni.

Datum anno Domini M°CCC°[e)] septimo decimo, in Exaltatione sancte crucis.

Abschr. (16. Jh.) StA Detmold, Marienmünster. Kopiar (D 71 Nr. 11) Bl. 15; dsgl. Kopiar Archiv Grevenburg Nr. 146; dsgl. Archiv Paderborner Studienfonds Hs. III Nr. 21 (Libri Variorum 7) Bl. 100 (nach Detmolder Kopiar). – Regest: INA 3,2 S. 161 Nr. 54 (hier das falsche Jahr 1417 von M. Strunck berichtigt) und WestfZ 47,2 S. 138.

[a)] B: Pyrremunt [b)] B: Godescalci [c)] B: et [d)] B: Stydle. Richtig wäre Scidere (Schieder) [e)] Alle Abschriften lesen: M°CCCC°septimo decimo!

1612

1317 September 7

Graf Johann von Bentheim entläßt seine Ministerialin Elisabeth Hake in die Ministerialität der Äbtissin von Herford.

Universis presentia visuris et audituris nos Johannes nobilis comes in Benthem notum facimus in hiis scriptis, quod Elizabetem, filiam quondam Stephani Haken, que nobis iure ministeriali astringebatur, manumisimus ad usus et utilitatem domine Ermegardis, abbatisse in Hervordia et beate Pusinne, obtinendam … *Er siegelt.*

… anno Domini M CCC decimo septimo, in vigilia Nativitatis virginis gloriose.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 151, mit dem abhängenden, beschädigten Siegel des Ausstellers (WS I 21,5). – Abschr. (Storck) ebd., Msc. VII Nr. 3301f. S. 91.

1613

1317 September 20

Edelherr Simon zur Lippe bekundet die Dotation der Pfarrstelle der Kirche in Barntrup.

In nomine Domini amen. Nos Simon vir nobilis,[a)] dominus de Lippia, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum facimus presentes literas visuris et audituris protestantes publice

invisendis, quod honestus vir Conradus de Billerbecke, miles, legavit et donavit donatione legittima inter vivos quartam partem bonorum in Heyentorpe in silvis, pratis, pascuis, aquis, piscaturis,[b] agris cultis et incultis et quibuslibet obventionibus in fertura seu fructibus quibuscumque ad ecclesiam in Berrentorpe et ad plebanationem et[c] in dotem pro salute sue anime et quorum[d] nostro consensu et nobilium comitum de Sterneberg, cognatorum nostrorum, quorum tutor sumus, ad donationem dictorum bonorum proprietatem quoque dictorum bonorum domus ad casam[e] sacerdotis ecclesie memorate ... Quia[f] iam predicta ecclesia in Berrentorpe seiuncta et separata per[g] nostrum in Christo patrem Theodericum[h] episcopum ecclesie Paderbornensis ab ecclesia dicta Bige, debebit ex nunc in perpetuum regi singulariter per plebanum et habeatur[i] pro parrochia speciali. Igitur nos nobilis supradictus[j] damus ad plebanatum dicte ecclesie in Berrentorpe pro dote perpetua aream, que[k] civibus parrochianis ibidem manentibus ratior videbitur, pro plebani commodo inhabitandi domumque in eadem constituendum[l] area ab omnium omnino contributionis, exactionis, collectorum, vigiliorum, occupationis seu arrestationis iudicum secularium vel (?) cuiuslibet .., que[m] in oppidis solent,[n] liberam et securam. Ut autem premissa omnia et singula perpetua in suo vigore et robure firmiter perseverent,[o] nos Symon dominus de Lippia supradictus pro nobis et comitibus de Sterneberg, nostris nepotibus, sigillum nostrum his literis duximus apponendum. Datum in vigilia beati Mathei apostoli et evangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo[p] decimo septimo.

Sorgfältige, aber fehlerhafte Abschr. des Notars Laurentius Fabricius (1562) StA Detmold, Ortsakten Stadt und Amt Barntrup (L 30 E X Nr. 3) (nach dem besiegelten Original!); dsgl. von Clostermeier, ebd. D 72 nr. 13 Bl. 97. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 632.

[a] Fehlt in der Abschrift [b] Abschr.: piscatis [c] Davor kleine Lücke, wohl zu ergänzen: ibidem [d] Sinnlos. Es stand vielleicht da: genitorum suorum? [e] Abschr.: casum [f] Davor Lücke von einem Wort (?), vielleicht zu ergänzen accesso? [g] Hiervor fehlt wohl est [h] Der Abschreiber konnte das Th des Namens nichr lesen und ließ es aus. Er schrieb nur: eodericum [i] Abschr.: habeat [j] Die Abschrift hat nur superd [k] Abschr.: quo [l] Abschr.: constituendi! [m] Davor Lücke: alii officiati (?) seu quecumque alia onera, (?) [n] Abschr.: solunt. Davor sollte man ein fieri erwarten [o] Abschr.: persure .. [p] Die Abschrift hat ducentesimo, doch weisen die Namen des Ausstellers und des Bischofs die Urkunde eindeutig in das Jahr 1317

1614

1317 September 27

Graf Hermann von Pyrmont belehnt den Ritter Gerhard Spiegel zum Desenberg mit der Vogtei über die Corveyer Amtsgüter.

Nos Hermannus comes de Piramunt[a] tenore presentium recognoscimus publice protestando universis, quod contulimus Gerhardo militi de Desenbergk dicto Spigel[b] et suis veris heredibus, Ecberto[c] et Johanni, fratribus dictis Spigel[d] et suis veris heredibus advocatiam cum omnibus suis iuribus per bona officiata ecclesie Coebeyensis[e] iure feudali[f] perpetuo possidendam. Insuper si quispiam prefatos[g] in hiis bonis irritaverit, ipsis ubique plenam[h] et veram warandiam[i] faciemus. In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum[k] anno Domini m°ccc°xvij, in die beatorum martyrum Cosme et Damiani.

Abschr. (A) 17. Jh. StA Münster, Herrsch. Desenberg, Akten A vorl. Nr. 4992 (Nachrichten betr. d. Patronat zu Cörbecke); dsgl. (B) (18. Jh.) ebd., Dep. Landsberg-Velen, Hs. Nr. 33 Nr.4 (nach der besiegelten Urschr.).

[a] B: Pyrmondt [b] B: Desenberg dicto Spiegell [c] B: necnon Ravenoni Ecberto [d] B: fratribus, famulis dictis Spiegell [e] B: Corbeyensis [f] B: pheodali [g] B: quisnam prefatos [h] B: certam [i] B: guarandiam [k] B: Actum

1615

1317 September 28

Bischof Engelbert von Osnabrück bekundet unter seinem und des Kapitels von St. Johann in Osnabrück Siegeln, daß Symon et Bernhardus iunior, nobiles nati viri nobilis Symonis, domini de Lyppia, *allem, was in der Haupturkunde ihres Vaters vom 15. Juli 1317*[1] *bestimmt ist, ihre Zustimmung geben und es in Zukunft beachten werden.*

Actum et datum in vigilia Michaelis, anno Domini M°CCC°decimo septimo, presentibus Winando decano, Ludolpho thesaurario, Nicolao scolastico, Johann Vromůdink, Gysone et Johanne dictis de Hembeke, Hermanno Linneman, Eustachio de Sutholte, Volquino de Bure et Johanne de Warendorpe, canonicis dicte ecclesie, Wescelo, notario dicti nobilis, et aliis fide dignis.

Urschr. Transfix zur Urk. vom 15. Juli 1317 (o. Nr. 1588), StA Münster, St. Patrokli-Soest, Urk. Nr. 103. – Abschr. (18. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 566 (ex copionali capituli Susat. S. 41 *[= Msc. I Nr. 6102]*).

[1] S. o. Nr. 1588.

1616

(1317 September 30)

Dieses Datum (anno Domini mcccxvij, pridie kalendas mensis Octobris) *hat die Urkunde vom 31. Juli 1317 (s. o. Nr. 1593) in der Abschrift Kindlingers (nach einem Kopiar des Klosters Schaken) StA Münster, Msc. II Nr. 101 S. 47. Welches der beiden Daten das richtige ist, muß offen bleiben.*

1617

1317 Oktober 1

Bernhard Cretel *verkauft dem Provisor des Hl. Geist-Hospitals in Herford eine Rente.*

Vor scabini et consules Hervordenses *verkaufen* Bernhardus dictus Cretel et uxor sua dem Bernhardo Longo, provisori domus hospitalis sancti Spiritus infra civitatem nostram censum annuum septem solidorum in domo ipsius .. Cretel, contiguo adiacente curie Ludolfi Barleben, possidendum et iure proprio perpetuis temporibus habendum cum alio iure contractus, qui ‚huscop' vulgo dicitur, quod dicti coniuges ipsi eciam Bernhardo dimiserunt ... Hermannus de Hagen, proconsul, Albertus de Rentelen, Hermannus Huffeke, Johannes Vidue, Johannes de Libbere, Reynherus de Bechterdissen, Hermannus Stenbickere, Arnoldus Oltbackene, Fredericus de Rodewich, Fredericus Kelemunt et Johannes Ghersteldoc, tunc consules, *hängen das Siegel ihrer* communitas *an.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, Remiggii confessoris.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 152, das abhängende Siegel ist verloren.

1618

1317 Oktober 4

Bernhard von Ravensberg, Propst zu Schildesche, verkauft dem Ritter Sweder von dem Busche seinen Besitz in Nienhagen.

Nos Bernardus de Ravensberge, prepositus ecclesie Schildensis, *verkauft* bona nostra in Nienhagen cum suis appendiciis universis in hominibus videlicet, agris, sylvis, pascuis, pratis et quibuscumque iuribus seu proventibus rite et iuste *dem* honesto militi Swedero de Busche suisque veris heredibus pro ducentis et quatuor marcis denariorum Bilveldiensium nobis traditis et manuatim porrectis accedente ad huiusmodi venditionem nobilis fratris nostri Ottonis, comitis de Ravensberge, sueque contoralis Margretę, necnon Hadewige et Margrete, filiarum suarum, omniumque heredum suorum ratihabitatione, consensu et libera voluntate. Unde nos comes iam dictus dictum militem Suederum suosque heredes de bonis antedictis iusto feudi titulo investivimus et presentibus investimus. *Die beiden Brüder geloben Währschaft und siegeln* testibus annotatis, qui tum presentes extitere: fratre Joanne, commendatore Hervordiensi, Joanne de Slon[a], canonico Bilveldiensi, Themone, beneficiato ecclesie nostre Schildesiensis, Johanne notario nostro et Joanne Scholen, famulo nostro, aliisque fidedignis.

Actum et datum quarto Nonas Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo.

Abschr. (A) von 1655 StA Münster, Grafsch. Ravensberg, Lehen Akten Nr. 39 (nach einer alten Kopie, gefunden „bey fleyssiger Durchsuchung derer alhie auf der Veste Sparenbergh vorhandener, von Düsseldorf remittirter Ravensbergischer Archival-Sachen ..."); dsgl. (B) 16. Jh., ebd., Stift St. Mauritz-Münster, Akten L 10 Nr. 1 Bd. 1; dsgl. (17. Jh.) ebd., Dep. v. Landsberg-Velen, Hs. Nr. 22 (ebd. auch Reg. von 1549). – Regest: WUB 10, 2. Aufl. Nachträge S. 371 Nr. 553a. – Vgl. Angermann S. 210 Nr. 167.

[a] B: Sloÿ

1619

1317 Oktober 5 Minden

Gotfridus decanus ecclesie sancti Petri in Huxaria *protestiert im Auftrage der Äbtissin und des Konventes des Stiftes Fischbeck auf der Generalsynode im Dome zu Minden gegen den Versuch des Bischofs Gottfried von Minden, die Exemption des Stiftes von der Diözesangewalt desselben in Zweifel zu ziehen und behalten sich die Appellation an die römische Kurie vor* (apostolos petimus).

Interposita est hec protestatio sive provocatio anno Domini M°CCC°XVII°, feria quarta post Remigii in ecclesia Mindensi in generali synodo episcopi Mindensis coram universis clericus Mindensis dyocesis. *Der Dechant siegelt.*

Urschr. Archiv Stift Fischbeck, Urk. Nr. 24, mit dem (eingenähten) verletzten Siegel des Dechanten. – Abschr. (19. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 6810 Bl. 34. Druck: UB Fischbeck Nr. 69; WUB 10 Nr. 554. – Regest: UB Hameln 1 Nr. 185.

1620

1317 Oktober 15 Osnabrück

Anfang und Ende einer Urkunde des Bischofs von Osnabrück für die Abtei Herford(?)

Nos Engelbertus Dei gratia eoiscopus ecclesie Osnabrugensis recognoscimus [.....

Datum et actum Osenbrugge anno Domini M°CCC°decimo septimo, sabbatho proximo ante festum beati Luce evangeliste.

Auszug (18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3301f. (Storchs Cod. dipl. der Abtei Herford) S. 104.

1621

1317 Oktober 22

Die Gebrüder von Haxthausen teilen.

Noverint universi, quod nos Albertus et Alexander de Haxtehosen fratres accedente pleno consensu Germetrudis et Alheydis, uxorum nostrarum, ac omnium nostrorum heredum divisionem fecimus et inivimus super officio Haxtehosen et super aliis bonis nostris hereditariis de consilio amicorum nostrorum in modum et formam infrascriptam: quod ego Albertus de Haxtehosen et heredes mei dabimus et dare tenebimur Allexandro predicto et Alheydi, uxori sue, ac eorum .. pueris seu heredibus legitimis triginta moldra triplicis annone, siliginis, ordei et avene, perpetuo et hereditario iure ex predicto officio expedite, quam annonem ipsis ante festum beati Martini episcopi *(= 11. Nov.)* presentabimus in civitate Paderburnensi singulis annis et solvemus. Item ipsis dabimus singulis annis tot ligna ex dicto officio, prout necesse habuerint ad cremandum in domo sua,[a)] et ligna, quando aliquam domum propriam voluerint edificare. Preterea tradimus et assignamus eisdem octo iugera agri sita Haxtehosen in una particula pro eorum utilitate perpetuo possidenda. Hiis redditibus et donis Allexandro et heredibus suis predictis per nos sic traditis et collatis ipsi nullum ius et partem in dictum officio et aliis bonis nostris optinebunt, sed si, quod absit, premissa et singula eis non servarentur, ipsi respectum habebunt ad dictum officium et ad alia bona hereditaria sicut ante. Hec igitur omnia et singula premissa promisimus vicissim hinc et inde fide corporali prestita firmiter inperpetuum observare et non contravenire vel contrafacere quoquomodo. In huius testimonium presens scriptum sigillis honorabilis viri, domini .. prepositi ecclesie Paderburnensis et civitatis Paderburnensis extitit roboratum. Et nos Bernhardus de Lippia, Dei gratia prepositus ecclesie Paderburnensis, et Hildebrandus Comes, Conradus de Anvorde, proconsules, et ceteri .. consules Paderburnensis civitatis ad preces Alberti et Allexandri de Haxtehosen, fratrum, ac eorum heredum in testimonium et robur eorum, que coram nobis acta sunt et superius conscripta, sigilla nostra ad hec duximus apponenda. Actum presentibus domino Wedikindo, thesaurario ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderburnensis, Godefrido Pust, cive ibidem, Conrado Judeo et Luthardo, famulis; et datum sabbato ante festum Symonis et Jude apostolorum , anno Domini millesimo ccc°xvij^{mo}.

Urschr. Archiv H. Vörden, A I,1 (alt Lit. E 1; Nr. 2 bzw. Paq. Fa. Nr. 1). Das erste Siegel vom Pgt.streifen abgefallen, das zweite (Stadt Paderborn) beschädigt (WS III 78,6) mit RS (WS III 86,15). – Fehlerhafte Abschr. (Gehrken, 1842) StadtA Paderborn, UB der Stadt Paderborn 1 Bl. 106 (aus Kopialbuch im Archiv Bökendorf). – Regest: INA 3,2 S. 95 Nr. 30.

[a)] domo sua auf Rasur. Es ging wohl zunächst gleich mit ligna weiter!

1622

1317 Oktober 23

Bischof Dietrich von Paderborn überweist seinem Neffen Tilmann von Itter ein Burglehen in Blankenrode.

Datum per copiam. Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus, quod cum consensu .. prepositi, .. decani et .. capituli nostri contulimus domicello Tilmanno de Ittere, filio fratris nostri, et eius veris heredibus castrense[a)] peculium, quod ‚borglen' appellatur, in castro nostro Blanckenrode, et ad illud assignavimus eis .. decimam in Clenenberg et quatuor mansos cum eorum pertinenciis in minori Dasborg sitos. Istud ‚borglen' inhabitabit prefatus Tilmannus per se vel per ydoneum castellanum cum sua familia continue ibidem residentem et in armis castellaniam deservire

valentem. Et si hoc neglexerit, predictum ‚borglen' cum redditibus ad episcipum libere revertetur. Si vero episcopus decreverit, istos redditus ad se revocare, assignare tenebitur ipsi Tilmanno et eius heredibus[b] redditus annuos et certos duodecim marcarum denariorum Paderbornensium loco reddituum predictorum vel saltem dabit centum marcas Paderborne usualis monete, cum quibus emi debent redditus annui et prefato Tilmanno seu eius heredibus in ‚borglen' assignari. Prefatus Tilmannus et sui heredes de castro Blanckenrode nullas speciales werras debent exercere, set si infertur eis violentia seu iniuria, .. episcopus Paderbornensis, qui pro tempore fuerit, pro eis laboravit, placitabit et faciet, sicut pro reliquis ecclesie nostre castrensibus fieri est consuetum. *Bischof und Domkapitel siegeln.*

Datum X° Kalendas Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo septimodecimo.

Ego Thilemannus de Ittere predictus recognosco, me habere litteras a venerabili domino episcopo et .. a capitulo Paderbornensis ecclesie continentie suprascripte. Datum sub sigillo meo et supra.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 454, mit abhängendem, beschädigten Siegel des Tilmann von Itter (Abb. II 74).

1623

1317 Oktober 27

Aus der Rechnung der päpstlichen Kollektoren Petrus Durandi *und Bernhard* de Montevalrano *über ihre Einnahmen und Ausgaben in den Jahren 1317 bis 1320:*

Expense communes dominorum Petri Durandi et Bernardi de Monte valrano. Hec sunt expense facte in nunciis et securo conductu per nos Bernhardum ... et Petrum ..., nuncios sedis apostolice in partibus Alamanie.

Anno Domini 1317 ... item die 27[a] dicti mensis dedimus pro conductu illis, qui conduxerunt nos de Osnaburgensi civitate usque ad civitatem Paderburgensem, et sunt 2 diete, 3 floreni auri.

Nach dem Druck bei J. P. Kirsch, Die päpstlichen Kollektorien in Deutschland während des 14. Jahrhunderts: Quellen und Forschungen der Görres-Gesellschaft 3, 1894, S. 33, 60 und 61. Hier nach WUB 8 Nr. 1195. Am 24. Oktober waren sie von Münster nach Osnabrück gereist (ebd.).

1624

1317 Oktober 28

Bernhard Top *besitzt die Nutznießung des zum Hofe* Drevere *des Stiftes Schildesche gehörenden Teiches nur auf Lebenszeit.*

Datum per copiam. Ego Bernhardus dictus Top tenore presentium recognosco publice protestando, quod in piscina, que dicitur Reddik et pertinet ad curiam Drevere, de gratia domini prepositi et ecclesie in Scildesche habeo fructum ad tempora vite mee. Post obitum vero meum ad ecclesiam Scildesche redibit libera et soluta. *Er siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII, infesto Symonis et Jude.

Unbesiegelter gleichzeitiger Pgt.zettel StA Münster, Stift Schildesche, Urk. Nr. 43. – Regest (1658) ebd., Msc. VII Nr. 3315 S. 30.

1625

1317 November 1

Das Domkapitel zu Münster und Graf Otto von Ravensberg bekunden die Stiftung eines Altares in der Kirche zu Borgholzhausen bzw. in der Kapelle zu Winkelsetten durch die Familie Vincke.

In nomine Domini amen. .. Prepositus, .. decanus totumque .. capitulum ecclesie Monasteriensis universis in perpetuum presentia visuris et audituris salutem et cognoscere veritatem. Cum ad laudem Domini nostri Jhesu Christi ac beate Marie, genitricis ipsius gloriose Albertus dictus Vincke, miles, domina Ricsa, uxor quondam ipsius legitima, Theodericus, miles, et Johannes, famulus, liberi et veri heredes coniugum eorundem, ob salutem animarum suarum, .. parentum atque .. heredum suorum ad amplificandum cultum divinum in parrochiali ecclesia Borcholthusen Osnaburgensis diocesis, cuius ius patronatus ad nos alternis vicibus spectare dignoscitur, et in capella beati Georgii in villa Winckelseten infra limites eiusdem ecclesie sita, fundando et dotando novum altare in ipsa ecclesia et ordinando, ut ad minus bis predicta capella officietur in qualibet ebdomada, donaverint et presentaverint quinquaginta marcas Osnaburgensium denariorum legalium in pecunia numerata, nos viro nobili .. comiti de Ravensberghe et suis, Alberto militi et suis filiis prenominatis ac eorum veris .. heredibus ut in perpetuum alternis vicibus persone honeste ad gradum sacerdocii iam promote vel infra annum promovende aut ipsi .. plebano matricis ecclesie predicte, si voluerint, de huiusmodi altari et capella insimul providere valeant, salvo iure .. diocesani et .. archidiaconi loci ibidem presentibus annuimus et favemus. Ita quod

In nomine Domini amen. Otto vir nobilis, comes de Ravensberghe, universis in perpetuum presentia visuris et audituris salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod ad laudem Domini nostri Jhesu Christi ac beate Marie, genitricis ipsius gloriose Albertus dictus Vincke, miles, domina Ricza, quondam uxor ipsius legitima, Theodericus, miles, et Johannes, famulus, liberi et veri heredes coniugum eorundem ob salutem animarum suarum, .. parentum atque .. heredum suorum ad amplificandum cultum divinum in parrochiali ecclesia Borcholthusen Osnaburgensis diocesis, cuius ius patronatus ad nos alternis vicibus spectare dinoscitur, et in capella beati Georgii in villa Winckelseten intra limites eiusdem ecclesie sita fundando et dotando novum altare in ipsa ecclesia et ordinando, ut ad minus bis officietur capella predicta in qualibet ebdomeda, de quibus indivisim uni persone honeste ad gradum sacerdocii iam promote vel infra annum promovende aut ipsi .. plebano matricis predicte ecclesie, si voluerimus, idem Albertus aut unus verorum .. heredum suorum ipsi proximus et inter duos vel plures equaliter proximos senior una vice et nos aut unus nostrorum heredum[a)] nobis in comitia Ravensberghe succedens altera vice in perpetuum providere possumus et debemus salvo tamen per omnia iure .. diocesani et .. archidyaconi loci ibidem donaverunt et tradiderunt quinquaginta marcas Osnaburgensium denariorum legalium in pecunia numerata, presentata et deposita apud Ecbertum dictum Vincken, militem, germanum Alberti memorati, ad manus .. plebani matricis ecclesie, .. persone et .. heredum ipsius Alberti predictorum equali potestate, quoadusque certi et perpetui redditus de scitu et consensu harum trium partium predictarum ad dictum altare et capellam in simul poterint comparari, ita quod

persona prefata, nisi causa rationabilis eandem impediat, in qualibet ebdomada missas, die dominica de sancta Trinitate, feriis secunda, quarta et quinta pro fidelibus defunctis, tercia de patrono, sexta de sancta Cruce et sabbato[b] de beata Maria virgine cantando vel legendo prime vel ante summam missam, in qua presens eciam diebus singulis[c] esse debet, sed diebus dominicis singulis[d] et festivis et quandocumque funus aliquod presens est, ipsa persona debebit officiis divinis in matrice ecclesia predicta interesse[e] et extunc, prout .. plebano seu .. viceplebano[f] congruerit, celebravit. Insuper vices suas in ecclesia seu extra visitando vel inungendo infirmos, si ipsum .. plebanum seu .. viceplebanum vel capellanum infirmari aut absentes esse contingeret, quando et quociens requiritur, nisi, ut premissum est, impediatur causa rationabili, adimplebit, optinendo sibi extunc oblationes pro visitatione et quartam partem pro inunctione infirmorum per ipsam personam factis una cum oblationibus, quas sibi obtulerit .. plebanus[g], sepedictus, reliquas vero oblationes tam in occulto quam in publico ab eadem persona ubicumque perceptas omni dolo et fraude penitus exclusis singulis ebdomadis .. plebano seu .. viceplebano[f] integraliter, prout ipsa persona iuramento suo prestito tactis sacrosanctis Dei ewangeliis, si requisita ab ipsis vel eorum altero fuerit, secure optinere poterit, presentabit, de quibus dicte persone singulis annis in festo beati Michaelis archangeli *(= 29. Sept.)* sex solidos Osnaburgensium denariorum legalium vel dimidietatem ipsarum oblationum in dicta capella receptarum, quod fiet annis singulis secundum arbitrium .. plebani vel .. viceplebani predictorum. Item et terciam partem oblationum in festivitatibus Dedicationis et patroni[h] dicte capelle, quam extunc .. plebanus aut .. viceplebanus officiare debebit, tenebitur aasignare. Adiectum est eciam, quod, si quis altari seu capelle predictis quidquam donaverit, assignaverit vel legaverit ad comparandum redditus ampliores, eiusmodi reddituum dimidietas cedet .. plebano, reliqua persone regenti.

Sed si .. comes vel sui,[b] Albertus miles vel sui veri .. heredes sepedicti aut persona regens seu rectura aliquid donaverint vel legaverint pro redditibus comparandis, hii una cum redditibus sex solidorum Osnaburgensium iam ad ipsam capellam pertinentibus aud usus persone prefate dumtaxat iugiter permabebunt.

In huius ordinationis evidens testimonium sigillum nostrum ad causas una cum sigillis nobilis viri .. comitis, Alberti militis predictorum et Johannes plebani ecclesie matricis prefate duximus presentibus apponendum. Et nos Otto comes, Albertus miles et Johannes plebanus iam dicti recognoscentes, premissa omnia et singula esse vera, sigilla nostra duximus presentibus apponenda in testimonium premissorum. Datum et actum anno Domini m°ccc° decimo et septimo, in festivitate Omnium sanctorum.

Urschr. StA Münster, Grafsch. Ravensberg, Urk. Nr. 52, mit vier an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Domkapitel Münster ad causas (WS III 101,7), 2. Graf Otto von Ravensberg (Ws I 12,3), 3. Albert Vinke (WS IV 249,14), 4. Pfarrer Johannes von Ascheberg mit RS (WS III 139,8). – Druck: Lamay, S. 80 Nr. 88. – Regest: WUB 8 Nr. 1196.

Sed si nos vel nostri, .. Albertus miles vel sui heredes sepedicti aut persona regens seu rectura aliquid donaverimus vel legaverimus pro redditibus comparandis, hii una cum redditibus sex solidorum Osnaburgensium iam ad ipsam capellam pertinentibus ad usus prefate .. persone dumtaxat iugiter pertinebunt.

In huius ordinationis evidens testimonium sigillum nostrum una cum sigillis capituli ecclesie Monasteriensis ad causas, Alberti militis et Johannis plebani predictorum duximus presentibus apponenda. Et nos .. prepositus, .. decanus totumque capitulum ecclesie Monasteriensis iamdicte, Albertus miles ac .. plebanus antedicti recognoscentes, premissa omnia et singula esse vera et de pleno consensu nostro facta, sigilla nostra duximus presentibus apponenda in testimonium premissorum. Datum et actum anno Domini m°ccc° decimo et septimo, in festivitate Omnium sanctorum.

Urschr. StA Münster, Domkapitel Münster, Urk. III A a Nr. 1. Von den Siegeln ist nur das 1. (WS III 101,7), und das vierte (WS III 139,8) erhalten. – Druck: WUb 8 Nr. 556a. – Regest: WUB 8 Nr. 1196.

[a] Fehlt in B [b] B: sabato [c] B: singulis diebus [d] B: diebus singulis dominicis [e] B: interesse debebit [f] Zu B fehlen die Reverenzpunkte [g] B: sibi .. plebanus obtulerit [h] In B davor Reverenzpunkte

1626

1317 November 12

Die Edelherren Herrmann und Gottschalk von Plesse übertragen Bischof und Kapitel zu Paderborn 13 Höfe in Landolveshusen *als Ersatz für den wüsten Hagen* Plesserhage, *den sie dem Stift Katlenburg verkauft haben.*

... Hermannus et Godescalcus nobiles ac domini in Plesse ... *geben* domino episcopo et domino decano totique capitulo ecclesie Padeburnensis cum voluntate unanimi et consensu omnium, quorum interesse poterit, .. proprietatem tredecim mansorum in Landolveshusen sitorum cum advocacia et decima et omnibus eorum pertinenciis in pratis, pascuis, silvis, obvencionibus et aliis iuribus universis facientes hoc in restaurum cuiusdam desolate indaginis dicti Plesserhage et tredecim mansorum ibidem sitorum, quos ecclesie beati Johannis ewangeliste in Kathelenborch vendidimus et quos a reverendis dominis nostris prescriptis, ad quos eorum spectabat proprietas, eidem ecclesie in Kathelenborch proprietari procuravimus restaurum huiusmodi, sicut prescribitur, faciendo, asserentes eciam sub fiducia et fidei constancia, qua prefatos dominos nostros reverendos amplectimur et amplecti tenemur, quod ipsorum ecclesia est sufficienter et plenarie restaurata. Nos quoque prefatos tredecim mansos in Landolveshusen, quos hactenus sub proprietatis iure tenuimus, ammodo a reverendo domino nostro Padeburnensi episcopo in pheodo tenebimus, sicut prefatam indaginem Plesserhagen et tredecim mansos ibidem sitos in pheodo tenebamus. *Die Edlen siegeln.*

Datum anno Domini M°CCC°XVII°, in crastino beati Martini episcopi.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 455, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln der Aussteller: 1) Hermann von Plesse (im Schild liegender Maueranker; Umschr.: SIGILLIM HERMANNI NOBILIS DE PLESSE), 2) Gottschalk von Plesse (wie vor; Umschr.: SIGILLUM GODESCALCI NOBILIS DE PLESSE).

1627

1317 November 14 Ravensberg

Otto comes de Ravensberg *tauscht* de consensu omnium heredum nostrorum decimas quatuor domorum in Holwedehusen sitas in parrochia Goldenstede Osnaburgensis dyocesis ... honesto militi Hermanno dicto Grip eiusque veris .. heredibus ... recipientes ab eodem .. milite quinque domus, videlicet tres in Osterveyne, item domum Gerhardi in Kempchusen et domum unam in Lemwede, sitas in parrochia Damme dicte dyocesis ... *Der Graf siegelt.*

Testes huius rei sunt Baldewinus, Johannes dictus Blawe, Everhardus, Amel[ungus] dicti de Varendorpe, Hermannus Bere, Rabodo de Haren, Thiderivus Vinke, milites, Hermannus, noster dincgravius, Ludolfus, Ludewicus fratres dicti Hake, .. dictus Oltman, .. dictus Klinghe, Lambertus Lode, Bertrammus de Dorne, famuli, cum ceteris fide dignis.

Actum et datum in pede montis castri nostri Ravensberge anno Domini M°CCC°XVII°, feria secunda proxima post festum Martini episcopi.

Urschr. StA Oldenburg, Alexanderstift Wildeshausen, Urk., mit dem verletzten Siegel des Ausstellers (WS I 12,3) mit RS (WS I 16,7). – Druck: WUB 10 Nr. 558. – Regest: Oldenb. UB 5 Nr. 293.

1628

1317 November 18

Vor Abt Ropert und Kapitel von Corvey verkauft Johannes Slepere *dem Pfarrer Bernhard in* Frenken *zehn Joch Ackerland.*

Nos Ropertus Dei gratia abbas, .. prior, prepositus et conventus ecclesie Corbeyensis in his scriptis recongnoscimus et ad noticiam omnium volumus pervenire, quod in presentia nostra Johannes dictus Slepere accedente voluntate uxoris sue et heredum eius omnium vendidit er resignavit ad manus nostras Roperti abbatis predicti domino Bernhardo, plebano in Frenken, decem iugera agri sita prope crucem versus Albactessen, que a nobis et ecclesia Corbeyensi tenuit in pheodo, et nos Ropertus abbas eidem domino Bernhardo appropriavimus voluntate nostri conventus accedente. Equidem prefatus dominus Bernhardus huiusmodi decem iugera agri pro remedio anime sue post mortem suam donavit ad officium hospitalis in ecclesia Corbeyensi perpetuis temporibus quiete possidenda, sic tamen, quod hospitalarius, qui pro tempore fuerit, in anniversario pretaxati domini Bernardi inter conventum Corbeyensem distribuet et solvet unam denariorum gravium Huxariensium, ut eius memoria a fratribus pia solempnitate peragatur. *Abt und Konvent siegeln.*

Datum et actum in octava sancti Martini, anno Domini M°CCC°XVII°.

Urschr. StA Münster, Abtei Corvey, Urk. Nr. 136, die beiden anhängenden Siegel verloren. Abschr. (15. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 134 S. 166.

1629

1317 November 19 Avignon

Papst Johannes XXII. beauftragt den Erzbischof von Köln und dessen Suffragane, besonders den Thesaurar von Fritzlar, die Personen, die dem Kloster Wormeln den Besitz seiner Güter, besonders nemoris Bocholt et piscarias de Twiste *streitig gemacht haben, zur Rückgabe zu zwingen. – Non absque dolore –.*

Datum Avinione, XIII. Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Abschr. (17. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B nr. 100 (Nachlaß Overham) Bd. 5 S. 300; Reg. (danach) StA Münster, Msc. VII Nr. 227 Bl. 38°. Vgl. Schaden Pad. Anm. 2 S. 237f.

1630

1317 November 19 Avignon

Papst Johannes XXII beauftragt den Thesaurar der Kirche zu Fritzlar (Frislariensis), *Diöz. Mainz, dem Kloster Wormeln zur Wiedererlangung ihrer Besitzungen zu verhelfen, die an Geistliche und Laien auf Zeit oder für immer* (perpetue) *vergeben sind, worauf teils sogar päpstliche Bestätigungen erworben* (impetrasse) *worden sein sollen.* – Ad audientiam nostram –.

Datum Avinione, XIII. kalendas Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Abschr. (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4519 S. 1f. (Bl. 23). Reg. (Overham) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 (Nachlaß Overham) Bd. 5 S. 300; dsgl. StA Münster, Msc. I Nr. 242 S. 20 Nr. 2. Druck: Schaten 2 S. 237f.

1631

1317 November 21 Osnabrück

Johannes de Bersen *tauscht mit Zustimmung seiner Frau* Drudeke *und seiner Tochter Jutta mit dem Grafen Otto* de Ravensbergh proprietatem domus in Dedinctorpe in parrochia Rodinghusen in concambio *gegen* proprietatem domus in Volmeringhusen ... in parrochia Hilter iure perpetuo. *Zeugen:* Boldewinus, Johannes Blome, Everhardus, Amelungus dicti de Varrendorpe, Hermannus Bare, Rabodo de Haren, Thidericus Vincke, Nicolaus Eyfelere, milites, Ludolfus et Ludowicus, fratres dicti Hacken ...

Actum et datum Osembrugge anno Domini M CCC XVII, feria secunda ante festum beate Katerine virginis.

Abschr. (18. Jh.) StAM, Msc. VII Nr. 3117 III, Bl. 92. – Regest: WUB 10 Nr. 559 (mit weiteren Hinweisen und Berichtigung S. 371).

1632

1317 November 23 Körde

Der Knappe Heinrich de Bunstorpe *verkauft mit Zustimmumg seines Bruders Lutbert, seiner Frau* Wicbburgis *und seiner Kinder Christina und Hildegund dem Gottfried Travelmann, Bürger zu Münster den Hof* ton Slike *im Kirchspiel Nordwalde* (Nortwolde), *einen Schmied gnt.* Bernewater, *sowie die Vogtei über das Erbe für 50 Mark münsterischer Denare vorbehaltlich der Zustimmung der Äbtissin zu Freckenhorst und des Edelherrn zur Lippe, von denen er die genannten Güter zu Lehen trägt,* et hec ad ius, quod vulgo ‚manstad' dicitur. *Sein Bruder Lutbert und* Brunstenus de Mase *bürgen und siegeln mit ihm.*

Actum apud Korede ... anno M°CCC°X VII°, die beati Clementis pape et martiris.

Urschr. StA Münster, Stift Freckenhorst, Urk. Nr. 70, mit nur noch dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel des Lutbert von Bunstorp (WS IV 228,8). – Regest (mit Zeugen): WUB 8 Nr. 1199.

1633

1317 November 25

... Hermannus et Hildeboldus fratres, comites e Perremunt, *belehnen* cum consensu et plenaria voluntate nostrorum verorum heredum Gotscalci et Hermanni, filiorum nostrorum, Johannem dictum de Hůckenhusen ... in dimidietate decime opidi Lude, quam a nobis optinet et legitimi parentes sui multis annis optinebant, iure feodali a nobis et in aliis bonis suis immobilibus, que a nobis etiam dinoscitur iure feodali optinere etiamque legitime conthorali ipsius dicte Druden concessimus iure (!), quod wlgariter dicitur ‚en lifthucg' in bonis prenotatis. *Sie versprechen, daß sie und ihre Erben auch die Erben des Johann gegebenenfalls belehnen werden. Sie siegeln.*

Datum anno Incarnationis Domini M°CCC°XVII°, ipsa die Katerine virginis ac martiris.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 10238 (Fst. Pyrmont, Orte und Familien: Lügde); die Bildseite des Siegels abgesprungen.

1634

1317 November 25

... Borghardus dictus Kersebom, opidanus in Volcmersen, Luttradis, ipsius uxor legitima, *verkaufen* cum bona voluntate Johannis, filii nostri, clerici, et aliorum nostrorum heredum Cuneghundi, relicte quondam Hermanni dicti Korte, civis in Volcmersen, et suis heredibus ex domo nostra sita in Volcmersen apud domum Ghisonis dicti Pirrit ... redditus unius marce gravium denariorum in Volcmersen usualium annis singulis in vigilia beati Mychahelis archangeli *(= 29. Sept.)* perpetuis temporibus erogandos, ...

Testes huius rei sunt Hermannus de Berendorp, proconsul, Gotfridus Rufus, pistor, Gerlacus de Benvilte, Heinricus Monetarius, Conradus dictus Speldere, Heinricus Dives, Adolfus, Conradus Tammonis, Johannes Rufi, Sifridus de Immenhusen, Vollandus, Eckehardus dictus Greyde, consules in Volcmersen, et alii quam plures fide digni. *Der Rat hängt das Siegel* burgensium in Volcmersen *an.*

Datum anno Domini m°CCC°XVII, in die beate Katerine virginis et martiris.

Urschr. StA Münster, Kl. Wormeln, Urk. Nr. 41, mit dem Rest des an Pgt.streifen anhängenden Stadtsiegels (WS II 66,6). – Unvollständige Abschr., ebd., Msc. VII Nr.4519 S. 100. – Regest: INA 4,1 S. 127 Nr. 19.

1635

1317 November 28

Graf Otto von Ravensberg verspricht der Stadt Bielefeld die pünktliche Rückzahlung einer Schuld von 28 Mark.

Nos Otto comes de Ravensberg recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod discretis viris consulibus nostri opidi in Bilevelde viginti[a] octo marcas dativorum denariorum nobis mutuo traditas[b] in festo beati Martini nunc proxime futuro *(= 11. Nov. 1317)* persolvemus expedite. Quod si non fecerimus, extunc consules prefati tantum de annona nostra primitiali, que ‚morgenkorn' vocatur, de civibus et opidanis nostris ibidem colligent et recipient, quoad suam pecuniam videlicet XXVIII marcas prius datas complete videantur rehabere. *Er siegelt.* Datum feria secunda ante festum beati Andree apostoli, anno Domini M°CCC°XVII°.

Urschr. StadtA Bielefeld, Urk., abhängendes Siegel verloren. – Druck: Bielef. UB Nr. 120. – Regest: WUB 10 Nr. 560. – Vgl. Angermann S. 210 Nr. 170.

[a] Urschr.: vinginti [b] Urschr.: traditis

1636

1317 November 28

Wredehardus *verkauft der Probstei Marsberg Land.*

Vor Conradus de Clinge, iudex, Gotfridus dictus Snareman, proconsul, Bodo de Dodinchusen, Henricus de Nutlon, Gotfridus Boldekin, Hermannus Nothe, Ludolfus Sprinke, Henricus Bertrammi, Hermannus Udonis, Johannes Havesalde, Henricus de Esbyke, Waltherus Ruffi, Herboldus Sumer, consules Montismartis, *verkauft* Wredehardus de pleno consensu Alheydis dicte de Meyschede, uxoris sue, ac Wernheri, Gotfridi et Ludolfi, filiorum suorum, ceterorumque omnium suorum heredum tria iugera cum omnibus suis attinenciis in campo, qui Middelvelt dicitur, sita et parum minus quam unum

iuger supra rivum, qui Stopbyke dicitur, et iuxta agros Blavothe pertinentes situm, .. preposito et .. conventui Montismartis ad usum et augmentum officii karitatum ... in perpetuum iure proprietario quiete et pacifice possidenda, firmam et iustam dictorum iugerum cum suis appendiciis universis ipsi .. preposito et .. conventui Montismartis, ubicumque eis necessarium fuerit, dictus Wredehardus et uxor sua eorumque liberi ac heredes prestituri warandiam, prout ipsis coram nobis firmiter promiserunt. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini m°ccc°xvij°, feria secunda ante festum Andree apostoli.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 49, abhängendes Siegel verloren. Rückschr. (15. Jh.): iij iugera in Middelfelt et i iuger bi der Stobike. *Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 545.*

1637

1317 Dezember 2 Bielefeld

Graf Otto von Ravensberg überträgt dem Menso von Heiden die Freigrafschaft Heiden.

... Otto comes de Ravensberge *überträgt* comeciam de Heidene cum omni iure suo honesto viro domino Mensen dicto de Heidene, militi, in pheodum loco hominis, quod vulgariter ‚in manstadt' dicitur, ... Pro quo idem miles nobis et nostris heredibus iam dictis a quocunque dominorum nostre terre nobis discordiam movente sub nostro dampno et expensis, sicut reliqui nostri castellani iam dicta discordia durante iuvabit bona fide, dummodo eundem pro tali auxilio ad spatium sex hebdomadarum antea evocemus. Quodsi causa legitima obstante id in persona propria facere non valebit, alterum unum sibi equalem pro se mittere poterit iure et modo supradicto. Idem vero servitium nobis et nostris heredibus ipsius heredes facient et successores. *Der Graf siegelt.* Testes huius facti sunt honorabilis dominus Bernhardus, prepositus maioris ecclesie Osn[aburgensis], frater noster predilectus, Henricus de Vulfhem, Henricus et Theodericus dicti Vinke, milites, item Herbordus et Johannes fratres dicti Nagel, Hermannus de Aschen, Gerhardus de Milinctorpe, famuli, nostri homines, qui ‚manne' dicuntur, et quam plures alii fidedigni.

Actum et datum in opido nostro veteri Bilevelde anno Domini M°CCC°XVII, feria sexta post festum beati Andree apostoli.

Urschr. StA Münster, Dep. v. Landsberg-Velen, Archiv Raesfeld, mit zwei Siegeln an Pgt.streifen anhängend: 1) Graf Otto von Ravensberg (WS I 12,3) mit RS (WS II 16,7), 2) Menso von Heiden (wie WS IV 145,15). – Druck: Kindlinger, Beiträge 3, Urk. S. 317ff. – Regest: WUB 8 Nr. 1200 bzw. 10 Nr. 561, Bielef. UB Nr. 121, INA 1,2 S. 106 Nr. 3. – Vgl. Angermann S. 210 Nr. 171.

1638

1317 Dezember 4

Der Knappe Ysher versetzt dem Kloster Wormeln ein weiteres Viertel des Zehnten in Wormeln.

Notum sit omnibus presentes literas audituris, quod ego Ysherus famulus de bona voluntate et consensu Adele, uxoris mee legitime, et omnium heredum meorum quartam partem decime in Wormelen cum suis iuribus ac usufructibus universis, cuius inquam decime aliam quartam[a)] partem vendidi honorabili viro domino Johanni, preposito sanctimonialium in Wormlon, monasterio et conventui ibidem anno preterito,[1)] nunc vendidi eisdem pro triginta marcis et tribus puri argenti Johanne dicto Berkule milite, et Hermanno dicto de Kalenberge, famulo, dominis pheodi dicte partis decime,

approbantibus, quiete et pacifice possidendam, per me meosve heredes infra quatuor annos immediate continuos non aliis temporibus nisi infra beati Mychahelis *(= 29. Sept.)* et beati Andree *(= 30. Nov.)* festa pro eadem summa argenti reemendam, qua reempcione quatuor annis elapsis neglecta dictum monasterium prefatam quartam partem decime in perpetuum possidebit. Et ego Ysherus, .. uxor mea, et heredes predicti prefatam quartam partem decime coram dominis pheodi predictis, cum per dominum .. prepositum, qui pro tempore fuerit, fuerimus requisiti, tenebimur et fide data promittimus resignare. *Er gelobt* .. sepedicto preposito, Hermanno de Videlenberge, Rabodoni et Thiderico apud cymitirium nomine monasterii *Währschaft und setzt als Bürgen* strenuos viros Ravenonem dictum de Kugelenberge, Ravenonem de Papenhem, Wernherum dictum de Rotwordessen, Johannem dictum Busse, Arnoldum dictum Guchere, famulos, et Olricum dictum de Tuistemulen, qui in manus .. predictorum fidedata promiserunt, defectum super inpeticione hereditaria tantum se supplere una[b)] et pro resignacione suo tempore facienda vel, dum moniti fuerint, oppidum Wartberg ad demonstratum hospitem intrare nec exire, quin defectus iure restaurandus penitus restauretur. Preterea adiectum est, quod si quartam partem decime predictam ante reempcionem ipsius decrevero vendere simpliciter pro pecunia, quam valebit ac solvere poterit, tenebor domino preposito, qui pro tempore fuerit, et conventui supradicto exhibere et vendere, pro quo etiam fideiussores mei predicti una mecum sub fide et pena premissis se omnino interponunt. In cuius facti testimonium sigilla scilicet meum et fratrum de Papenhem, militum, presentibus sunt appensa, quibus alii fideiussores mei sunt contenti. Nos vero prefati milites in evidenciam omnium premissorum nostrum sigillum apposuimus huic scripto omnium, quorum interat, ex rogatu. Datum et actum anno Domini m°c°c°c°,xvij, ipso die Barbare virginis.

Urschr. StA Münster, Kl. Wormeln, Urk. Nr. 42, mit drei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Ysher (WS IV 258,17), 2) Gebrüder Rabe von Papenheim (WS IV 234,1, 3) Gebr. von Papenheim (Abb. II 100). Unvollständige Abschr. (16. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 4519 S. 52. – Regest: INA 4,1 S. 127 Nr. 20.

[a)] Urschr.: quartem [b)] Dahinter fehlt mecum (vgl. weiter unten)
[1)] vgl. o. Nr. 1486 vom 31. Oktober 1316

1639

um 1317 Dezember 4

(Der Ritter) Johann Berkule stimmt dem Verkauf des (von ihm zu Lehen gehenden) Viertels des Zehnten zu Wormeln durch den Knappen Ysherus an das Kloster Wormeln zu.

Noch ii breve van Johan Berkule unde Herman van Kalenberge unde[a)] gad aldus an: Nos[b)] dictus Johannes Berkule ... supra quarta parte decime in Wormelen. pro xxxiij[bus] marcis ...

Undatiertes Regest (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4519 Bl. 90[v]f.

1640

um 1317 Dezember 4

(Der Knappe) Hermann von Kalenberg stimmt gleichfalls dem Verkauf eines Viertels des Zehnten zu Wormeln durch den Knappen Ysherus an das Kloster Wormeln zu.

Noch en willbreff van Herman van Kalenberge up dussen vorgenanten (breff), Incipit: Nos Hermannus de Kalenberg, miles, notum facimus ...

Undatiertes Regest (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4519 Bl. 90[v]f.

1641

1317 Dezember 12

Edelherr Balduin von Steinfurt (Steynvordia) *verkauft mit Zustimmung seines Enkels Ludolfs, des Sohnes seines verstorbenen Sohnes gleichen Namens,* proprietatem seu homagium *zweier Höfe zu* Sluchtere *im Kirchspiel Wellingholzhausen* (Welincholthusen), *die er einst vom Grafen Otto von Ravensberg eingetauscht hatte,*[1] *an das Kapitel von St. Johann zu Osnabrück. Zeugen:* Gerhardus de Wyllen, Hinricus de Boclo, Erpo de Rene.

Datum anno Domini

Urschr. StA Osnabrück, Rep. 5 (St. Johann zu Osnabrück), Urk. Nr. 133, mit dem an Pgt.streifen anhängenden Siegel des Ludolf von Steinfurt; das des Balduin ist verloren. – Abschr. (14. Jh.) ebd., Msc. Nr. 201 S. 99.

[1] Vgl. o. Nr. 1413 vom 12. März 1316.

1642

1317 Dezember 19

Der Ritter Raveno von Kalenberg verkauft dem Konrad von Pappenheim zwei Höfe der villicatio *Pappenheim.*

Noverint universi, quod nos Raveno de Calenbergh, miles, vendidimus cum consensu pleno heredum nostrorum omnium domino Conrado de Papenheim, militi, ac suis veris heredibus pro quadraginta marcis puri argenti, nobis traditis et solutis duos mansos villicationis in Papenheim cum suis usufructibus omnibus iuste et libere, hereditarie possidendos ac singulis annis eligendos de quatuordecim dicte villicationis mansis nos in Papenheim contingentibus et per nos reemendos qualibet die ac hora pro eadem summa pecunie antedicti. Item si ecclesiam Corbeiensem pensionem dicte villicationis redimere contigerit, nos et nostri heredes pensionem dictorum mansorum suorum solvemus et antedictus miles et sui heredes sepedictos duos mansos cum suis usufructibus pensione liberos possidebunt. Insuper sepedictus [dominus Conradus de Papenheim] et sui heredes dictos duos mansos, si decreverint[a] vendere, poterunt licite pro summa pecunie prenotata omnibus conditionibus suprascriptis ipsis emptoribus per omnia servatis et salvis. In cuius venditionis testimonium nostrum sigillum una cum sigillo Ravenonis ac Herboldi, fratrum de Papenheim, militum, nostrorum consanguineorum, presentibus est appensum. Datum in vigilia[b] Thome apostoli, anno Domini m ccc decimo septimo.

Abschr. (um 1700) StA Münster, Dep. Herrsch. Desenberg, Abt. Canstein, Kasten 15, Fach 8. Alte Sign. b 38, Copiarium Bl. 15 (vorl. nr. 1445).

[a] Abschr.: decreverunt [b] Abschr.: vigesima

1643

1317 Dezember 20 Rodenberg

Der Knappe Artus von Negenborne *verkauft dem Kloster St. Marien in Lemgo seine Güter in* Hodendorpe.

... Arthus dictus de Negenborne, famulus, castellanus in Rodenberghe, ... constitutus in castro Rodenberghe coram honorabili viro, domino Jordano, abbate Luccense, et Conrado de Winningehusen,

milite, ceterisque meis concastellanis ibidem *verkauft* cum consensu Jordani fratris mei, plebani ecclesie in Nendorp, sacerdotis, Gertrudis, sororis nostre, Bertradis, uxoris legitime, Richardi, filii mei, et Cunegundis, mee filie, necnon et heredum meorum omnium voluntate bona nostra sita in Hodendorpe prope Blomenberghe cum omni iure proprio seu feudali et cum omnibus suis attinentiis, quod dicitur ‚mit aller slachte nuth' ... religiosis personis .. priorisse et conventui inclusarum apud sanctam Mariam novi oppidi Lemegoviensis et in manibus domini Alberti, plebani ibidem, procuatoris earum, libere resignavi pro decem marcis Bremensibus mihi plene solutis sine aliquo mei et heredum meorum impedimento seu inpugnacione perpetuo liberaliter possidenda. *Er gelobt Währschaft.* Nos igitur Arthus, Jordanus presbyter, Gertrudis, Berta, Richardus et Cunegundis supradicti eisdem bonis cum [a] proprietate iure seu feudali renunciamus adeo simpliciter et expresse, voce et manu, omnibus exceptionibus iuris canonici vel civilis exclusis, ita quod nos et nostri heredes coniunctim et divisim, nunc aut inposterum de iure seu de facto nichil omnino iuris seu proprietatis in ipsis debeamus seu poterimus aliqualibet vendicare. *Mit Arthus und seinem Bruder Jordan siegeln* Conradus de Winniggehusen et Richardus dictus Post, milites.

Datum Rodenberghe anno Domini m°ccc°xvij°, feria tercia ante vigiliam Nativitatis eiusdem.

Urschr. StA Detmold, St. Marien – Lemgo (L 4 A) Nr. 49, mit noch drei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Arthus von Negenborne (Abb. II 92), 2) Konrad von Winninghausen (Abb. II 176), 4) Richard Post (Abb. II 104). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 633.

[a] Umschr.: et

1644

1317 Dezember 20 Rodenberg

Derselbe bürgt mit seinem Bruder Jordan und dem Knappen Albert von Ebbingehusen *für seinen noch minderjährigen Sohn Richard, daß er dem Verkauf der Güter in* Hodingtorpe *an das Kloster St. Marien in Lemgo zustimmen wird.*

Ego Arthus dictus de Negenborne, famulus, principaliter, et nos Jordanus, frater eius, plebanus ecclesie in Nendorp, et Albertus de Ebbingehusen, famulus, post eum insolidum fide data promittimus religiosis personis .. priorisse et conventui inclusarum apud sanctam Mariam novi oppidi Lemegoviensis, quod Richardus, filius mei Arthus predicti, adhuc in etate pupillari constitutus, super eum consensum et resignacionem et renuntiacionem, quam nobiscum et aliis suis coheredibus fecit de bonis nostris sitis in Hodingdorpe prope Blomenberghe, proprietate et attinenciis eorum ipsis, ut in litera super hoc confecta patet, venditis, postquam ad etatem legitimam pervenerit, resignacionem, consensum et renuntiacionem eorundem iterato faciet et consentire debeat, quando et ubi fuerit requisitus. Promittimus itaque ipsis insolidum sub fide predicta, omnem defectum et impedimentum, quod dictis .. priorisse et conventui per ipsum, quod absit, ex predictorum negligencia evenerit, plenarie resarcire. *Sie siegeln.*

Datum in castro Rodenberghe, presentibus honorabilibus viris domino .. abbate Luccense, Conrado de Winnigehusen et Richardo dicto Posth, militibus, et aliis castrensibus ibidem pluribusque ceteris fidedignis, anno Domini m°ccc°xvii°, feria tercia ante festum Nativitatis eiusdem.

Urschr. StA Detmold, St. Marien-Lemgo (L 4 A) Nr. 50, mit noch dem ersten der drei an Pgt.streifen angehängten Siegeln (Abb. II 92). Rückschr. (15. Jh.): In Hodinctorpe. – *Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 634.*

1645

1317 Dezember 21

Der Edelherr Balduin von Steinfurt (Steynvordia) *verkauft mit Zustimmung seines Enkels Ludolfs, des Sohnes seines verstorbenen Sohnes (gleichen Namens) das Eigentum* (proprietatem seu homagium) *zweier Erben zu* Sluchtere *im Kirchspiel Wellingholzhausen* (Welencholthusen), *die er einst vom Grafen Otto von Ravensberg eingetauscht hatte,*[1] *an das Kapitel von St. Johann in Osnabrück. Zeugen* Gerhardus de Wyllen, Hinricus de Boclo, Erpo de Rene.

Datum anno Domini millesimo ccc°xvij°, in festo beati Thome apostoli.

Urschr. StA Osnabrück, St. Johann-Osnabrück, Urk. Nr. 133, mit dem an Pgt.streifen anhängenden, gut erhaltenen Siegel des Ludolf von Steinfurt (WS I 22,6). Das des Balduin von Steinfurt ist abgefallen. Abschr. (14. Jh.) ebd., Msc. Nr. 201 S. 99. – Regest: WUB 10 Nr.563.

[1] Vgl. o. Nr. 1413 vom 12. März 1316

1646

(1317–1342)

Albertus dictus Landeshere *kauft dem Kloster Marienmünster eine Rente von 21 Schill.*

Nos Hermannus Dei gratis abbas, Everhardus prior, totumque capitulum ecclesie Monasteriensis prope Swalenberg recognoscimus publice et ad cunctorum tam presentium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod Albertus dictus Landeshere, Mechildis, uxor eius legitima, et Johannes, eorum filius, cives in Brakle, nobis specialiter dilecti, presentis vite brevitatem et future vite eternitatem considerantes cupiunt hic seminare in terris, quod in posterum metere valeant in celis. Emerunt a nobis et nostra ecclesia et emunt in hiis scriptis pensionem viginti et unius solidorum[a] denariorum Wartbergensium pro viginti et una marcis denariorum eorundem nobis plenarie …

Unvollständige Abschr. (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4524 Bl. 22 unter der Überschrift: De Seybeke decima. *Der Schluß fehlt. Abt Hermann von Marienmünster ist seit 1317 nachweisbar (vgl. o. Nr. 1611).*

[a] Abschr.: unum solidos!

1647

1318

Der Pfarrer Gerlach in Elze (Eltze) *bestätigt zusammen mit seinem Bruder Dietrich, daß ihr verstorbener Vater* Rodolfus Kroyth *die Gertrud, Frau des Bertram* de Lasbeke, *mit ihren Kindern Johann, Heinrich, Werner und Gertrud aus ihrem Eigentumsrecht entlassen haben, damit sie Wachszinsige des Klosters Möllenbeck werden können.*

In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine dedimus roboratam, anno Domini M CCC XVIII.

Hier nach dem Druck bei Engel, UB Möllenbeck[1]*, S. 146f. Nr. 125.*

1648

1318

Copien eyns breffs, dar inne eyn greve van Ravensberge versegelt hefft eynem Eggerde van Hornen desse nabeschreven guder: Hinrichs hus thor Wallenhorst im kerspele tho Werter, Johans huys thom Worde im dorpe to Osterwede, eynen koten, geheten Dethardus huys in vetten (?) Husenslo im kerspel van Bochorst vor 1 marck Osenbr.

Datum m ccc xviij jar.

Regest (16. Jh.) StAM, Msc. VII Nr. 3104a Bl. 2^{v}. – Vgl. Angermann S. 210 Nr. 172.

1649

1318

Der Edelherr Simon de Lyppia *besiegelt die Urkunde des Grafen Johann von Bentheim über die Beziehungen des Klosters Marienrode zur Kirche in Schüttorf.*

Datum et actum anno millesimo trecentesimo decimo octavo.

Auszug (16. Jh.) StA Münster, Fst. Münster, Landesarchiv 9 Nr. 12 Bl. 4. – Druck: WUB 8 Nr. 1206.

1650

(1318)

Abt Ropert von Corvey kauft von Themo de Grove *Gericht und Grafschaft in Höxter für 200 Mark.*

Datum ... 1318.

Regest (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 245 S. 508; dsgl. ebd., Msc. I Nr. 247 S. 31. Das Datum kann nicht richtig sein, da Abt Ropert das Gericht erst am 7. Mai 1328 von Themo dem Greven ablöst (ebd., Abtei Corvey, Urk. Nr. 158).

1651

(1318)

Pactum minus des Lippischen Hauses über Unteilbarkeit des Besitzes.

Regest (18. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 170 B S. 8; dsgl. ebd., Abtei Corvey, Lehen Nr. 58 (Lehen Grafsch. Schwalenberg Fasc. II Nr. 2 S. 11ff. mit dem Zusatz: Dieses pactum ist von denen Städten Blomberg, Horn und Lemgo unterschrieben und deren Siegelen neben dem Lippischen Siegel behangen. Bei der Belehnung 1663 in camera feudali präsentiert).

Das Datum ist falsch. Gemeint ist das pactum unionis *vom 27. Dez. 1368 (vgl. Lipp. Reg. 2 Nr. 1189), das in der Tat von den drei Städten Horn, Blomberg und Lemgo untersiegelt war. In diesem Landesprivileg Simons III. zur Lippe heißt es:* „dat unse vorgemelte ghemeine land und herscop, beide uppe deze zydt des woldes unde uppe ghene zidt alingh altosamende hebben und ungedeilet eweliken to blivende und wesen sall“ *(Druck: Nikolaus Kindlinger, Münsterische Beiträge zur Geschichte Deutschlands hauptsächlich Westfalens. Münster 1793 3,2 S. 471–474 Nr. 169). Im Datum unseres Regestes ist das l (= 50) ausgefallen:* mcccxviij *statt* mccclxviij*!*

1652

1318 Januar 2

Vor Schöffen und Rat der Altstadt Herford bekennt der Herforder Bürger Johannes dictus de Brak *mit seiner Frau und seinen Söhnen, dem Stift Schildesche eine jeweils zu Michaelis (= 29. Sept.) fällige Rente* sex solidorum in domo et area sua sita in Rodewic *schuldig zu sein, zu der ihm das Stift das Rückkaufsrecht einräumt.* Nos consules supradicti Hermannus de Hagen, proconsul, Albertus de Rintelen, Hermannus Huffeke, Reynerus de Bechterdissen, Johannes de Libbere, Johannes Wedewinc, Fredericus de Rodewic, Conradus dictus Mule, Hermannus Lapicida, Fredericus dictus Kelemunt, Johannes Gersteldoc, Arnoldus Pileator sigillum nostre communitatis apposuimus huic scripto.

Datum feria tercia proxima post Circumcisionem Domini, anno eiusdem millesimo CCC^{mo}decimo octavo.

Urschr. StA Münster, Stift Schildesche, Urk. Nr. 45, mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel der Altstadt Herford (WS II 69,4) mit RS (WS III 91,2). – Reg. (um 1600) ebd., Msc. VII Nr. 3315 S. 3.

1653

1318 Januar 5

Der Ritter Hermann von Plettenberg resigniert dem Grafen von Waldeck die Höfe Echof *und* Arnesdal.

... ego Hermannus de Plettenbragt, miles, ex permissione .. coniugis mee dilecte et omnium heredum meorum resignavi nobili viro, domino meo, domino .. comiti de Waltegge, curtes meas dictas Echof et Arnesdal, suscipiens easdem ab eodem domino meo predicto tytulo homagii, ut sua nobilitas me meamque succedentem progeniem numero vasallorum ipsius perpetualiter dignetur aggregare. *Er siegelt.*

... anno Domini M°CCC°XVIII°, in vigilia Ephiphanie eiusdem.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 6739 (Lehen: v. Plettenberg); abhängendes Siegel verloren. – Abschr. (16. Jh.) ebd., Ält. Waldecker Kanzleien, Abt. 25 (Lehen) Gen. Nr. 8 Bl. 139^{v}.

1654

1318 Januar 5

Die von Driburg verkaufen dem Domkapitel zu Paderborn eine Kornrente aus dem Stadtfeld ebenda.

... nos Raveno de Driborg, miles, Gertrudis, uxor nostra, Henricus et Ludolfus fratres, nati quondam Johannis de Driborg, famuli, Gertrudis, mater nostra, accedente pleno consensu omnium nostrorum heredum vendidimus iusto vendicionis titulo honorabilibus viris domino .. preposito, .. decano et .. capitulo ecclesie Paderbornensis redditus quindecim moldrorum triplicis annone siliginis, ordei et avene, in bonis seu agris, quos colit .. relicta quondam Conradi dicti Weldeghe, civis Paderbornensis, in campis ante civitatem Paderbornensem sitis. Quos agros tenemus ab honorabili viro domino .. preposito ecclesie Paderbornensis in feudo cum omnibus iuribus et pertinentiis eorum singulis annis tollendos pacifice et possidendos, pro triginta et sex marcis denariorum Paderborne legalium nobis ab ipsis in parata pecunia numeratis, traditis et assignatis, *vorbehaltlich des Rückkaufsrechtes binnen sechs*

Jahren vom kommenden Lichtmeß (= 2. Febr. 1318) an jeweils zwischen Lichtmeß und Petri ad cathedram *(= 22. Febr.)* ... ita tamen, quod tempore reemptionis denarii sub eo sint valore, quod XVI solidi solvant et constituant marcam puri argenti, primo anno instante excluso, in quo facultatem reemendi predictos redditus non habemus. Que vero reemptio per nos et nostros heredes infra tempus pretaxatum eo modo, qui expressus est, facta si non fuerit, extunc .. prepositus, .. decanus et capitulum predicti memoratos redditus perpetuo et pacifice, dummodo nobis novem marcas eorundem denariorum superaddant, optinebunt, renuntiantes[a] coram predicto domino .. preposito tamquam coram domino feudi omni iuri, quod nobis et nostris .. heredibus in eisdem redditibus annone competebat. *Raveno siegelt. Der Dompropst schenkt dem Domkapitel das Eigentum des Zehnten und siegelt gleichfalls.* Testes huius rei sunt dominus Godescalcus de Patberg, presbiter, Hermannus de Herse, miles, Ludolfus suus filius, Conradus Covot, Ludolfus de Katerbeke, clerici, et alii quam plures fidedigni.

Actum et datum in vigilia Epyphanie Domini, anno Incarnationis eiusdem millesimo CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Pderborn, Urk. Nr. 456, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Corvi militis de Driburgh *(WS IV 221,12), 2) Dompropst Bernhard zur Lippe (WS III 132,8). – Reg. (Grothaus SJ) ebd., Paderborner Landstände, Akten Nr. 21 Bl. 20 lose beiliegend.*

[a] Urschr.: renuntiaciantes

1655

1318 Januar 8 Schötmar

Edelherr Simon zur Lippe tauscht mit dem Marienstift in Bielefeld die Vogtei über den Wendischhof in Dornberg gegen einen Hof in Grastrup.

Nos Symon vir nobilis, dominus de Lippia, verus et legitimus tutor, qui vulgariter ‚voremunde' nuncupatur, cometie in Sterrenberge electus et deputatus ... *überträgt* de pleno consensu et expressa ratihabitatione ac libera voluntate nobilis domine, domine Jutte, relicte quondam nobilis viri Henrici, comitis in Sterrenberge, avunculi nostri felicis recordationis, de omnium heredum suorum legitimorum ac verorum, videlicet Hoyeri et Henrici, filiorum, et filiarum Agnetis scilicet et Lysen, advocaciam curtis in Wendeleschenhove, site in parrochia Durenberge, ac mansorum ad dictum curtem pertinencium, a retroactis temporibus ad comeciam in Sterrenberge pertinentem, cum omni iure et proprietate, quod eisdem in eadem advocatia competebat,[1] ... honestis viris dominis decano totique capitulo ecclesie sancte Marie in Bilevelde Paderbornensis diocesis in concambium et permutationem cuiusdam domus in Gravestorpe, site in parrochia Scotemere, et casarum ad ipsam domum pertinencium cum omni iure et proprietate, quod dictis decano et capitulo ecclesie supradicte in bonis pretaxatis competere videbatur ... Et ne in posterum capitulum et ecclesiam sepefatam super tali concambio seu permutatione aliquod dampnum[a], errorem vel calumpniam oporteat sustinere, ad maiorem certitudinem et firmitatem firmari fecimus iudicium, quod in vulgo ‚vriedinch' appellatur, in territorio nostri dominii in villa Scotemere sub tylia iuxta cimiterium anno dominice incarnationis M°CCC°XVIII°, proxima dominica die post Epyphaniam Domini *(= 8. Januar 1318)* hora quasi nona, sedente pro tribunali Theoderico dicto Lurewolt, iudice seu comite officio iudicis, qui ‚vriegreve' dicitur, fungente, coram quo Johanni de Slon, Bernhardo de Lodere, canonicis ecclesie supradicte, dictam advocaciam curtis et bonorum predictorum ad manus decani, capituli et ecclesie sue pretaxate assignavimus et resignavimus per Henricum dictum Spedel, famulum, in dicta comecia in Sterrenbergge tunc temporis officialem. Ac renunciavimus omni iuri ac proprietati, quod dicte domine Jutte ac veris suis heredibus supradictis, nostris consanguineis competebat in eadem, recipientes nichilominus a sepefatis Johanne de Slon ac Bernhardo de Lodere,

ecclesie supradicte canonicis, ex parte decani tociusque capituli Bileveldensis in concambium et permutationem coram iudice seu comite prenotato domum in Gravestorpe cum casis ad ipsam pertinentibus supradictam, interpositis sententiis et requisitis, diffinitis et determinatis cum sollempnitatibus et consuetudinibus coram tali iudicio et iudice ad huiusmodi[b] negocium necessariis, debitis et consuetis. *Simon und Jutta siegeln für sich und ihre Kinder, die kein eigenes Siegel haben.* Et nos Theodericus iudex seu ‚vriegreve' predictus recognoscimus et protestamur omnia et singula coram nobis acta, prout superius sunt expressa, videntibus, audientibus et astantibus discretis viris et honestis infrascriptis: Echardo de Demh(em), Henrico de Iggenhusen, Alexandro Top, militibus, Johanne Top, Joanne de Aschen, Henrico de Kallendorpe, Francone et Hermanno de Demh(em), Johanne Bars, Jordano de Kallendorpe, Hermanno de Molendino, Francone de Bissendorpe, Wernero Sagittario, Bernhardo de Hovedessen et aliis quam plurimis fide dignis.

Datum et actum anno Domini M°CCC°XVIII°, die, loco et hora supradictis.

Urschr. StA Münster, Stift St. Marien-Bielefeld, Urk. Nr. 22, mit zwei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Simon zur Lippe (Abb. II 86), 2) Jutta von Sternberg (Abb. II 137a). Rückschr. (16. Jh.): Supra advocatia curie in Wendesschenhove. – *Druck: Bielefelder UB Nr. 122. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 635.*

[a] Urschr.: dapnum [b] Bielef. UB S. 69 Druckfehler: huismodi
[1] Vgl. o. Nr. 1411 vom 8. März 1316

1656

1318 Januar 10

Der Paderborner Domherr Konrad Raven schenkt dem Abdinghofkloster ein Haus an der Pader.

... Conradus Ravenonis, canonicus ecclesie Paderbornensis ... *schenkt* domum nostram, sitam iuxta Paderam iam dudum religiosis viris .. abbati et .. conventui monasterii sancti Pauli in Paderborne singulis annis in Cathedra beati Petri *(= 22. Febr.)* apostoli duos solidos Paderbornenses solventem, quam quondam Moys inhabitabat, ... cum omnibus ipsius domus edificiis ... post mortem nostram perpetue possidendam, ut memoria nostri et parentum nostrorum apud ipsos in perpetuum peragatur. *Er siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, in die Pauli primi heremite.

Urschr. StA Münster, Kl. Abdinghof, Urk. Nr. 98, mit dem anhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 108). – Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 4214 Bl. 13 bzw. VII Nr. 4206 Bl. 8.

1657

1318 Januar 22

Das Kloster Wormeln kauft von Konrad de Eyssen *die Hälfte seines Hofes in Wormeln.*

Nos Johannes prepositus, Bertradis, abbatissa, totusque conventus sanctimonialium in Wormelon universis presencia visuris vel audituris publice manifestamus, quod a Conrado de Eyssen emimus dimidiam partem curie sue site in Wormelon cum omnibus pertinenciis et usufructibus perpetue possidendam, quam scilicet curiam a patre suo iuxta ius hereditarium emit simpliciter et comparavit, resignans nichilominus strenuo militi Herboldo de Papenheym recepcionem pheodi curie prenotate, a nobis autem Johanne preposito, .. abbatissa et .. conventu predictis acceptavit, quemadmodum a dicto ..

milite dictam curiam in pheodum tenuit et habebat. Qui miles sepedictus ius pheodi pretacti nobis .. contulit et commisit. Nos vero .. prepositus, abbatissa ac .. conventus antedicti dicto Conrado, uxori sue legitime Conegundi atque certis eorundem heredibus committimus et commisimus loco vasalli, quod ‚manstat' dicitur, in pheodum dictam partem curie prelibate cum omnibus suis appendiciis in campis, silvis, pratis, pascuis et in orto[a] humuli, qui videlicet ortus a nobis non est emptus. Hac tamen condicione adiuncta, quod Conradus de Eyssen supradictam curiam cum suis heredibus tenebit nobiscum sub uno colono vel possidebit indivisim. Huic facto astiterunt Rabodo, Johannes dictus probus et Bertoldus Rigwini cum suo fratre. In huius facti robur er evidenciam firmiorem sigilla nostri .. prepositi et .. conventus premissi huic scripto sunt annexa, prout a dicto Conrado fideliter rogabamur. Acta sunt hec anno Domini m°c°c°c°xviii°, ipso die Vincencii martiris.

Urschr. StadtA Warburg, Urk. Nr. 17, mit zwei Siegeln an Pgt.streifen anhängend: 1) Propst Johann (Abb. II 66), 2) Konvent Wormeln (Abb. I 24). – Abschr. (16. Jh.) ebd., Msc. VII 4519 S. 93. – Regest: INA 4,1 S. 44 Nr. 46.

[a] Urschr.: ortis

1658

1318 Januar 26

Günther von Bovenden verspricht, daß seine Frau mit ihm vor dem Abt von Corvey den Hof in Odberge *auflassen wird.*

Ego Guntherus de Bovente, famulus, recognosco in hiis scriptis dilucide profitendo, quod honestis viris Arnoldo de Havorsforde, militi, Henrico de Godelim, famulo, Godfrido eius fratri, clerico, ac eorum veris heredibus promisi fide data et promitto, Gertrudim, meam conthoralem legitimam, ceterosque meos veros et iustos heredes ad presenciam venerabilis domini Ropperti, ecclesie Corbeyensis abbatis, infra hinc et festum beati Jacobi apostoli *(= 25. Juli)* una mecum curiam nostram in villa Odberge sitam cum bona voluntate resignandi proximum nunc futurum.[a] Adiectum est tamen, quod si in huiusmodi promisso per me aliqua negligencia, quod absit, suboriretur, cum monitus fuero, unum duorum oppidorum, videlicet Huxariam vel Helwordeshusen intrabo, non inde iturus, quin talis defectus negligencie totaliter in amicicia predictorum reformatus fuerit vel in iure. *Mit dem Aussteller siegeln* Reynboldus, electus in Helwordeshusen, et Johannes de Marxen, miles.

Datum anno Domini M°CCC°decimo octavo, in crastino Conversionis sancti Pauli.

Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 134 S. 182. Danach Abschr. (Falke) StA Wolfenbüttel, Hs. VI 6 Nr. 12, Coll. II S. 710.

[a] Der Satz ist offensichtlich unvollständig und in Unordnung geraten. Das proximum nunc futurum gehört doch wohl zum genannten Termin (festum beati Jacobi apostoli proximum nunc futurum). Statt resignandi müßte es doch wohl heißen resignaturos?

1659

1318 Januar 30

Wilhelm van Vernde et Cord van Graffen compermutant homines anno Domini m ccc xviij, feria secunda ante Purificationem.

Regest (15. Jh.) ErzbA Paderborn, Erpernburger Kopiar v. Böddeken 1 Bl. 404 (alt 314) Nr. 199, und ebd. Böddeker Kopiar 2 Bl. 109 (S. 202). – Regest: INA 3,1 S. 131.

1660

1318 Februar 3

Herbold von Pappenheim verkauft dem Kloster Wormeln das Lehnrecht an dem Hof des Konrad von Eyssen *in Wormeln.*

... nos Herboldus miles de Papenheym cum plena voluntate omnium heredum nostrorum vendidimus honorabili viro Johanni, preposito, Bertradi, abbatisse, totique conventui sanctimonialium in Wormelon et earum posteris pro quatuor marcis puri argenti et tribus marcis cum dimidia denariorum Wartberg tunc legalium ius pheodi curie Conradi de Eyssen site ibidem in Wormelon, ortum humuli, dimidiam casam, quam a Hermanno, filio Volperti de Eyssen, comparavimus, ad dictam curiam pertinentes com omnibus suis appendiciis seu iuribus, quemadmodum idem Conradus a nobis dictam curiam tenuit simpliciter et in toto. Quod videlicet ius pheodi a nobili viro Ottone, comite de Eversten, famulo, habebamus, illo tamen non obstante, quod dictus comes litteram super duas curias confectam dedit nobis et ordinavit suo sigillo proprio sigillatam,[1] quarum curiarum una pertinet Yshero et altera Conrado de Eyssen iam premisso. ... Preterea promittimus preposito, abbatisse totique conventui predictis dictum ius pheodi loco et tempore, cum ab eisdem requisiti fuerimus, ad manus sepedicti comitis personaliter et litteratorie resignare. *Mit Herbold siegeln* Hermannus de Brune, proconsul, Rabodo, Conradus Cruse, Conradus Wernheri, Olricus Twystemolen, Thimmo Longus, Gerhardus de Holte, Hermannus Wolff, Olricus Drenckere, Conradus Rufe, Johannes de Brakele, Hermannus Monikemeyger, consules *der Altstadt Wartberg.* Huic tamen facto prescripto astiterunt providi viri Ludolphus, plebanus in Papenheym, Hermannus, frater prepositi sepedicti, presbiteri, Detmarus de Mencgerinchosen, sacerdos, Johannes dictus probus, Bertoldus Rygwyni cum fratre suo et quam plures fide digni.

Acta sunt hec in crastino Purificationis beate Mrie virginis, anno Domini M°C°C°C°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Kl. Wormeln, Urk. Nr. 43, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Gebr. von Pappenheim (Abb. II 100), 2) Altstadt Warburg (WS II 76,5). Rückschr. (16. Jh.) u. a.: dat lehenrecht Conradus van Eysen over synen hoff vor Wormeln. *Auf den Siegelstreifen der Rest des Konzeptes zu Nr. 1661.*

[1] Diese Urkunde ist nicht erhalten

1661

1318 Februar 3

Der Ritter Herbold von Pappenheim bittet den Grafen Otto von Everstein um seine Zustimmung zur Übertragung des Lehnsrechtes über den Hof des Konrad von Eyssen in Wormeln an das dortige Kloster.

Viro nobili et honesto Ottone (!) comite (!) de Eversten, famulo, Herboldus de Papenheym, miles, obsequiosam ad quevis sibi beneplacita voluntate. Sciat vestra nobilitas, quod nos ius pheodi curie Volperti de Eyssen, site in Wormelon, quod a vobis in pheodo habuimus, preposito et conventui monasterii in Wormelon donavimus et commisimus cum omnibus suis iuribus simpliciter et in toto, et vobis dictum ius resignamus literas per presentes rogantes nichilominus, quatinus dictam donationem ratam habere velitis et ob respectum nostri servitii preposito et conventui predictis proprietatem iam dicte curie conferatis.

Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, in crastino Purificationis beate Marie virginis.

Abschr. (14. Jh.) Papier (zusammen mit der Urkunde vom selben Tage) (o. Nr. 1660) StA Münster, Kl. Wormeln, Urk. Nr. 43. – Regest: INA 4,1 S. 128 Nr. 21a. Das Konzept zu diesem Schreiben (bis: Sciat[...] *steht auf dem Siegelstreifen der Urkunde vom 3. Februar 1318 (o. Nr. 1660)!*

1662

1318 Februar 7

Der Scholaster von St. Martini, Münster, als vom Papst bestellter Richter und Konservator zum Schutz des Stiftes St. Mauritz vor Münster, befiehlt dem Rektor des Primaltars in St. Johann zu Osnabrück und dem Pfarrer in Brake (Brach) *bei Lemgo* (Lemegho) *den* Hermannus Bumelant, *sowie* Johannes dictus Vogelvoet *und seine Schwester vor sein Gericht zu zitieren, um sich dem Thesaurar von St. Mauritz gegenüber zu verantworten.*

Datum anno Domini m ccc xviii, feria tertia post Agathe virginis.

Abschr. (um 1500) StA Münster, Msc. I Nr. 69 Bl. 234. – Regest: WUB 8 Nr. 1220.

1663

1318 Februar 8

Edelherr Simon zur Lippe schließt mit dem Grafen Wilhelm von Arnsberg ein Bündnis.

Nos Symon nobilis de Lippia universis presentes litteras visuris seu audituris volumus esse notum, quod nos cum nobili viro, domino Wilhelmo, comite de Arnsberg, socero nostro dilecto, de maturo amicorum nostrorum consilio compromissionem seu confederacionem fecimus secundum quod cum domino Ludowico comite, patre suo pie memorie, feceramus firmiter tenendam omnibus temporibus vite, videlicet in hunc modum, quod sibi consiliis et auxiliis ad omnes actus sibi proficuos et honestos pro totis viribus nostris fraude et omni dolo malo exclusis assistemus et adherebimus bona fide contra quoslibet de mundo, sibi bella seu discordias moventes vel alias in eum atrociter insurgentes. Item si nos secum, quod absit, seu aliquos de nostris amicis cum aliquibus de suis amicis contigerit discordare, extunc quilibet nostrum duos de suis amicis eliget et unum superiorem hiis quatuor ambo concorditer eligemus, relinquentes eis plenam potestatem huiusmodi discordiam sine ulla contradicione sopiendi seu reconsiliandi in amicicia vel in iure, in qua quidem reconsiliacione, si aliqua parcium amicorum nostrorum hinc inde noluerit contentari, extunc nos ambo hanc partem relinquimus, parti relique assistentes. Hec premissa sub sacramenti iuramento manibus nostris positis super sacrosancta et sub fidei dacione recognoscimus nos promisisse per nos inviolabiliter observanda harum nostrarum litterarum datarum sub sigillo nostro maiori presentibus appenso anno Domini m°ccc^{mo}decimo octavo, feria quarta post diem beate Agathe.

Urschr. HistA Stadt Köln, Dep. Domstift Köln, Urk. Nr. 920 mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 86). – Abschr. (Hüser, 19. Jh.) Arnsberger Urk. Slg., Bibl. Reg. Arnsberg 3 Bl. 92^{v}. – Reg. StA Münster, Msc. VII Nr. 239,3. – Druck: Wigands Archiv 7 S. 192 Nr. 95. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 636.

1664

1318 Februar 8

Der Ritter Reiner von Vorencampe *verfügt über den Hof in* Bekeseten *und seinen Meier zugunsten des Stiftes Schildesche.*

... ego .. Reynerus de Vorenkampe, miles, profiteor, me penitus nichil habere in curia Bekeseten preterquam medietatem eiusdem cum omni fructu ac proventibus de dicta cedentibus, que vulge ‚slachtenût' appellatur, per tempora mee vite ita, quod me decedente eadem curia ad conventum ecclesie in Schildesche libere ac totaliter devolvetur. Preterea omnibus cupio notum fore, quod mediam partem villici et villice, qui nunc dictam colunt curiam, dicto .. conventui legaveram cum omni fructu, set pueros ab ipsis progenitos nulli penitus lego nec assigno. Cum autem morte preventus fuero, prefati villicus et villica predicto .. conventui una cum curia pretaxata cum omni iure penitus pertinebunt. *Auf Reiners Bitte werden die Siegeln* nobilis domicelli .. comitis de Ravensbergh, Hinrici Gogravii, militis, et Lubberti de Arnholte, quibus de premissis palam liquet, *zusammen mit dem seinigen angehängt.*

Datum feria quarta proxima post Agathe virginis, anno Domini millesimo CCC^mo^decimo octavo.

Urschr. StA Münster, Stift Schildesche, Urk. Nr. 46, mit noch dem ersten von vier Siegeln an Pgt.streifen anhängend: Graf Otto von Ravensberg (WS I 12,3). – Reg. (um 1600) ebd., Msc. VII Nr. 3315 S. 3. – Regest: WUB 10 Nr. 575.

1665

1318 März 6

Die Gebrüder Marschalk verkaufen dem Gokirchenkloster in Paderborn einen Hof in Holthem.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus et protestamur, quod Ludolphus, Bernhardus et Hermannus, fratres dicti Marscalke, cum consensu Olrici, canonici ecclesie Paderbornensis, fratris sui, cum consensu Godswini Marscalk et suorum filiorum Werneri, Ludolphi, Hermannis et Bernhardi et cum consensu Hermanni, filii quondam Hermanni dicti Marscalk, et omnium heredum et coheredum suorum atque omnium illorum, quorum ad hoc consensus fuerat merito requirendus, vendiderunt perpetuo et se vendidisse coram nobis recognoverunt monasterio sancti Odelrici in Paderborne curiam suam, sitam in villa Holthem, cum omnibus eiusdem curie utilitatibus et pertinentiis in villa et extra, in agris, campis, silvis, novalibus, aquis, pascuis atque pratis pro triginta septem marcis et dimidia marca boni et puri argenti secundum pondus civitatis Paderbornensis. Hanc curiam cum omnibus pertinenciis supradicti fratres et eorum heredes et coheredes nobis tamquam feudi domino resignaverunt pure, simpliciter et expresse ad utilitatem monasterii supradicti. Nos vero recepta tali resignatione a vasallis nostris supradictis cum consensu expresso dominorum Bernhardi prepositi, Ludolphi decani, et tocius nostri capituli predictam curiam cum omnibus suis pertinentiis et cum iuris integritate quo ad possessionem perpetuam et quo ad proprietatem et dominium utile et directum appropriamus et in proprietatem perpetuam tradimus predicto monasterio sancti Odelrici pleno iure, ut sic ad illud monasterium et ad nullum alium de cetero pertineat curia supradicta nullique alteri ius aliquod competat in eadem. In huius venditionis, resignationis et nostre donationis, concessionis, traditionis et gratie robur perpetuum sigillum nostrum, .. capituli nostri una cum sigillo Ludolphi Marscalk, quo quidem sigillo predicti fratres pro se in contractibus communiter utuntur, presenti litere est appensum. Nos vero Bernhardus prepositus, Ludolphus decanus et .. capitulum ecclesie Paderbornensis recognoscimus, predicta omnia vera esse, et pro testimonio gestorum sigillum nostrum ad

perpetuam rei memoriam apponi fecimus ad premissa. Datum et actum quarto Nonas Marcii, anno Domini millesimo ccc°decimo octavo.

Zwei Urschrr. Archiv Helmern, I (Fam. Marschalk) Nr. 1 und 2. Nur an A sind die Siegel des Bischofs (WS 50,1), des Domkapitels (WS 102,2) mit RS (WS 102,37 und des Ludolf Marschalk (WS IV 231,5) sehr gut erhalten.

1666

1318 März 15

Rest einer Urkunde: ... nomina] propria, omnes vero, quorum nomina nesciveritis, in genere publice excommunicatos de ambone coram vestris parrochianis singulis diebus dominicis et festivis [denuncietis[1]. Reddite litteram vestris] sigillis sigillatam. Datum Idus Marcii, anno Domini m°ccc°xviii°.

Rest eines geistlichen Mandates auf den beiden Siegelstreifen der Urkunde vom 29. Juli 1322 (StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 60).

[1] *Zur Formulierung vgl. u. Nr. 1742.*

1667

1318 März 17

Der Knappe Gottschalk von Westheim verkauft dem Ritter Johann von Brobeke *seine Hälfte des Zehnten in Helmern.*

Omnibus et singulis presens scriptum visuris seu aud[ituris ego] Gotscalcus famulus, dictus de Westheim, gogravius in [Westheim][a] et eius conf[inibus][b] recognosco publice per presentes, quod p[artem meam] decime in Helmdachhusen[c] bona voluntate et [maturo] consilio Elisabete, mee conthoralis, ceterorumque meorum ver[orum heredum] Johanni de Brobike, militi, et suis veris heredibus iuste et rationabiliter vendidi cum omnibus pertinentiis et iuribus videlicet pratis, pascuis, silvis et aliis quibuscumque et ego Godscalcus prescriptus, Elisabetha, mea uxor legitima, et omnes mei heredes omne ius, quod in parte decime predicte habuimus, libere et communiter damus Johanni de Brobike, militi memorato, et suis heredibus resignando et [dimittend]o perpetuo possidendum.[d] Et[e] quia sigillum proprium non [habeo, in omnium et] singulorum memoriam et robur perpetuum presentem [literam Johanni prelibato e]t suis heredibus dedi sigillo Johannis d[icti Berekulen, militis,] consignatam.[f] Et nos Johannes dictus Bey[rekule, miles, ante nomi]natus, venditionem istam sub sigilli nostri appen[sione protestavi(?)[g] rite facta]m. Datum anno Domini m°ccc°xviii°, sex[to decimo Kalendas Ap]rilis, scilicet sancto die Gertrudis v[irginis.]

Abschr. (A) (1. Hälfte 17. Jh.) Papier Archiv Alt. Ver. Paderborn, nach der Urschr., beglaubigt von dem Notar Christian Arninck, fehlerhaft und durch Mäusefraß beschädigt. Abschr. (B) von 1660, StA Münster, Abtei Corvey, Lehen, Akte Nr. 550; dsgl. (C) ebd. Nr. 671, nach denen der Text von A ergänzt wurde. – Regest: Stolte S. 143.

[a] Ergänzt nach WUB 4 Index! In B fehlt der ganze Satzteil: in Westheim et eius confinibus. B schreibt statt dessen: et eius coniux! [b] A schreibt: confamd[..! [c] B: Helmighusen, C: Helminghausen [d] In B fehlt et dimittendo perpetuo possidendum. C schreibt: et renuntiando possidendo. [e] Fehlt B [f] B: consignandum [g] So ist wohl zu lesen statt des von B gebotenen prestavi. C liest: praestari vice fatemur!

1668

1318 März 24 Paderborn, Dom

Dechant Ludolf des Busdorfstiftes und der Knappe Heinrich Bulemast schlichten einen Streit zwischen dem Kloster Hardehausen und dem Müller Siegfried um die Klostermühle bei Borgholz.

Universis presentes litteras visuris et audituris Ludolphus decanus ecclesie orientalis in Paderburne, et Henricus Bulemast, famulus, salutem cum noticia veritatis. Noveritis, quod in causa dissencionis, que diucius ventilata est inter viros religiosos .. abbatem et .. conventum monasterii de Hersvithusen, Cysterciensis ordinis, ex una et inter quondam Syfridum molendinarium et inter Gertrudim, eius relictam, ipsorumque heredes parte ex altera super molendino claustri eiusdem sito ante opidum Borgholte, de quo iidem Syfridus et eius heredes annuam et certam pensionem solvere tenebantur monasterio supradicto, nos vero Ludolphus et Henricus predicti, arbitri arbitratores seu amicabiles compositores electi a partibus predictis, arbitrio in nos recepto et vallato partibus presentibus et nostram diffinicionem postulantibus, magistro Wernero de Wartberg, fratre predicte Gertrudis, pro ipsa et eius heredibus comparente iura parcium super molendino predicto audivimus utrobique, communicato itaque peritorum consilio et deliberacione habita penes nos secundum ea, que vidimus et audivimus, diffiniendo pronunciamus et dicimus pro iure, quod Syfridus molendinarius predictus, dum vixit, et post eius obitum dicta Gertrudis et eius seu eorum heredes, quia pensionem de eodem molendino dari singulis annis debitam monasterio de Herswithusen predicto solvere neglexerunt ut debeant, ideo ipsi ceciderunt a iure et perdiderunt omne ius, quod eis competebat prius in molendino predicto nullamque actionem seu impetitionem movere possunt vel debent communiter aut divisim per se vel per alios huic monasterio, sed istud molendinum pleno iure ad .. abbatem et .. conventum de Herswithusen predictos et ad eorum disposicionem in perpetuum liberaliter pertinebit. Omnes eciam littere, quibus prefati Syffridus, Gertrudis et eorum heredes muniti fuerant, casse sunt et irrite nec aliquam optinent ammodo firmitatem. Et si alique tales littere date a predicto monasterio fuerint reperte, licitum sit ex nunc .. domino .. abbati et .. conventui eas repetere, exigere atque ad repetendum eas actione directa agere contra quemcumque earum detentorem. Signa eciam ad emendacionem et structuram molendini formata et disposita erunt .. abbatis et .. conventus et in molendino remanebunt. Item si dubium emergit ex pronunciacione nostra predicta inter partes, illius a nobis declaracio requiretur predicto arbitrio in suo robore inviolabiliter perdurante. Si ex nunc graciam aliquam fieri volumus prefate Gertrudi et eius pueris, hoc ex nostra pendet liberaliter potestate, et si in hoc concordare decreverimus, per hoc predicte nostre diffinicioni facte secundum ius nullum debet preiudicium penitus generari. In huius testimonium sigilla nostra presenti littere ad rei geste memoriam sunt appensa una cum sigillis honorabilium .. dominorum Ludolphi decani et Heydenrici cantoris, qui presenti nostre diffinicioni aderant cum aliis testibus infrascriptis, videlicet .. dominis Wernero de Volmesten, Reynero Crevet, Wernero de Brinken, Conrado de Papenhem, canonicis maioris, Arnoldo Scrapen et Godfrido de Eremwordessen, canonicis sancti Petri ecclesiarum Paderbornensium, et multis aliis fidedignis. Pronunciatum et datum in ecclesia Paderburnensi nono Kalendas mensis Aprilis, anno Domini millesimo CCC^{mo}decimo octavo.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 451; alle vier Siegel sind von den Pgt.streifen abgefallen.

1669

1318 März 24

Gottfried, Kämmerer des Grafen Heinrich von Waldeck, schenkt dem Kloster Berich zwei Äcker.

... Gotfridus, cellerarius spectabilis viri domini Heynrici, comitis de Waldecke, accedente ad hoc voluntate bona et consensu Kunegundis, uxoris mee legitime, nec non omnium meorum verorum heredum, divina inspirante gracia religiosis ac in Christo devotis preposito, priorisse totique conventui monasterii sanctimonialium in Beriche duos agros iuxta vicum, qui vocatur ‚waschephat', quos apud Eckehardum dictum Ryeme in Waldecke pro meis denariis comparavi et emi, Domino lego enim nomine testamenti simpliciter et assigno sub hac forma, quod quam primum ab hac luce migrare me contingerit, prenotati agri ad iam dictum monasterium protinus devolvantur et in perpetuum eosdem pacifice possideant et quiete. *Er siegelt.* Super eo testes sunt nobiles viri domini subscripti, videlicet dominus Heynricus comes de Waldeg, dominus Eberhardus, frater eiusdem domini mei, dominus Waltherus, rector ecclesie in Waldecke, dominus Johannes, capellanus castri Waldeckensis, Tylmannus, notarius domini comitis de Waldeg memorati, Conradus dictus Spiring et Heynricus de Barstorph, castrenses in Waldeg, et quam plures alii fide digni.

Datum anno Domini M CCC XVIII, in vigilia Annunciationis sancte Marie virginis.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 8362 (Kl. Berich), mit dem an Pgt.streifen anhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 177). – Druck: Curtze, Urk. S. 25 Nr. 22.

1670

1318 März 24

Hermannus dictus Gogravius de Hervordia *verzichtet auf alle Ansprüche an Güter in* Dhem, *wegen derer er mit dem Martinistift in Minden in Streit lag. Es siegeln mit ihm* nobilis domicellus Wedekindus, .. advocatus de Monte, Baldewinus de Quernhem, miles, et Hinricus dictus Kniche, famulus.

Datum et actum in vigilia Annunciatione beate virginis, anno Domini millesimo CCC^{mo}decimo octavo.

Urschr. StA Münster, St. Martini-Minden, Urk. Nr. 50, mit ursprünglich vier an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Hermann Gogreve (Abb. II, 178), 2) und 3) ab, 4) Heinrich Knigge (Abb. II 179). – Regest: WUB 10 Nr. 577.

1671

1318 März 28

Der Ritter Reiner von Dalwig verkauft den Grafen von Wittgenstein den halben Zehnten in Ymennchusen.

Noverint universi, quibus hec littere fuerint exhibite, quod ego Reynherus de Dalewyg, miles, accedente voluntate et consensu uxoris mee legitime et omnium meorum heredum rite et racionabiliter vendidi nobilibus dominis Wernhero et Syfrido comitibus de Wydegensteyn et eorum heredibus medietatem decime in Ymmenchusen site cum universis suis pertinenciis et proventibus in villa et extra in campis et in silvis hereditario iure perpetuo possidendam promittens eisdem una cum filio meo Elgero fide prestita corporali, quod coram nobili domino H(enrico) comite de Waldeke omni iuri nostro, quod

habuimus in eadem medietate decime renunciare volumus et debemus penitus et omnino, quandocumque id requisitum fuerit a nobis, vel eciam si petitur aut requiritur a nobis, nos eandem medietatem decime in titulo feodi porrigere volumus et debemus contradictione qualibert remota hiis, qui nobis ad id presentati fuerint ab eisdem. Hoc eciam insimul ego et Elgerus, filius meus, supradictus promisimus strennuo militi Godeberto de Dẙdenshusen data fide nomine et loco dominorum comitum predictorum. Horum testes sunt, qui aderant, Hermannus de Holthusen, Goscalcus de Molehusen, milites, Jo. de Dalewyg, Hermannus de Ren, famuli, Johannes Weggemunt, gogravius in Corbike, Conradus de Otmarenchusen, Henricus Teddesalt, Conradus Styer, cives ibidem, Gerlacus dictus Halvegreve, Arboldus de Hachenbach, Tylemannus Hůn et alii quamplures. In quorum eciam testimonium sigillum Hermanni de Holthusen, militis predicti, una cum sigillo meo ego et heredes mei predicti petivimus presentibus apponi. Datum v °Kalendas Aprilis anno Domini m°c°c°c°x°v°iij°.

Urschr. Fstl. Archiv Berleburg, Urk.Nr. 70a, mit dem Rest des zweiten am Pgt.streifen anhängenden Siegels (im Dreieckschild nach rechts gewandtes Tier; Umschr.:]MANNI DE HOL[... Rückschr. (14. Jh.): Littera de emtione decime in Ymmekusen.

1672

1318 April 1

Hermann von Höxter verkauft dem Lambert Spilemann *einen halben Hof in* Dorpede.

Vor Conradus de Clinge, iudex, Sifridus de Buren, proconsul, Thidericus de Kertorp, Rodolfus de Clinge, Ditmarus Allexsandri, Hermannus de Lon, Henricus de Corbike, Conradus de Vesperde, Ditmarus Kortleder, Conradus de Adorp, Johannes Mowelin, Johannes dictus Lutteke, Henne et Hermannus de Attenderne, consules in Mersberghe, .. *verkauft* Hermannus de Huxaria de consensu et voluntate Petrisse, uxoris sue, et omnium heredum suorum necnon Conradi, fratris sui, Adele, uxoris sue, ac omnium heredum suorum suam dimidietatem curie site in villa Dorpede cum omnibus suis appendiciis tam in villa quam extra villam, quam curiam colit matrona dicta Helseke, Lamberto dicto Spileman, Alheydi, uxori sue, Grete baggine, filie sue, Everhardo, filio filie sue, ceterisque suis heredibus ... pro viginti duabus marcis denariorum in Mersbergh usualium, ipsi Hermanno traditis et solutis pacifice et quiete possidendam. *Er gelobt Währschaft.* In qua warandia si dicti Hermannus et sui heredes negligentes fuerint modo quocumque, quod absit, illam negligenciam Conradus de Huxaria et sui heredes mense elapso, postquam moniti fuerint et requisiti, pari manu complanabunt penitus et reformabunt, prout idem Conradus pro se et suis heredibus in presentibus promittit Lamberto et suis heredibus supradictis, ... *vorbehaltlich des Rückkaufsrechtes jeweils* antequam segetes messibiles esse videbuntur. *Der Rat von Marsberg und* Engelbertus prepositus monasterii[a] in Mersbergh *siegeln mit Hermann und Konrad von Höxter.*

Datum sub anno Domini M CCC XVIII, Kalendis Aprilis.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 2064 (Orte und Familien: Dorpede), von den vier an Pgt.streifen angehängten Siegeln ist nur noch das erste: Stadt Marsberg (WS II 66,3) stark beschädigt erhalten, 2–4) ab bzw. unkenntliches Bruchstück von 3 (oder 4).

[a] Urschr.: monasteri

1673

1318 April 3

Vor dem Rat der Altstadt Korbach verzichten Reiner von Dalwig und seine Familie auf alle Rechtsansprüche an den Zehnten zu Ymmenchusen.

Nos Johannes de Flechdorp, proconsul, Symon, Ditmarus Prouere, Henricus de Eydenchusen, Conradus Styer, Albertus dives, Wernherus de Lengevelde, Henricus Manolf, Conradus Wygandi, Conradus Crol, Arnoldus Amez et Henricus Knevel, consules veteris opidi Corbike, universis presencia visuris et audituris cupimus fore notum publice protestantes, quod constituti coram nobis Reynherus de Dalewyg, miles, et Elyzabeth, uxor eius legitima, ac legitimi filii ipsorum, videlicet Elgerus, Reynherus, Lotze, Johannes et Hermannus renunciaverunt penitus omni iuri, quod ipsi habebant in medietate decime in Ymmenchusen site in villa et extra villam in campis et in silvis cum universis pertinenciis et proventibus ipsius. Testes eciam aderant Hermannus de Rekerenchusen, Abraham, Ludolfus de Dorevelde, Albertus Wedereyne, Volpertus de Evermarenchusen, famuli, Conradus de Otmarenchusen et alii quam plures. In cuius eciam testimonium et memoriam nos consules predicti ex rogatu eiusdem Reynheri de Dalewyg, militis, et prefate uxoris sue legitime ac filiorum eorundem supradictorum sigillum nostri opidi fecimus presentibus apponi. Datum et actum anno Domini M°CCC°X°VIII, tercio Nonas Aprilis.

Urschr. SchloßA Berleburg, Urk. Nr. 70b. mit abhängendem Siegel der Stadt Korbach (Abb. I 10) mit RS (Abb. I 10a). Rückschr. (14. Jh.): Litera de decima in Yminchusen.

1674

1318 April 5

Der Rat der Neustadt Herford bekundet eine Nachlaßregelung des Gerhard von Schildesche zugunsten der St. Johanneskirche ebenda.

Nos .. consules novi opidi Hervordensis universis presens scriptum intuentibus cupimus fore notum publice protestantes, quod palam nobis constat, Gerhardum de Schildesche felicis memorie et Hildegundim, ipsius legitimam, pro animarum suarum salute mansum quendam situm in den Bischopeshagen legasse ad structuram ecclesie beati Johannis in nostro opido, de cuius pensione dabuntur octo denarii Hervordenses .. plebano eiusdem ecclesie, qui pro tempore fuerit, quamdiu Hildegundis supervixerit, Post obitum vero eiusdem Hildegundis sedecim denarii ipsi plebano solvi debebunt de pensione mansi prenotati, et quicquid illis sedecim denariis persolutis supermanserit, hoc cedere debebit ad fabricam ecclesie prelibate. Verumptamen medietatem pensionis sepedicti mansi eadem Hildegundis quoad vixerit tollet, reliquam vero mediam partem tollent provisores fabrice dicte ecclesie satisfaciendo plebano de sorte ipsum contangente. Mortua vero Hildegunde tota pensio ad fabricam prefate ecclesie devolvetur salvis tamen sedecim denariis, qui plebano, ut premittitur, solvi debebunt de eadem. ... nos Hermannus Wlfhardinc, proconsul tunc temporis, Florekinus de Lon, Johannes Bolleman senior, Johannes de Lippia, Arnoldus de Lubbeke, Gerhardus de Hagen, Everhardus de Jolenbeke, Johannes de Bredenbeke, longus Engelbertus, Borchardus Sardo, Bertoldus Westerhusen, Everhardus de Pedelen iunior, consules supradicti, *siegeln.*

Datum feria quarta post Letare, anno Domini M°CCC^{mo}decimo octavo.

Urschr. StA Münster, Stift St. Johann und Dionys – Herford, Urk. Nr. 37; das abhängende Siegel ist verloren.

1675

1318 April 6

Die Grafen Otto und Friedrich von Everstein verkaufen dem Kloster Amelungsborn den Fischfang in der Weser bei Haslewerdere *mit dem dazu gehörenden Hof ebenda und einen Hof in der Feldmark des Dorfes* Dolem.

Nos Otto et Fredericus comites de Eversten, fratres, *verkaufen Abt, Konvent und Kloster in Amelungsborn* ord. Cist. *in der Hildesheimer Diözese* capturam piscium prope villam Haslewerdere, que vulgo dicitur ‚were', et debet se extendere in Wesera a littore ad litus transversum, et mansum in campo dicte ville Haslewerdere, ad ipsam capturam piscium pertinentem, necnon mansum in campo ville dicte Dolem cum omnibus ipsorum mansorum iuribus, utilitatibus et pertinenciis quibuscumque in pratis, pascuis, nemoribus, silvis, aquis, aquarum decursibus, viis communibus et privatis, agris cultis et colendis, quocumque nomine censeantur, pro viginti et duabus marcis argenti puri, nobis ab ipsis religiosis traditis, numeratis plenarie et solutis, que bona premissa cum suis iuribus, de quibus est predictum, ad nos quo ad proprietatem et possessionem pertinere noscuntur ... nichil iuris nobis ac successoribus nostris in eisdem bonis de cetero vendicantes ... Promittimus eciam fide data contra omnes impeticiones seu impugnationes, si qui fuerint aut apparuerint in futurum de eisdem bonis legittimam evictionem facere et debitam warandiam, quandocumque fuerimus requisiti. *Sie siegeln.* Testes sund Hermannus et Otto fratres, Lodewicus, consanguineus eorum, comites de Eversten, *die mit den Ausstellern siegeln,* Arnoldus, plebanus in Bredenvorde, et Henricus dictus Tzube, miles, ac alii quam plures fide digni.

Datum feria quinta proxima post dominicam Letare, anno Domini m°ccc°xviij°.

Abschr. (15. Jh.) StA Wolfenbüttel, Abt. VII B, Hs. 109 Bl. 56^{v}. Druck (Auszug): Spilcker, Everstein, UB S. 267f. Nr. 321 (mit Fehler im Datum: 5. April!).

1676

1318 April 7

Die Edelherren von Plesse lassen dem Bischof von Paderborn den Hagen Plesserhagen *zugunsten des Klosters Katlenburg auf.*

Reverendo domino suo Thiderico episcopo ecclesie Paderburnensis Hermannus et Goseschalcus fratres, nobiles de Plesse cum debita fidelitate quidquid, possunt obsequii et honoris. Honestati vestre notum facimus, quod nos de consensu heredum nostrorum indaginem Plesserhagen et tredecim mansos ibidem cum decima et advocatia et ceteris pertinentiis universis et decimam trium mansorum in Wlfershusen, prout ea a vobis et ab ecclesia vestra in feudum tenuimus, monasterio beati Johannis ewangeliste in Kathelenborch vendidimus et ideo eandem indaginem cum decima, cum advocatia et cum aliis pertinenciis vobis ad utilitatem predicti monasterii liberaliter resignamus supplicantes, ut obsequii nostri causa proprietatem bonorum predictorum eidem monasterio dignemini cum vestri consensu capituli elargiri. Ut autem ecclesia Paderburnensis, cuius fideles sumus, plenum restaurum habeat proprietatis supradicte, nos de unanimi consensu nostro et omnium heredum nostrorum tredecim mansos proprios in Landolveshusen cum decima eorum, cum advocacia et cum omni iure quoad proprietatem et directum dominium pro restauro donamus et tradimus perfecta et perpetua donatione vobis et ecclesie vestre Paderburnensi recipiendo eos a vobis in feudum vice et loco indaginis supradicte, recognoscentes, nos fidelitatis vinculo vobis et vestre ecclesie esse perpetuos obligatos. In horum robur sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°C°C°C°XVIII°, VII° Ydus Aprilis.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 457, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln der Aussteller: 1. Hermann von Plesse (im spitzovalen Feld ein querliegender Maueranker; Umschr.: ...] NNI DE PLESSE), 2. Gottschalk von Plesse (im runden Siegelfeld Schild mit querliegendem Maueranker; Umschr.: S. G[...] NOBILIS DE PLESSE +.

1677

1318 April 7

Bertold Deckepenninc *resigniert zugunsten des Domkapitels zu Paderborn den diesem verkauften Hof in* Hachosen.

Nos Hermannus de Herse et Raveno de Driborg, milites, recognoscimus et publice protestemur, quod nobis presentibus et testibus infrascriptis, scilicet domino Godescalco dicto de Patberg, sacerdote, Conrado Sultevot et Conrado de Reno, clericis, ac pluribus aliis fidedignis Bertoldus dictus Deckepenninc, Jutta, uxor sua, Cunnegundis, ipsius mater, Elizabet et Mechildis, sue sorores, resignaverunt publice ad manus honorabilium virorum .. prepositi, .. decani et capituli ecclesie Paderbornensis curiam suam in Hachosen, quam ipsis cum universis suis pertinentiis vendiderunt et similiter renuntiaverunt plane et expresse omni iure, quod ipsis in dicta curia conpetebat. *Die beiden Ritter siegeln.*

Datum septimo Idus Aprilis, anno Domini millesimo CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 458; beide an Pgt.streifen anhängenden Siegel verloren.

1678

1318 April 9

Heinrich Mast *in Rüthen verkauft dem Johann* Bovinc *eine Rente.*

... ego Henricus dictus Mast, opidanus in Ruden, de consensu Elyzabet, uxoris mee, ac omnium meorum heredum bona voluntate ... vendidi pro quadam pecunie summa mihi totaliter persoluta ... discreto iuveni Johanni clerico, dicto Bovinc perpetuam trium solidorum denariorum in Sosato legalium pensionem, quam habui ex domo Johannis dicti Cůdden, opidani in Ruden, et ex area domus antedicte, que pensio ipsi Johanni ad usus suos solummodo vel alteri, cui ipse eam dederit vel vendiderit, perpetuo singulis annis dabitur duobus terminis videlicet pro medietate in festo Pasche et pro reliqua medietate in festo beati Michaelis *(= 29. Sept.). Auf Bitten Heinrichs, der kein eigenes Siegel hat, siegeln die Ritter Gerhard* de Ruden *und Friedrich* de Sassendorp. Presentes erant Henricus Waldradis, Hermannus eius frater, Johannes Nothellinc, iudex, Johannes predicator, Thidericus et Gerwinus, fratres Johannis antedicti.

Datum anno Domini M°CCC^{mo}decimo octavo, dominica, qua[a)] cantatur Judica.

Urschr. StA Münster, Kl. Bredelar, Urk. Nr. 162, mit zwei abhängenden Siegeln: Gerhard von Rüthen (WS IV 188,1), 2) Friedrich von Sassendorf (wie WS IV 214,1). Rückschr. (14. Jh.): isti redditus assignati sunt et donati domino .. abbati et .. conventui monasterii in Breydelar, ut memoria mei Johannis apud ipsos perpetue fiat et peragetur.

1679

1318 April 9

Johannes dictus Durehavere *verkauft dem Kleriker Johann* Bovinc *eine Rente.*

Ego Johannes dictus Durehavere recognosco et testor in hiis scriptis, quod de consensu et bona voluntate omnium heredum meorum pro quadam pecunie summa in totali assignata in contractu venditionis assigno et assignavi discreto iuveni Johanni dicto Bovinc, clerico, perpetuam trium solidorum denariorum legalium in Sosato pensionem singulis annis duobus terminis videlicet pro medietate in festo Pasche, pro reliqua medietate in festo beati Mychaelis *(= 29. Sept.)* predicto Johanni solummodo vel alteri, cui eam dederit vel vendiderit, ex mea dimidia domo et eius attinenciis sita in Ruden expedite persolvendam et quandocumque terminum vel[a] terminos huiusmodi solutionis ad octo dies supersedeo, dabo pensionem predictam duplicatam pro termino sic neglecto, et huiusmodi pensionis solutio ad omnes meos in dicta dimidia domo successores in forma premissa extendetur perpetuis temporibus duratura. *Auf seine Bitte siegeln die Ritter Gerhard* de Ruden *und Friedrich* de Sassendorp. Actum presentibus Johanne Nothellinc, iudice, Hermanno et Henrico Waldradis, Johanne Predicatoris, Thiderico et Gerwino fratribus Johannis antedicti.

Datum anno Domini M°CCC^mo^decimo octavo, dominica, qua cantatur Judica.

Urschr. StA Münster, Kl. Bredelar, Urk. Nr. 163, mit zwei abhängenden Siegeln (wie zu Nr. 1679). Rückschr. (14. Jh.): Istos redditus dedi et assignavi domino .. abbati et .. conventui monasterii in Breydelar, ut mei memoria apud ipsos perhenniter habeatur.

[a] Zweimal

1680

1318 April 13

Der Knappe Johann von Dalwig verkauft der Witwe des Konrad de Ryen *ein Viertel des Zehnten zu Dalwig.*

Vor Thylemannus nobilis de Yttere, Gerlacus de Vyrminnen, miles, Johannes de Vlechtorp, proconsul, Dyetmarus Prouere, Symon, Henricus Manolf, Albertus dives, Conradus Crol, Henricus de Eydenchusen, Conradus Styer, Wernherus de Lengevelde, Conradus super Viali, Arnoldus Ames, Henricus de Berndorp, consules veteris opidi in Corbike, *verkauft* vir honestus et famosus Johannes de Dalewich, armiger, .. una cum uxore sua legitima Jutta et veris heredibus eorundem, videlicet Fryderico, Johanne, Conrado, Wernhero, Hermanno ac consensu et bona voluntate eorundem ... Gertrudi super Viali, relicte quondam Conradi de Ryen, famuli felicis memorie, et suis veris heredibus, videlicet Conrado et Gertrudi necnon Frideborgi, sorori ipsius Gertrudis, ... quartam partem decime sue in Dalewich cum universis proventibus ac usufructibus, dicte quarte parti decime in silvis, campis, pratis, pascuis undique attinentibus. *Seine Frau und seine Erben verzichten auf alle Rechtsansprüche an den Zehnten.* Et ipse Johannes prenominatus de Dalewich supradictam Gertrudim et suos heredes supradictos necnon Frydeborgim predictam, sororem eiusdem Gertrudis, eadem parte decime infeodavit in cuiuslibet vasalli iure, quod vulgariter ‚an manstat' dicitur, *und gelobt Währschaft.* Huius venditionis et renuntiationis et infeodationis testes sunt, qui nobiscum, cum fierent, aderant: Johannes, plebanus ecclesie in Sagenhusen, Henricus,[a] Henricus dictus monachus, sacerdotes, Reynherus de Dalewich, Johannes de Ren, Stephanus de Horhusen iunior, milites, Conradus Spegel, gener Johannis de Dalewich supradicti, Heynemannus de Dorvelde, Hermannus de Ryen, armigeri, Conradus de Otmarenchusen, Johannes de Sledere, Johannes de Berndorp, Bertoldus de Langele et Bertoldus filius suus, Johannes

Ratgive, cives in Corbike. ... *Der Rat der Altstadt Korbach sowie* Thylemannus de Yttere, Gerlacus de Virminnen, miles, *siegeln.*

Datum anno Domini M°C°C°C°XVIII°, feria quinta proxima post dominicam, qua cantatur Judica.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 1913 (Orte und Familien: Dalwig), mit noch einem von drei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) ab, 2) Tielemann von Itter (wie Abb. II 73), 3) ab.

[a] Rasur. Zu streichen?

1681

1318 April 15

Bertram Boldinc *verkauft dem Albert* Wesselinc *eine Hausrente in Herford.*

Vor .. scabini et .. consules veteris opidi Hervordensis[a] ... *verkauft* .. Bertrammus dictus Boldinc, noster coopidanus fidelis, una cum .. Helekine, collaterali sue, necnon cum omnibus pueris suis legitimis ... cuidam nostro concivi .. Alberto dicto Wesselinc, uxori sue suisque veris heredibus undecim solidorum redditus in domibus suis, quibus inhabitat, quiete, pacifice perpetue possidendos, tali conditione premissis interposita, quod idem .. Bertrammus, uxor sua suique heredes .. Alberto predicto, uxori sue suisque veris heredibus annis singulis in festis videlicet Paschatis et Michahelis archangeli *(= 29. Sept.)* equipartim predictos redditus expedite ministrabunt de dicta domo seu area nomine annue pensionis. *Der Rat siegelt.* Testes presentes fuimus pariter et astantes nos Johannes Friso, Teodericus Rufus, magistri civium, Gerhardus de Libere, Gerhardus de Hagen, Henricus Friso, Conradus Strote, Johannes de Gerinctorp, Justacius Gos, Johannes de Ponte, Arnoldus apud fossam, Johannes de Homersen et Hermannus de Hagen, consules supradicti.

Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, in vigilia Palmarum.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 153; abhängendes Siegel verloren. Daran ein wenig jüngerer Zettel: ista littera est obligata pro redditibus V solidorum a Alberto Wesselinc ad communes.

[a] Umschr.: Hervodensis

1682

1318 April 17

Abt Ropert von Corvey belehnt Graf Heinrich von Waldeck mit sieben Höfen in der Feldmark Herbram.

Nos Ropertus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas tenore presentium publice profitemur, quod nobilem comitem Hinricum de Waldecke in septem mansis sitis in campo ville Herbran cum omnibus iuribus et pertinentiis eorundem[a] nobis per strennuum militem Arnoldum de Haversvorde resignatis presentibus infeodamus oris et manus sollemnitatibus observatis, petentes nichilominus, predictum militem in dictis mansis infeodari eodem iure, quo a nobis et ecclesia nostra hactenus extiterat infeodatus. Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, feria secunda post Palmas.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 540 (Passivlehen des Fürstenhauses: Corvey), mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel des Ausstellers (WS III 124,8). – Abschr. (16. Jh.) ebd., Ält.

Waldecker Kanzleien, Abt. 21, Paket 7, Sammtkasten Nr. 8 Bl. 163 bzw. ebd., Abt. 6, Pak. 19 (Verträge mit Auswärtigen) 1 S. 630.

[a] Umschr.: eorunden

1683

1318 April 23

Boldewinus, *Bruder des* Ludolphus, nobilis domicellus de Stenvordia, *stimmt dem Verkauf der Vogteirechte über die* Haroldinchove *bei Warendorf durch diesen an das Kloster Marienfeld zu unter Anhängung seines Siegels, das ihn als Paderborner Domherr ausweist!*

Datum et actum anno Domini M°CCC°XVIII, in festo Georgii martiris.

Zwei Urschrr. StA Münster, Kl. Marienfeld, Urk. Nr. 468 mit zwei Siegel: Ludolf von Steinfurt (WS II 22,6) mit RS (WS II 22,9), 2) Balduin (Abb. II 136) mit RS (Abb. II 136[a]). – Druck: Niesert, US 5 S. 140f. Nr. 41. – Regest: WUB 8 Nr. 1243 (mit weiteren Hinweisen).

1684

1318 Mai Avignon

Dominicus patriarchia Gradensis, frater Cunradus, archiepiscopus Ephesinus, Remundus, archiepiscopus Andrinopolitanus *verleihen Besuchern und Helfern der* ecclesia in Bilvelde, Paderbornensis dyocesis, in nova civitate ob honorem beate Marie virginis constructa *je einen vierzigtägigen Ablaß* in ipsis festis beate Marie virginis nec non in festivitatibus Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphanie, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis et Penthecostes, omniumque ac singulorum apostolorum et ewangelistarum, sanctorum Michaelis archangeli, Johannis baptiste, Laurencii, Martini, Nicolai ac sanctarum Marie Magdalene, Katherine, Margarete, Undecim milium virginum, in Commemoratione omnium sanctorum et in Dedicatione ipsius ecclesie ac per octavas predictarum octavas habentium … – Splendor paterne glorie –

Datum Avinione de mense Maii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, pontificatus domini Johannes pape XXII. anno secundo.

Urschr. StA Münster, Stift St. Marien-Bielefeld, Urk.Nr. 23 mit drei an Hanfkordeln hängenden Siegeln in rotem Wachs: 1. Erzbischof Raimund von Adrianopel (rund, im Vierpaß sitzender Bischof mit Kreuzstab in der Linken, die Rechte zum Segnen erhoben; zu beiden Seiten je ein gevierteter Wappenschild; Umschr.: S(IGILLUM) FR(ATR)IS R[…ADR[…..]LITANUS ARCHIEP(ISCOPU)S), 2. Konrad Erzbischof von Ephesus (rund, geteilt; in der oberen Hälfte der vor einem Schreibpult sitzende Evangelist Johannes, davor der ihm zugewandte Adler; unten stehender(?) Bischof mit Stab in der Linken, die Rechte zum Segnen erhoben; Umschr.: [S(IGILLUM)] FR[ATRIS[…), 3. Dominicus, Patriarch von Grado (rund, auf Faltstuhl sitzender Bischof mit Stab in der Linken, die Rechte zum Segnen erhoben, daneben rechts Scheibe mit Lamm Gottes, links zwei gekreuzte Schlüssel; Umschr.: [S(IGILLUM)] DOMINIC[US] PA[… Über den Siegeln stehen die Namen: Reimundus archiepiscopus, Cunradus archiepiscopus Ephesinus, Dominicus patriarcha Gradensis.

An der Urkunde als Transfix die Bestätigung der Ablaßverleihung durch Bischof Dietrich von Paderborn vom 3. Juli 1318 (u. Nr. 1708). – Auszugsweiser Druck: Bielefelder UB NR. 123. – Vgl. Prinz, Ablaßwesen Westfalens S. 156 Nr. 10.

1685

(1318 Mai 1)

Der Ritter Lutbert Westfal verkauft dem Ritter Gerhard de Hilbrachtinchusen *den Mithof in Eisbergen.*

[... ego Lutbertus Westfal, miles ... vendidi ... domino Gerhardo de Hilbrachtinchusen, militi, ... curtem m]eam dictam Mithof in Eysbergen et duas casas ibidem ad eandem curtem pertinentes [cu]m omnibus suis pertinenciis et proventibus [pro sex]aginta marcis Bremensis arge[nt]i mihi integraliter traditis et solu[tis et] i[np]heoda[vi dictu]m dominum Gerhardum et eius uxorem [solle]mpnitate debita et consueta tali sub condicione, quod eandem[a] curiam [c]um casis ego et m[ei] heredes a supradicto domino [Gerhardo de Hilbrachtinchusen reemere potero ...

Bruchstück (Konzept?) unter der Plica der Urkunde vom gleichen Tage, mit der Gerhard von Hilbrachtinchusen dem Lutbert Westfal das Rückkaufsrecht des ihm verkauften Hofes in Eisbergen einräumt (u. Nr. 1686). Die Westfal besaßen in Eisbergen damals noch weiteren Besitz (vgl. WUB 10 Nr. 583 vom 18. Mai 1318).

[a] Urschr.: eadem

1686

1318 Mai 1

Der Ritter Gerhard von Hilbrachtinchusen *räumt dem Ritter Lubbert Westfal das Rückkaufsrecht des Hofes Mithof in Eisbergen ein.*

Omnibus presencia visuris et audituris ego Gerhardus de Hilbrachtinchusen, miles, notum facio et presentibus protestor, quod dominus Lůtbertus dictus Westfal, miles, vel sui veri heredes possunt a me vel a meis iustis heredibus reemere curtem dictam Mithof, sitam in villa Eysbergen, cum duabus casis ibidem infra decem annos continue subsequentes pro sexaginta marcis[a] Bremensis argenti, pro quibus dictam curtem cum casis comparavi, dummodo talis reemptio mihi in Carnisprivio fuerit intimata. Extunc idem dominus Lutbertus vel sui heredes in festo Pasche proximo sequente reemere possunt bona supradicta sine qualibet contradictione, quod fide prestita una cum domino Lůdolfo Westfal, milite promisi et promitto per presentes, ad quod protestandum meum sigillum cum sigillo domini Ludolfi Westfal presentibus est appensum. Et ego iam dictus Ludolfus Westfal, miles, sub mei sigilli appensione premissa firmiter tenenda fidedata promisisse me protestor. Datum die Philippi et Jacobi, anno Domini m° ccc^{mo}xvii[j°].[b]

Urschr. StA Münster, Archiv Quernheim-Westfalen, Herforder Lehen, Urk. Nr. 4; beide anhängenden Siegel verloren. Unter der Plica ein Teil der Verkaufsurkunde vom selben Tage (?), vgl. o. Nr. 1685. Rückschr. (15. Jh.): littera reemptionis curttis Mithoff cum casis in eysbergen, *dsgl. (16. Jh.):* Eisbergen ligget ahn der Weser, dar de van Zerzen wonen. – *Abschr. (um 1500) StA Detmold, Westfalen'sches Kopiar (D 71 Nr. 23) Bl. 62.*

[a] mar auf Rasur (statt an .. [b] Die rechte untere Ecke der Urkunde mit dem letzten Einer der Jahreszahl ist weggefressen, doch ist das Datum durch die Rückschriften der Urkunde gesichert.

1687

1318 Mai 1

Junker Ludwig von Everstein resigniert der Abtei Corvey das Vogteirecht über den Hof der Jutta von Elersen.

Nos Lodwicus domicellus, filius quondam Lodewici comitis de Eversten, notum facimus universis in hiis scriptis, quod accedente voluntate omnium heredum nostrorum totum ius advocatie seu alias iuris vel facti obventiones, si quas forsitan habere videbamur in bonis Jutte de Elersen sitis prope curiam Elersen, propter Deum et ob remedium anime patris nostri et salutem libere dimittimus et ecclesie Corbeyensi resignamus necnon ad custodiam in eadem ecclesia perpetuis temporibus condonamus. Testes huius facti dominus Fredricus prepositus, Bertoldus custos, Johannes de Homburg, frater minor, Conradus de Oldenburg, milites, Johannes Reboch, famulus, Lambertus de Voltessen, Lambertus de Luchteringen et alii quam plures fide digni. Et in signum huius rei sigillum nostrum domicelli Lodwici predicti appositum est huic scripto. Datum in die sancte Walburgis, anno Domini M°CCC° XVIII°.

Urschr. SchloßA Corvey, Kl. Brenkhausen, Urk. Nr. 178; das Siegel vom Pgt.streifen abgefallen. – Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. I 134 S. 40; dsgl. (18. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 102 S. 95; dsgl. (Spilcker) Hist. Ver. Niedersachsen, Hs. Nr. 220 Bd. 15 S. 47 (aus Corveyer Kopiar S. 123). – Regest: Spilcker, Everstein, UB S. 268 Nr. 322.

1688

1318 Mai 6

Vor Fredericus comes de Retberg *verzichtet der Knappe Konrad* dictus de Clotinchen *auf alle Ansprüche an dem Fischrecht in der Ems zugunsten des Klosters Marienfeld. Zeugen:* Otto nobilis comes de Retberg, cognatus noster, ...

Datum anno Domini M CCC XVIII, ipso die beati Johannis ante portam latinam.

Urschr. StA Münster, Kl. Marienfeld, Urk. Nr. 470; Siegel verloren. – Regest: WUB 8 Nr. 1250.

1689

1318 Mai 8 Avignon

Papst Johann XXII dispensiert Graf Heinrich von Waldeck und seine Gemahlin Alheid (von Cleve) vom Ehehindernis der Blutsverwandtschaft im vierten Grade.

Venerabili fratri .. archiepiscopo Maguntine etc. Intenta salutis operibus – Sane porrecta nobis ex parte dilecti filii Henrici, comitis de Waldecke, et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Aleydis, eius uxoris, tue diocesis, peticio continebat, quod ipsi olim ignorantes aliquod impedimentum obsistere ... matrimonium invicem ... contraxerunt ... Demum vero, quia ad eorum pervenit notitiam, quod quarto sunt gradu consanguinitatis coniuncti, propter quod non possunt in huiusmodi eorum matrimonio absque dispensatione sedis apostolice licite remanere, nobis humiliter supplicarunt, ... *dispensiert zu werden, was hiermit bewilligt wird.*

Datum Avinione, VIII. Idus Maii, anno pontifiatus nostri secundo.

VatA, Vat. Registerband Nr. 68 Bl. 254 Nr. 1481. – Regest: Mollat 2 Nr. 7152. – Schmidt S. 105 Nr. 31; Vogt, Mainzer Reg. 1 Nr. 1318.

1690

1318 Mai 18 Amelunxborn

Ludowicus domicellus, comes de Eversten, *stimmt dem Güterverkauf des Knappen* dicto Schade *an den Konvent des Klosters Walkenried zu.* Symon comes de Dassele *siegelt mit dem Aussteller.*

Datum in Amelungesborn, anno Domini m ccc xviii, feria quinta post Jubilate.

Urschr. StA Hannover, Kloster Walkenried, mit noch dem ersten Siegel. – Hier nach dem Regest UB Walkenried S. 113f. Nr. 783.

1691

1318 Mai 19 Amelunxborn

Johannes de Nusia, ... in Hersewithusen sacerdos et monachus, *ist in Amelungsborn Zeuge, als dort der Abt Arnold von Kamp* (Campensis) *von den Äbten von Walkenried und Amelungsborn ein Darlehen von 300 Mark aufnimmt.*

Datum Amelungsborne anno Domini m°ccc°decimo octavo, feria quinta post dominicam Jubilate Deo proxima.

Hier nach UB Walkenried 2 S. 114f. Nr. 784.

1692

1318 Mai 20

Die von Brakel überlassen dem Kloster Willebadessen das Eigentum an Gütern in Edelersen.

Nos Hermannus de Bracle, Gysle, uxor sua, Albertus et Bernardus, filii eorum, Wernerus de Bracle, Agnes, uxor sua, Wernerus de Asseburch, famuli, et omnes eorum heredes testamur in hiis scriptis, quod unanimiter et bona voluntate bona in villa Edelersen et in eius campis, que nobis Wolterus de Natesungen, Conradus, filius suus, cum ceterorum suorum heredum bono consensu et assensu omnia, sicut ipsa habuerunt, sicut dominis pheudi vel pheudatoribus resignaverunt libere et solute. Mittimus monasterio in Wilbodessen ipsi ea approprietando penitus necnon ius et dominium dictorum bonorum coniuncta manu et libera voluntate nostra et omnium heredum nostrorum ad dictum monasterium perpetuo tempore possidenda transferentes, promittentes prorsus fide data ipsi monasterio de hiis bonis omnibus facere warandiam debitam et consuetam, dum super eo fuerimus requisiti. In cuius testimonium dedimus pro nobis et heredibus nostris simul sigilla nostrorum trium presentibus apponenda. Testes huius sunt Hartmannus, plebanus in Voltessen, Conradus Sculthetus, miles, Everhardus de Mengersen, Johannes de Sunrike et Conradus de Herse, famuli, et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini millesimo ccc°decimo octavo, Saturnine virginis.

Urschr. Archiv Alt. Ver. Paderborn, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Hermann von Brakel (Abb. II 20), 2) Werner von Brakel (Abb. II 21), 3) ab. – Abschr. (16. Jh.): StA Münster, Msc. VII Nr. 4522 Bll. 83, 84 und 89^{v}. – Druck: Asseb. UB 2 Nr. 788. – Regest: Stolte S. 143.

1693

1318 Mai 23

Dompropst Bernhard zur Lippe schenkt dem Stift Paderborn die Grafschaft Dringen.

In nomine Domini amen. Bernhardus de Lyppia, Dei gratia Paderbornensis et Mindensis ecclesiarum prepositus, salutem omnibus in perpetuum. Dum presentis vite umbram fugitivam oculis interne consideracionis aspicimus future et eterne beatitudinis perenhem statum ex intimis precordiis amplecti et omni, qua valemus, industria promereri racionis providentia nos invitat, notum esse volumus universis, quod cometiam nostram in Dringhen cum omnibus suis iuribus et pertinenciis, quam ab honorandis viris Ottone et Frederico fratribus, nobilibus de Eversten, cum propria nostra pecunia iusto empcionis titulo conparavimus, ob spem divine remuneracionis et pro remissione peccaminum nostrorum exnunc beato Lyborio, patrono nostro, et ecclesie Paderbornensi donacione perfecta et in perpetuum valitura donamus, tradimus et dimittimus pleno iure iugiter possidendum. In huius igitur nostre donacionis confirmacionem et stabilitatem ad perpetuam rei geste memoriam sigillum nostrum presenti littere est appensum. Datum X° Kalendas mensis Junii, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 459, mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel des Ausstellers (WS III 132,8) mit RS (WUB 10, Tafel 1,4). – Auszugsweiser Druck: Spilcker, Everstein, UB S. 269 Nr. 323 (nach Strunck, Notae criticae 4 S. 1650f.); dsgl. WestfZ 32,2 S. 102. – Regest: Fr. Philippi, Archiv für Fischereigeschichte 5, 1915, S. 130; dsgl. WUB 10 Nr. 584. – Erwähnt: Lipp. Reg. 2 Nr. 621 Anm.

1694

1318 Mai 23

Bischof Dietrich und das Domkapitel zu Paderborn bekunden die Schenkung der Grafschaft Dringen durch Dompropst Bernhard zur Lippe und treffen Bestimmungen über ihre Verwendung zu Lebzeiten des Stifters.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis, Ludolphus decanus, .. ceterique eiusdem ecclesie canonici et .. capitulum recognoscimus publice et presentibus confitemur, quod honorabilis vir, dominus Bernhardus de Lyppia, nostre ecclesie prepositus, cometiam in Dringhen ab honorandis et nobilibus viris Ottone et Frederico, fratribus de Eversten, iusto empcionis titulo sua propria pecunia et industria comparavit et nostre ecclesie ob spem divine remuneracionis atque pro suorum peccaminum remissione liberaliter donavit et ad vite sue tempora a nobis recepit amministrandam, gubernandam et pacifice possidendam. Quapropter nos eundem dominum Bernhardum prepositum ad hoc, ut ipse eandem comeciam vite sue temporibus quiete et pacifice cum omni iuris et utilitatis integritate, scilicet iuridictionibus, iuribus, agris cultis et incultis, nemoribus, pascuis, aquis, piscationibus, molendino, viis, inviis, hominibus utriusque sexus ad dictam comeciam quocumque iure pertinentibus, quesitis et acquirendis et cum omnibus aliis pertinenciis, usufructibus, obvencionibus pleno iure possideat, promovebimus et auctoritatem sibi ad hec de maturo consilio nostro conferimus et contulisse presentibus profitemur. Item ad hoc, ut idem .. prepositus eandem comeciam amplificet, fructificet, municiones in ea, si possit, exstruat et edificet, ipsum favorabiliter promovebimus et ei favorabiliter astabimus et cooperabimus cum effectu contra quoslibet eum in hac comecia aut in eius pertinenciis violenter seu iniuriose impedire quomodolibet presumentes sueque honestati, de qua plenam et indubitatem gerimus confidentiam, simpliciter committimus plenam auctoritatem et potestatem, dictam comeciam medio tempore, quo vixerit, meliorandi, ordinandi, statuendi, disponendi, mutandi in toto vel

in parte, prout saluti anime sue visum fuerit expedire. Poterit etiam, si decreverit, de redditibus eiusdem comecie monasteriis Wylbodessen et Gerdene pro sua ibidem peragenda memoria aliquid erogare, et ad huiusmodi perficienda et firmanda litteras nostri consensus sine difficultate dabimus, dum ab ipso .. preposito fuerimus requisiti, dummodo huiusmodi salutem sue anime et utilitatem nostre ecclesie seu dyocesis inferre verisimiliter videantur. Si vero predictum dominum .. prepositum ab hac vita ante ordinacionem suam predictam migrare contingerit, quod absit, tunc pro solucione debitorum suorum explenda, redditus universi et obvenciones eiusdem comecie iam existentes vel interim accrescentes per duos annos continuos, si necesse fuerit, fideliter per suos testamentarios colligantur et deinde pro peragenda iugiter eius memoria domini de .. capitulo antedictos redditus et obvenciones recipiant et de illis prout iustum fuerit, ordinanda salubriter et honeste disponant. In horum testimonium et firmitatem nostra sigilla presentibus litteris sunt appensa. Datum X° Kalendas mensis Junii, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 460, mit dem an Pgt.streifen anhängendem Siegel des Bischofs (WS II 50,1), Das zweite Siegel ist verloren. – Abschr. M. Strunck, Notae crit. 4 S. 1651ff. – Druck: WestfZ 32,2 S. 102f. – Regest: Spilcker, Everstein, UB S. 269 Nr. 324; F. Philippi, Archiv für Fischereigeschichte 5, 1915, S. 130.

1695

1318 Mai 31

Der Knappe Wilhard von Etlen *verkauft dem Altar des hl. Liborius unter dem Domturm zu Paderborn seinen Hof in* Etlen.

... Wilhardus de Etlen, famulus, accedente pleno consensu et voluntate Grete, uxoris mee legitime, et domine Lyniken, relicte quondam Conradi de Etlen, vidue, ae eius puerorum scilicet Bernhardi, Frederici, Thiderici, Gherewini, Alberti, Wilhardi, Conradi et Agnetis necnon omnium meorum heredum et coheredum vendidi curiam meam sitam in Etlen, dictam ‚vor deme stege' et iuxtam aquam, cum omnibus suis iuribus, proventibus et pertinentiis in villa er extra altari beati Lyborii sub turri in ecclesia Paderbornensi et eius rectori per eum perpetuo possidendam pro viginti et novem marcis denariorum Paderborne legalium, michi in parata pecunia numeratis, traditis et solutis, resignando eandem curiam domino meo Bernhardo de Lyppia, .. preposito Paderbornensi, a quo eam in feudo tenui et possedi, et renunciando una cum uxore mea predicta omni iuri, quod nobis in predicta curia competebat olim aut quod competere nobis ex quacumque causa posset in futurum. *Wilhard siegelt.* Et nos Lyneke, relicta quondam Conradi de Etlen, vidua, et mei .. pueri predicti, scilicet Bernhardus, Fredericus, Thidericus, Gherewinus, Albertus Wilhardus, Conradus et Agnes renuntiamus similiter omni exspectacioni et iuri, quod in eadem curia in presenti vel in futuro habere videbamur. *Auf ihre Bitten siegelt der Knappe.* Testes aderant dominus Reynherus Crevet, canonicus ecclesie Paderbornensis, Nycolaus de Brincken,[a] plebanus, Godescalcus de Tudorp, presbiter, Hugo, rector cripte in ecclesia Paderbornensi, Conradus Sultevolt, clericus, Fridericus de Brencken,[b] miles, Olricus de Brencken,[c] Mengerus Silkensot, Conradus de Grafhem, Antonius Kake, Borichardus de Roden et Mengerus de Andepe.

Datum in vigilia Ascensionis Domini, anno Incarnacionis eiusdem millesimo CCC°decimo octavo.

Zwei Urschrr. (A und B) StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 461. An A an weißleinenen Schnüren zwei Siegel: 1) Wilhard von Etlen (WS IV 223,5), 2) Konrad von Tudorf (Ws IV 259,5). An B beide Siegel von den Schnüren ab. – Reg. (Grothaus SJ) ebd., Msc. VII Nr. 207 II A, a; dsgl. Fst. Paderborn, Landstände, Akten Nr. 21 Bl. 78–82v.

[a] B: Brenken [b] A: aus Brincken verbessert, B: Brenken [c] A: aus Brincken verbessert, B: Brincken

1696

1318 Mai 31

Bernhardus de Lyppia, Dei gracia prepositus, Ludolphus decanus totumque capitulum ecclesie Paderbornensis *bekunden dasselbe. Der Propst fügt hinzu:* .. et deinde habito consilio cum domino decano et cum .. capitulo nostro tractatu sollempni et deliberatione concordi de ipsorum consilio et consensu, ut cultus divinus augeatur et redditus ministrorum in ecclesia nostra ministrancium multiplicentur, predictam curiam cum omnibus suis pertinenciis et cum omni iuris integritate ab omni advocatia et a quolibet perangariarum genere liberam, quoad possessionem perpetuam et quoad proprietatem apropriamus et liberaliter donamus altari beati Lyborii, ut sic verum et proprietarium dominium huius curie ad idem altare pertineat pleno iure nullique alteri ius aliquod deinceps competat in eadem. *Mit dem Dompropst siegelt Wilhard von* Etlen. *Zeugen wie bei Nr. 1695.*[a)]

Datum in vigilia Ascensionis Domini, anno Incarnacionis eiusdem millesimo CCC°XVIII.

Zwei Urschrr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 463 (A und B), mit an beiden Ausfertigungen an weißen Leinenschnüren anhängenden Siegeln: 1) Dompropst Bernhard zur Lippe (WS III 132,8), mit RS (WUB 10, Tafel I 4), 2) Domkapitel Paderborn (WS II 102,2), mit RS (WS II 102,3), 3) Wilhard von Etlen (WS IV 223,5). – Reg. (Grothaus SJ) ebd., Msc. VII Nr. 207 II A, a.

[a)] Statt Silkensot heißt es hier Selkensot und statt Grafhem Tudorp! Hinter Andepe folgt hier noch famuli

1697

1318 Mai 31 (?)

Der Jesuit Grothaus sah noch eine dritte Urkunde der von Etlen: tertia littera de eadem manu, valde exesa a blattis et putrefacta omnibus lineis laesis, sed haec est antiquior, in qua solum validi de Etlen vendunt octavam partem de munitione sua, quarum datarum tempus, quia exesum est, binis proximis adiunxi, alias tempore precedunt.

Aufzeichnung Grothaus SJ StA Münster, Paderborner CapselA Nr. 210.

1698

1318 Juni 5

Das Kloster St. Marien-Lemgo verfügt über Zahlungen zugunsten der Sakristanin.

Universis presentia visuris soror Berta, priorissa, totusque conventus sororum inclusarum apud sanctam Mariam Novi oppidi Lemego *bekundet* quod cum soror Druda de Molenbeke, nostri conventus sacrista, quandam summam pecunie videlicet novem marcas tam de suo labore quam de aliquarum sororum depositis ex intentione fideliter collegisset, ut luminaria in altari ad honorem sancte Trinitatis, sancte Crucis ac beate virginis habenda dominicis diebus, sextis feriis et sabbatis infra missarum solempnia perpetuis temporibus compararet, interim tamen dominus Albertus, tunc plebanus noster ac procurator curie nostre, necessitate compulsus dictam summam pecunie videlicet pro comparandis equis tempore messis exposuit et expendit. Nos igitur devotionem dicte nostre sacriste communiter approbantes ipsique cooperari in tam pio proposito cupientes, ne in dicta pecunia, que in nostra utilitate, prout premisimus, est expensa, contingat suum desiderium defraudari, habita bona deliberatione consensimus et in hiis scriptis pariter consentimus, ut quolibet anno in die Dedicationis ecclesie nostre de tabula beate virginis novem solidi sibi seu alteri cuicumque, que sibi in officio sacristie successerit,

perpetuo presententur. Si vero contingeret, quod ipso die Dedicationis minus novem solidis reciperet, priorissa, que tunc pro tempore fuerit, tenebitur pro reliquis respondere. *Konventssiegel.* Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, in die beati Bonifacii episcopi et martiris.

Urschr. StA Detmold, Stift St. Marien-Lemgo, Urk. Nr. 51, mit dem an Hanffäden anhängenden Siegel des Konventes in grünem Wachs (Abb. I 13). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 637.

1699

(1318 Juni 5)

Dieses falsche Datum (geben des monats [!] vor pingsten anno Domini xiij^{c}xviii) *hat das Regest einer Urkunde vom Montag vor Pfingsten 1398, in der* Brosike *von Viermünden* (Verminne), *Ritter, ‚Mann' des Edelherrn von Büren wegen Dreiviertels des Zehnten zu* Dingerkusen *wird (StA Münster, Msc. VII Nr. 5102 V, D Bl. 6^{v} – 17. Jh. –. Das richtige Datum (20. Mai 1398) ebd. – 15. Jh. – S. 8!*

1699 a

1318 Juni 9 Mainz

Erzbischof Peter von Mainz teilt seinem Amtmann (officiatus) *in Gieselwerder* (Gisselewerder), *dem Ritter* Rabeno de Kalenberg *mit, daß sich Propst und Konvent des Nonnenklosters* Luppoldesberg *bei ihm beschwert haben, daß der frühere Amtmann auf Gieselwerder* Tylo de Bola *sie aus dem Besitz der Wälder* Hoyberch, Walsburg, Benhoserholcz *und aus der Fischerei in der Weser in der Furt* Rosenbul *vertrieben habe. Er befiehlt ihm, den wahren Sachverhalt durch Befragung der* potiores et seniores *Bürger der Stadt Hofgeismar* (Geysmar) *und der Burgleute und Getreuen des Erzbischofs in jener Gegend zu erkunden und gegebenenfalls das Kloster wieder in den Besitz der genannten Rechte zu setzen.*

Datum Maguntie, V. Idus Junii, anno Domini 1318.

Urschr. StA Marburg, Kloster Lippoldsberg, Urk., mit dem abhängenden (verletzten) Siegel des Erzbischofs. Insert in der Urkunde, in der Rabeno *dem Erzbischof über seine Ermittlungen berichtet. S. u. Nr. 1775 vom 16. April 1319. – Regest: Vogt, Mainzer Reg. I Nr. 2016.*

1700

1318 Juni 10

Graf Otto von Ravensberg gibt als Lehnsherr seine Zustimmung zu der Stiftung eines Jahrgedächtnisses durch die Gebr. von Laer an der Stiftskirche St. Marien in Bielefeld.

Nos Otto comes de Ravensbergh universis, quorum intelligentie presens scriptum fuerit exhibitum, patefactione declaramus evidenti, quod Bernhardus de Lodere, canonicus ecclesie Byleveldensis, cum Henrico fratre suo constitutus in facie nostra cupiens animabus patris et matris sui remedia procreare, cum parentibus, dum vivunt, filialis honoris obsequium impendere late clareat, scilicet eis defunctis animabus eorum subvenire pietatis opere latius elucescat, donatione reddituum tres solidos ecclesie supradicte legaverat annuatim de domo sua in Bronekissen in honore Dei sueque genitricis, ex qua plenitudo gratie totius emanavit, adhibito consensu fratris sui .. prenotati, quiete necnon libere iugiter possidendos, ut in ipsa quidem ecclesia memorata memoria celebretur eorum anniversarium perhennali.

Der Graf stimmt als Lehnsherr zu. Das Rückkaufsrecht der Rente bleibt dem Verkäufer, mit dem zusammen der Graf siegelt.

Datum anno dominice Incarnationis millesimo trecentesimo decimo octavo, in vigilia Pentecostes.

Urschr. StA Münster, Stift St. Marien-Bielefeld, Urk. Nr. 23, mit noch dem zweiten Siegel an Pgt.streifen anhängend (Abb. II 180). – Druck: Bielefelder UB Nr. 124. – Regest: WUB 10 Nr. 586. Vgl. Angermann S. 210 Nr. 173.

1701

1318 Juni 10

Genannte Ritter und Knappen bürgen für Ritter Arnold von Haversforde, *dem für 500 Mark die Paderborner Stiftsburg Herstelle verpfändet ist.*

Nos Conradus iunior de Sconenberg, Svederus et Alradus de Busche, Hermannus et Henricus Wenth, Reynhardus et Johannes dicti Gogravii, Lutbertus Westphal et Raveno de Driborgh, milites, Wernherus de Hindeneborgh, Hermannus de Brakele et Alradus dictus Svarthe, famuli, notum facimus et lucide protestamur, nos fide data simul et in solidum promisisse venerabili domino Theoderico,[a] .. decano, et .. capitulo atque ecclesie Paderbornensi pro honesto milite Arnoldo de Haversvorde et pro suis veris et legittimis heredibus, quod ipsi castrum Herstelle cum suis pertinentiis et cum redditibus eis obligatum pro quingentis marcis puri argenti ad manus domini .. episcopi et ecclesie Paderbornensi et ad ius suum custodient, possidebunt, conservabunt et eisdem domino .. episcopo, .. capitulo et ecclesie sue ad redimendum absque contradictione dabunt et representabunt secundum formam et modum litterarum eis desuper traditarum[1] et secundum tenorem omnium et singulorum articulorum in eisdem litteris expressorum. *Im Falle eines Defektes geloben sie Einlager in Paderborn. Für einen ausgefallenen Bürgen versprechen sie Ersatz ...* hoc adiecto, quod si ex guerra ecclesie castrum istud perditur, prefati Arnoldus et sui heredes redditus eis cum castro obligatos tam diu possidebunt, quousque ab eis pro quingentis marcis argenti redimantur. Si vero ex eorum guerra propria perditur,[b] ecclesia Paderbornensis dampnum castri et ipsi dampnum argenti sustinebunt. *Sie siegeln.*

Datum et actum in vigilia Penthecostes, anno Domini Millesimo CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 465, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Konrad von Schöneberg (Abb. II 124), 2) Sweder v. d. Busche (WS IV 222,13), 3) Alrad v. d. Busche (wie WS IV 222,13), 4) Hermann Wendt (Ws IV 252,18), 5) Heinrich Wendt (wie WS IV 252,18), 6) Reinhard Gogreve (WS IV 224,2), 7) Johann Gogreve (WS IV 224,4), 8) Lubbert Westfal (WS IV 223,7), 9) Rabe von Driburg (Ws IV 221,12), 10) Werner v. d. Asseburg (Abb. II 14), 11) Hermann v. Brakel (Abb. II 20), 12) Alrad Swarte (WS IV 256,10). – Regest: Asseb. UB 2 Nr. 789.

[a] Es fehlt episcopo! [b] Müßte perduntur heißen?

[1] Eine solche Urkunde ist nicht überliefert.

1702

1318 Juni 15

Die Abtei Corvey überträgt der Propstei in Marsberg genannte Zehnten und Güter.

Nos Roppertus Dei gratia abbas, Wilhelmus prior, Fredericus prepositus, totusque conventus ecclesie Corbeyensis universis presencia visuris seu audituris cupimus notum esse publice protestantes,

quod proprietatem decime in Widene,[a] septem mansorum in Elern sitorum, quos colit Gerbode, necnon decime in Herynghusen[b] et quatuor mansorum in Tuisne[c] sitorum, qui ex oppido Horhusen[d] coluntur, cum omnibus dictis decimis et mansorum predictorum iuribus, appendiciis et proventibus dedimus, transtulimus, damus et transferimus in perpetuam et quietam possessionem Eyngelberti de Vitinchof, prepositi, et conventus ecclesie Montismartis, obsequia fidelia et favores speciales, qua nos et nostram ecclesiam amplecti dinoscuntur, attendentes et iam[e] inmerito propendentes, In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, ipso die beati Viti.

Urschr. (A) StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 4366 (Orte und Familien: Wethen), beide Siegel von den Pgt.streifen abgefallen. Rückschr. (15. Jh.): Super decimam in Wedene et Herynchusen et vii mansis in Eleren. – *Einzelabschr. (B) Pgt.(15. Jh.) StA Münster, Kl. Dalheim, Urk. Nr. 63; Abschr. (1537) v. Notar Johann Gerlach ebd., Herzogtum Westfalen, Landesarchiv, Akten II Nr. 94 (nach besiegelter Urschr.); dsgl. (16. Jh.) Archiv Alt. Ver. Paderborn, Cod. 112 Bl. 70.*

[a] BC: Wedene [b] BC: Hersinhusen [c] BC: Twisne [d] BC: Harhusen [e] BC: non

1703

1318 Juni 17 Avignon

Papst Johann XXII. erklärt seinen Kollektoren Petrus Durandi *und Bernhard von* Mont-Valérien, *die zur Einsammlung der Annaten in die Kirchenprovinzen Mainz, Köln und Trier geschickt sind, daß auch von den Pfründen an Kathedralkirchen wie überhaupt von allen Pfründen, deren Ertrag sechs Mark überschreitet, die Annaten gezahlt werden müssen.* – Significastis nobis –

Datum Avinione, XV. Kal. Julii, pontificatus nostri anno secundo.

Hier nach Mollat 2 S. 260 Nr. 8211. – Regest: Reg. ErzbKöln 4 Nr. 1052.

1704

1318 Juni 26

Vor dem Grafen Friedrich von Rietberg verzichtet Rudolf von Borben *nochmals auf seine Ansprüche an die von seinem Bruder Everhard gnt.* Hane *dem Kloster Wedinghausen geschenkten Güter.*

Nos Fredericus vir nobilis, comes de Reytberg, innotescimus universis presentia visuris publice protestando, quod constitutus coram nobis Rodolphus dictus de Borben recognovit et professus est, quod cum Everhardus dictus Hane bone memorie, frater suus quedam bona sita in villa Boderke ecclesie in Wedenchusen et fratribus ibidem Deo servientibus legasset pro remedio anime sue, ipse Rodolphus tunc presens et astans huiusmodi legationem ratam habuit atque gratam. Amplius idem Rodolphus dixit, quod sicut tunc sic et nunc per omnia hec legatio sue fuerit et sit plene voluntatis. Cum hec diceret predictus Rodolphus, presentes aderant Otto cognatus noster, comes de Rethberg, Elbertus plebanus in Rethberg, Ecbertus sacerdos ibidem, .. dictus Scrape, Udo de Wingarden, Conradus de Clotingen, castellani in Rethberg, et alii quam plures de familia nostra. Datum in die beatorum martirum Johannis et Pauli, anno Domini m°ccc°xviij.

Urschr. StA Münster, Kl. Wedinghausen, Urk. Nr. 103, mit dem Siegel des Ausstellers (WS II 30,2); Rückschr. (um 1400): de bonis in Buderike. – *Abschr. (17. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 209 Bl. 403.*

1705

1318 Juni 28

Hermann von Esbeke *verkauft der Gertrud* Lodeghen *ein Zwölftel des Zehnten in* Boclon.

Vor Conradus de Clinge, iudex, Sifridus de Buren, proconsul, Thidericus Kertorp, Rodolfus de Clynge, Hermannus de Lon, Detmarus Sandri, Henricus de Corbeke, Conradus de Adorp, Detmarus Cortleder, Conradus de Vesperde, Johannes dictus Lutteke Henne, Johannes de Vesperde, Hermannus de Attenderne, consules in Mersberg, *verkauft* Hermannus de Esbeke de pleno consensu Conegundis, uxoris sue legitime, et omnium suorum heredum suam terciam partem quarte partis decime in Boclon cum omnibus dicte partis tercie decime in Boclon iuribus, proventibus et appendiciis Ghertrudi dicte Lodeghen, vidue, ac Johanni, Roperto, Hildeghundi et Gertrudi, pueris suis, ceterisque suis veris heredibus pro decem et septem marcis denariorum in Mersberg usualium coram Hartmanno famulo dicto Dŭvel, domino pheodi dicte partis decime ... quiete et pacifice possidendam, quam ipsis idem Hartmannus contulit iure pheodali. *Hartmann* Duvel *gelobt den Käufern Währschaft. Die Verkäufer räumen diesen das Recht des Rückkaufes ein, nach dem der Zehnte ohne Widerspruch des Hartmann an die Verkäufer zurückfällt.* Si eciam dicti emptores vel eorum heredes huius partem terciam decime in Boclon cum omnibus suis appendiciis alteri in iudicio civitatis Mersberg moranti vendiderunt pro pecunia prenarrata, huic vendicioni dictus Hermannus de Esbeke et sui heredes suum consensum coram dominis pheodi et consulibus Mersberg adhibebunt eo modo, quo ipsi eam possident, possidendam. Testes huius rei in homagium electi sunt Godscalcus de Brobeke, miles, Conradus de Huxaria, Gerbodo de Molhusen, Bodo de Dodynchusen, Godfridus Snarman, Herboldus Somer et alii fide digni. *Die Siegel der Stadt Marsberg und des Hartmann* Duvel *werden angehängt.*

Datum in vigilia Petri et Pauli, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Transsumpt in Urk. des Rates der Stadt Marsberg vom 29. Juni 1354, StA Münster, Kl. Dalheim, Urk. Nr. 93. – Abschr. (16. Jh.): Archiv Alt. Ver. Paderborn, Cod. 112 Bl. 50.

1706

1318 Juni 30

... Johannes comes in Benthem *resigniert mit Zustimmung seiner Erben* ad petitionem quorundam nostrorum amicorum specialium Konegundim, filiam quondam Stephani Haken, militis, et Ermgardis, nostre ministerialis, ... beate Pusinne, abbatisse et conventui Hervordensi, et ipsam absolvimus in hiis scriptis iure, quo nobis adstricta fuerat sepedicta. *Er siegelt.*

Datum anno Domini M CCC XVIII, crastino die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Abschr. (18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3301f. (Storchs Cod. dipl.) S. 91.

1707

1318 Juni 30

... Arnoldus de Haversvorde, miles, *verspricht dem Bischof Dietrich und dem Domkapitel zu Paderborn,* quod de castro Herstelle aut de eius redditibus me non intromittam, nisi post lapsum illius temporis, sub quo redempcio eiusdem castri Godswino Blicken est preintimata, vel nisi interim cum

eiusdem Godswini hoc faciam voluntate, et pecuniam illam, scilicet mille ducentas marcas, pro quibus castrum obligatum est, in sua amicicia sibi solvam. *Er siegelt.*

Datum in commemoracione beati Pauli, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 464, mit dem abhängenden Siegel des Ausstellers (WS IV 235,14). – Reg. (Grothaus SJ) ebd., Msc. VII Nr. 207 II A, h (Herstelle).

1708

1318 Juli 3

Bischof Dietrich von Paderborn bestätigt das Ablaßprivileg für die Marienkirche in Bielefeld vom Mai 1318 (s. o. Nr. 1683), aber nur teilweise.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis presentem indulgenciam ratificamus et approbamus pro nostris subditis quoad festivitates Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis Domini, Pentecostes, quatuor festa beate Marie virginis et Johannis baptiste et Dedicationis ecclesie et per octavas festorum predictorum, item quoad illos, qui ad fabricam eiusdem ecclesie et ornamenta et luminaria perpetua, ad calices et ad libros elemosinas largiuntur, et qui devocionis causa cymiterium nove civitatis pro defunctis orando circuierint[a] et qui corpus Domini cum reverentia subsequuntur, dum ad infirmos a presbiteris deportatur. In premissis enim pie intendentibus quadraginta dierum indulgentiam auctoritate ordinaria elargimur. Cetera vero omnia in presenti litera, cui hec est transfixa, expressa cassamus et nullius decrevimus existere firmitatis. Actum V. Nonas Julii, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Urschr. Transfix zu StA Münster, Stift St. Marien-Bielefeld, Urk. Nr. 21b, mit an Pgt.streifen anhängendem Rest des Siegels (WS I 50,1). Vgl. o. Nr. 1684. – Druck: Bielefelder UB Nr. 125. – Vgl. Prinz, Ablaßwesen S. 127 (wo dieses Beispiel für ein Einschreiten des Diözesanbischofs gegen das Ausufern der Avignoneser Ablaßurkunden aber fehlt).

[a] Bielef. UB: circuent

1709

1318 Juli 8

Gerwin Vinger *verkauft dem Dietrich* de Kertorp *eine Rente aus seiner Werkstatt.*

Vor Conradus de Clinge, iudex, Sifridus de Buren, proconsul, Rodolfus de Clinge, Detmarus Sandri, Hermannus de Lon, Henricus de Corbeke, Conradus de Vesperde, Conradus de Adorp, Detmarus Kortleder, Jhohannes Mowelin, Hermannus de Attenderne et Jhohannes Snarreman, consules in Marsbergh, *verkauft* Gerwinus dictus Vinger *mit Zustimmung seiner Frau* Hildegundis *und seines Sohnes* Bodonis *dem* Thiderico de Kertorp, nostro socio pronunc duodecimo in consulatu in Mersbergh existenti, *und seiner Frau* Mechhildi pensionem trium solidorum in Mersberg usualium et unius pulli in hunc modum, quod ipse Gerwinus Vinger, .. uxor sua et eorum heredes vel ille, qui fabricam ipsius Gerwini, in qua iam moratur, sitam extra valvam in loco, qui dicitur „amme styge", inhabitaverit, vel fundum et aream ipsius fabrice, si ipsa fabrica fuerit destructa modo quocumque, possederit ... prefato Thiderico de Kertorp, uxori sue aut illi, cui ipsi hanc litteram presentaverint ac dederint, hereditarie singulis annis semper in festo Michahelis *(= 29. Sept.)* tres solidos[a] in Mersbergh usualium, unum pullum in Carnisprivio sine contradictione favorabiliter ministrabunt. *Stadtsiegel.*

Datum Kiliani sociorumque eius, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 71, mit abhängendem Siegel der Stadt Marsberg (WS II 66,3); Rückschr. (14. Jh.): Vyngher et est nunc domini Syfridi ... – *Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 105.*

[a] Dahinter fehlt denariorum, das nach dem folgenden usualium zu ergänzen ist.

1710

1318 Juli 31

Bischof Dietrich von Paderborn bewidmet Peckelsheim mit Warburger Recht.

Theodericus[a] Dei gratia ecclesie Paderbornensis[b] episcopus notum facimus universis, quod dilectos nostros oppidanos in Peckelsen dotavimus et libertavimus omni iure civili sive temporali, quo opida nostra Wartborch[c], Borgentreich et Borcholte a nostris antecessoribus sunt libertati et dotati, volentes, ut predicta dotatio seu libertatio a nostris successoribus in futuro nulla ratione violetur, quia prefatum oppidum cum[d] per nos fundaretur absque[e] huiusmodi gratia propter insultus malorum hominum et persecutorum[f] nostre ecclesie subsistere non valebat[g]. Datum ii° calendas Augusti, anno Domini m°ccc°decimo viii°.[h]

Insert in Privileg des Bischofs Rembert von Paderborn für Peckelsheim vom 10. Oktober 1548. Abschrift (Konzept?) StA Münster, Paderborner Kanzlei, Akten VI Nr. 42 Bl. 4 (A) (nach Abschrift, „so ... uns in glaubwirdiger form vorgebracht"*). Ebd. Bl. 9 Abschrift (B) von 1592 (nach A?). – Teildruck: Gerhard Pfeiffer, Westfalen 22. 1937 S. 206.*

[a] B: Theodorus [b] B: Paderbornensis ecclesie [c] B: Wartburgk [d] B: nunc [e] B: davor et [f] AB: persecutores [g] A: valebavit! [h] A: m°3°decimo 8°! In B fehlt die Datumzeile

1711

1318 August 2 Avignon

Papst Johann XXII. befiehlt seinen Kollektoren Petrus Durandi *und Bernhard von* Mont-Valérie, *die vom Klerus der Mainzer, Kölner und Trierer Kirchenprovinzen an ihn zu zahlenden Annaten einzutreiben.* – Cum nonnulli –

Datum Avinione, IIII. Nonas Augusti, pontificatus nostri anno secundo.

Hier nach Mollat 2 S. 264 Nr. 8259. – Regest: RegErzbKöln 4 Nr. 1064.

1712

1318 August 2 Avignon

Papst Johann XXII. befiehlt denselben, über das Erträgnis des von seinem Vorgänger Clemens V.[1] *ausgeschriebenen Kreuzzugszehnten in den Kirchenprovinzen Mainz, Köln und Trier bei den dortigen Erzbischöfen und Bischöfen Erhebungen einzustellen sowie sich zu unterrichten, ob das Geld gut und sicher aufbewahrt werde. Sie sollen ihm darüber berichten.* – Dudum felicis recordationis –

Datum Avinione, IIII. Nonas Augusti, pontificatus nostri anno secundo.

Mollat I S. 264 Nr. 8246. – Regest: RegErzbKöln 4 Nr. 1065.

[1] 5. Juni 1305 – 14. April 1314. Die entsprechende Bulle „Exurgat Deus" ist vom 11. August 1308 (vgl. RegErzbKöln 4 Nr. 342).

1713

1318 August 2

Graf Otto von Ravensberg stimmt als Lehnsherr der Schenkung der Mühle in Havechorst *durch Reiner von* Vorencampe *an das Stift St. Maria-Bielefeld zu.*

Nos Otto comes in Ravensberghe universis Christifidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupimus tenore presentium publice protestantes, quod cum Reynerus de Vorencampe, miles, fidelis noster, zelo pietatis affectus molendinum in Havechorst in parrochia Bůnede situm cum suis pertinenciis, quod a nobis in pheodo tenet, in honorem Dei eiusque genitricis Marie, virginis gloriose, honorabilibus viris dominis decano, capitulo et ecclesie sue novi oppidi Bileveldensis donacionis titulo legaverit in presencia nostra constitutus perpetuo possidendum, cupiens in eadem ecclesia in remissionem suorum peccaminum fieri perhennem memoriam animeque sue solacium singulare, iidem vero decanus et capitulum affectum ac benignitatem dicti Reyneri militis, quam contra ecclesiam suam predictam effective prosequitur, attendentes bona sua in Havechorst, que iam dudum ad ipsam ecclesiam cum omni iure possessionis ac proprietatis pertinere dinoscebantur, et molendinum predictum cum omnibus suis pertinenciis et fructibus et iuribus universis sepe dicto Reynero militi tantum ad vite sue tempora sub censu annuo locaverunt ita videlicet, quod idem Reynerus miles decano et capitulo predictis XII moltia annone Hervordensis mensure, scilicet quatuor molt siliginis[a], quatuor molt ordei et quatuor avene et unam marcam Hervordensium denariorum de bonis predictis et molendino annis singulis ministrabit. Cum vero prenominatum Reynerum militem diem claudere contingerit extremum, extunc dicta bona et molendinum predictum cum integritate iuris sui absque qualibet diminucione ad ecclesiam Bileveldensem predictam libere revertentur. Nos dicti Reyneri militis devotam actionem iugiter intendentes ob precum suarum interventum proprietatem dicti molendini addentes proprietati aliorum bonorum predictorum in Havechorst ipsi ecclesie Bileveldensis pertinentium de pleno consensu et libera voluntate honorabilis viri domini Bernhardi, prepositi ecclesie Osnaburgensis, fratris nostri, Margarete, uxoris nostre, ac omnium heredum nostrorum ecclesie sancte Marie Bieleveldensis sepedicte unanimiter elargimur et per presentes assignamus eisdem decano et capitulo et ecclesie proprietatem dictorum bonorum integraliter et pacifice possidendas. *Graf Otto, Dompropst Bernhard, Reiner und die nachbenannten Zeugen, soweit sie Siegel haben, siegeln.* Testes autem sunt Hinricus et Reynerus et Johannes dicti Gogreve, Lutbertus Westfal, Suederus de Busche, milites, Lutbertus et Fridericus de Arnholte, famuli, et alii quam plures fide digni …

Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, in crastino beati Petri apostoli ad vincula.

Urschr. StA Münster, Stift St. Marien-Bielefeld, Urk. Nr. 24, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Graf Otto von Ravensberg (WS I 12,3) mit RS (WS I 16,7), 2) Propst Bernhard von Osnabrück (WS I 35,8), Rest, 3) Heinrich Gogreve (WS IV 256,2), 4) Reiner Gogreve (WS IV 224,2), 5) Johann Gogreve ab, 6) Lutbert Westfal (WS 223,7), 7) Sweder v. d. Busche (WS IV 222,13), 8) Reiner von Vorenkampe (WS IV 224,11), 9) Lutbert v. Arnholte (WS IV 234,16). – Beiliegend gleichzeitige Abschrift. – Druck: Bielefelder UB Nr. 126. – Regest: WUB 10 Nr. 592. – Vgl. Angermann S. 210 Nr. 174.

[a] Fehlt in der Urschr., hier nach der Abschrift

1714

1318 August 4 Minden

Der Edelvogt Wedekint tho dem Berghe *sichert dem Grafen Otto von Hoya für den Fall seines kinderlosen Todes die Anwartschaft auf die Herrschaft* (herschap) *zum Berge zu.*

... Des sint tůghe de edelen man Symon, en edele here to der Lippe, und provest Bernart van Minden. sin sone, ...

Dese bref is ghescreven na Ghodes bort dusent iar, dre hundert iar, in deme achtegheden iare in der stat Minden, des vridaghes na sunte Peteresdage in der arne.

Urschr. StA Hannover, Celle Or. Des. 13, Schrank IX, Kapsel 30, Abt. 3 Nr. 4, mit dem Siegel des Ausstellers. Hier nach dem Druck im WUB 10 S. 221 Nr. 594 (mit weiteren Nachweisen). – Erwähnt: Lipp. Reg. 2 Nr. 638.

1715

1318 August 4 Minden

Edelherr Simon zur Lippe und seine Söhne verbürgen sich bei Graf Otto von Hoya für den Edelvogt Wedekind zum Berge.

Wy Simon van der gnade Ghodes en edele here to der Lippe und provest Bernart to Minden und Otte, use sone beyde, bekennet opanbare an dessen breve, dat wi borghe sin und stat vor also ghedane deghedinghe, also use swager Wedekint, de edele voghet van dem Berghe, useme leven neven greven Otten von der Hoyen und sinen rechten erven ghelovet und ghesworen hevet. Weret aver, dat de voresegheden deghedinghe ghebroken wůrden bi live offte na dode, so scolde wi useme voresegheden neven greven Otten von der Hoyen und sinen rechten erven binnen eneme mande darna, wanne he it erst van us eschede ofte sine erven, helpen und bistan mit sloten und alle deme, dat wi vůrmoghet, und truweliken wreken helpen, also ofte it us selven anginghe. Uppe dat desse dinch stede und vast bliven, so hebbet wi[a] dessen bref gheseghelet mit useme ingheseghele wi und use sone provest Bernart to Minden, und use sone Otte holt it stede under useme ingheseghele. Dit is ghescreven na Godes bort dusent iar drehundert iar, in dem achtegheden iare, des vridaghes na sunte Peters daghe in der arne in der stat to Minden.

Urschr. StA Hannover, Celle Or. Des. 13, Schrank IX, Kapsel 30, Abt. 3 Nr. 5, mit zwei Siegel: Simon zur Lippe (Abb. II, 86), Propst Bernhard (WS III 132,8) mit RS (WUB 10, Tafel 1,4). Hier nach WUB 10 Nr. 593 (mit weiteren Nachweisen). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 638.

[a] Fehlt in der Urschrift

1715 a

1318 August 4 Minden

Der Edelherr Wedekint zum Berge *huldigt dem Grafen Otto von der Hoya.*
Die Zeugen sind dieselben wie in der Urkunde vom gleichen Tage (s. o. Nr. 1714).

Abschr. (18. Jh.) Culemann, Codex diplomaticus 1; dsgl. StA Hannover, Msc. T Nr. 38 (1943 verbrannt), 1 Bl. 250. Fehlt WUB 10.

1716

1318 August 9 Walshausen

Otto der Jüngere, Herzog in Braunschweig hat für sich und seinen Vater Albrecht die Hälfte der Burg Sconenberch *für 900 Mark reinen Silbers und Braunschweiger Gewichtes und Währung* (albedinis),

von denen 400 bereits bezahlt sind, an die Bevollmächtigten des Erzbischofs von Mainz, die Dechanten Gerhard von Fritzlar, Bertold von St. Peter in Mainz und Konrad von Heiligenstadt, sowie die Ritter Hildebrand von Hardenberch *und Rabeno von* Kalenberch *verkauft. Die Restsumme ist bis zum* festum beati Michaelis *(= 29. Sept.)* in Gotinghen, Northem *oder* Munden *nach Belieben des Schuldners zu bezahlen. In der Zwischenzeit soll die Burg dem Ritter Rabeno für das Erzstift und dem Ritter Heinrich von* Boventen *für die Herzöge anvertraut werden. Sind die 500 Mark bezahlt oder ist genügend Sicherheit dafür geleistet, werden die beiden Ritter die Hälfte der Burg dem Erzbischof übergeben und Mainz und Braunschweig leisten sich dann gegenseitig die Burghut, wie dies bei gemeinsamen Burgbesitz üblich ist. In der Zwischenzeit sollen dies die beiden Ritter tun. Was bis Michaelis noch nicht bezahlt ist, erhält der Herzog mit einem Aufschlag von zehn Mark auf jede noch fehlende 100 Mark am Martinstag (= 11. Nov.). Ist auch bis dahin die ganze Schult (+ Aufschlag) nicht bezahlt, so werden die beiden Ritter dem Herzog die Burg zurückgeben als Pfand für die volle Zahlung des Kapitals, das dann für je sechs angefangene Wochen um weitere zehn Mark je 100 Mark anwächst* (damnum post lapsum trium vel quatuor dierum cuiuslibet termini sex septimanarum non pro rata temporis, sed pro toto tempore ... sex septimanarum reputabitur esse commissum). *Übernehmen die Städte Fritzlar und Heiligenstadt die Bürgschaft für je 100 Mark, so ist der Herzog dafür befriedigt. Der Herzog verpflichtet sich auch für seinen Vater zur Einhaltung des Vertrages, die Bevollmächtigten des Erzbischofs haben ihm und dem Ritter Konrad von* Rostorp *(diesem für Otto Erben) gelobt, dafür zu sorgen, daß der Erzbischof den Vertrag erfüllt.*

Actum et datum apud claustrum Waleshusen anno Domini mcccxviii, in vigilia beati Laurentii martiris.

Urschr. Bayer. HA München, Mainz Erzstift, Fasc. 61, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln Herzog Ottos und des Konrad, Dechant von Heiligenstadt, die anderen sind verloren. Für den Dechanten Bertold von St. Peter, Mainz, der sein Siegel nicht dabei hatte, war der Probst von Lippoldsberg eingesprungen. Gleichzeitige Abschr. StA Würzburg, Mainzer Ingrossaturbuch 3 Bl. 22. – Druck: Würtdwein, Diplom. Magunt. 2 S. 121f. – Reg. Vogt, Mainzer Reg. 1. Nr. 2038.

1717

1318 August 17

Vor dem Rat der Stadt Mersbergh[1] *verkauft* Henricus de Oddenhusen cum consensu et voluntate Hermanni, fratris sui, ceterorumque omnium heredum suorum Sifrido de Buren, nostro pronunc existenti proconsuli, Vredeburgi, uxori sue, Gerlaco, Gotscalco, Gerhardo et Mechhildi, pueris suis, ceterisque omnibus suis veris heredibus ... partem suam, que est dimidietas sua bonorum in villa Enemuden sitorum, que Jhoannes dictus Volen et Gerlacus de Medbeke colunt, cum singulis ipsius dimidietatis sue bonorum appendiciis ac usufructibus universis tam in dicta villa Enemuden quam extra villam perpetue et hereditarie possidendam. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, octava Laurentii.

Urschr. StA Münster, Abtei Corvey, Urk. Nr. 137. Das angehängte Siegel ist abgefallen. Auf dem Streifen die gleichzeitigen Worte: ...] de Clinge, iudex, Thidericus de Kertorp, Rodolfus de Clinge, Detmarus Sandri, Hermannus de Lon ... Non vult scire sac̄[... *Ob Bruchstück des Konzeptes zu obiger Urkunde?*

[1] Die Ratsliste ist die gleiche wie zum 8. Juli dieses Jahres (vgl. o. Nr. 1709), nur heißt der letzte Ratsherr Jhoannes dictus parvus Jhoannes

1718

1318 August 20

Der Bäcker Heinrich und seine Frau in Fritzlar verkaufen den Testamentsvollstreckern des Nordheimer Propstes Luppold eine Rente.

In nomine Domini amen. Nos Henricus pistor et Elizabet coniuges, dicti de Hersfelde, opidani Fritslarienses, recognoscimus omnibus presentibus et posteris presentes litteras inspecturis tenore presencium publice protestando, quod honorabilibus viris dominis Gerhardo, .. decano, et Hermanno de Ittere, .. canonicis ecclesie Fritslariensis, et Petro plebano in Urphe, .. officiali prepositure Fritslariensis, Volperto dicto Storm necnon magistro Johanni, .. notario civitatis Fritslariensis, testamentariis ac manufidelibus honorabilis viri domini Luppoldi, quondam .. prepositi Northemensis et .. scolastici ecclesie Fritslariensis, manu communicata cunctis nostris heredibus veris consencientibus unam libram denariorum Fritslarie dativorum pro precio duodecim librarum predictorum denariorum iusto empcionis et vendicionis titulo vendimus et vendidimus supra domum nostram et fundum ipsius Fritslarie, sitam in vico iuxta capellam beati Johannis baptiste in facie retro curiam Conradi de Holzhem, ad altare, quod honorabilis vir dominus prepositus et .. scolasticus predictus in ipsa ecclesia Fritslariensi constituit et dotavit, quos denarios duobus temporibus in anno, videlicet in Nativitate beate Marie virginis gloriose *(= 8. Sept.)* decem solidos et in festo Pasche decem solidos vicario predicti altaris, qui pro tempore fuerit, nos vel quicumque dictam domum nostram emerit, inhabitaverit seu habuerit post nos perpetuis temporibus absque dilacione qualibet sub pena, que dicitur ‚busse', persolvemus et presentibus solvere promittimus pro vino et luminibus per anni circulum in predicto altari prefati vicarii infra missam ac in anniversario predicti domini .. prepositi et scolastici ultra sepulcrum ipsius de vespere infra vigilias et de mane infra missam animarum ardentibus fideliter[a] comparandis, quemadmodum in testamento prefati domini prepositi plenius invenitur. Insuper super dictam domum nostram ac fundum ipsius censum et pensionem vendere non debemus nec facere ampliorem quacumque necessitate nobis seu nostris posteris ingruente. Promittimus eciam contra predicta non venire verbo vel facto, per que presens vendicionis contractus per nos aut nostros heredes posset inposterum infirmari. Huius facti testes sunt honesti viri Conradus Rufus, Hartmůdus Vingerhůt, Volpertus Storm, Guntherus, Johannes de Nuwenborg, Conradus de Waldeken, Henricus de Lucowe, succentor, et Ysfridus, vicarii et socii ecclesie Fritslariensis, Conradus et Henricus de Holzhem et Johannes Knorre, opidani Fritslarienses, et plures alii fide digni. *Siegel* .. officialis et vicariorum ecclesie Fritslaricasis.

Datum anno Domini M°CCC°xviij°, xiij°Kalendas Septembris. Nos Henricus clericus, Elizabet et Ermentrudis, heredes veri Henrici pistoris et Elizabet de Hersfelde predictorum huic vendicioni plene consentimus et simpliciter per presentes. Datum ut supra.

Urschr. StadtA Warburg, Urk. Nr. 18, mit zwei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1) Offizial der Propstei zu Fritzlar auf Faltstuhl (im runden Feld sitzender Bischof (?) mit Schlüsseln und Kreuzstab in den Händen; U.: +S(IGILLUM) JUDICIS FRITSLARIENSIS PREPOSITI), 2) Vikare zu Fritzlar (im spitzovalen Feld steht (weibl.?) Figur, die Linke auf Schwert stützend; U.: ... VICARIORUM PARR ... (Bruchst.). Rückschr. (16. Jh.): Littera super uno talento denariorum de quadam domo in vico sancti Johannis baptiste pertinens ad altare in choro sancti Petri pro vino et luminibus pro dicto altari et pro luminibus in anniversario et visitatione sepulchri circa sepulchrum in vigiliis et missa comparandis. – *Regest: INA 4,1 S. 44 Nr. 47.*

[a] Aus videliter verbessert

1718 a

1318 August 21

Die Herren von Schonenbourg[a] *geloben dem Erzbischof Balduin von Trier, ihn solange er lebt, auf Burg und Haus* Chonenburg[a] *zu allen Zeiten und gegen jedermann aufzunehmen* (zu inthalden) *außer gegen den römischen König, den Erzbischof von Mainz, den Pfalzgrafen vom Rhein und den Grafen Wilhelm von Katzenelnbogen.*

Gegeben 1318, des mandages na unser vrowen dage, dat man die wurze wiet.

Abschr. (A) StadtA Trier, Balduineum Bl. 800. – Druck (B) (nach der Urschr.) Hoefer, Auswahl der ält. Urkunden S. 129. – Regest, Vogt, Mainzer Reg. 1 Nr. 2039.

[a] B: Schonenburg

1719

1318 August 22

Ritter Giso von Gudensberg verkauft Raveno von Kanstein genannte Güter.

Nos Gyso de Gudensberch, miles ... de bona voluntate et consensu omnium heredum et coheredum nostrorum quorumcumque vendidimus vendicione reali et perfecta ac vendimus valido Ravenone (!) de Kansteyn ac filiis et heredibus suis universis iure hereditario perpetue possidendum curiam nostram in villa Nuttelen sitam et septem mansos agrorum ad eandem curiam proprie pertinentes, et predium nostrum in Snefelde atque curtim nostram in Kerckelren cum omnibus pertinenciis, attinenciis, usufructibus et proventibus in villis et extra villas prenominatas ... pro septuaginta novem marcis gravis monete denariorum usualium Paderborne, Warborch et in Montemartis currencium nobis bene et integre pagatis et solutis. *Er verzichtet auf alle Rechte und gelobt Währschaft. Gyso siegelt und mit ihm Ritter* Stephanus de Valkenberch *und die* burgences in Volcmersen: Thidericus de Lechtenvils, proconsul, Hinricus Bibulus, Eggehardus, Borchardus de Benvilte, Goscalcus Wiberti, Johannes Vrolike, Borchardus Kersebom, Henricus Rungolf, Thetmarus Bulle, Hermannus[a] dictus Svarte, Henricus Verndorp, Conradus dictus Romer, consules in Volcmersen.

Datum et actum in octava Assumpcionis beate Marie virginis, anno millesimo tricentesimo decimo octavo, indicione vero undecima.

Urschr. StA Münster, Kl. Dalheim, Urk. Nr. 64, mit noch dem ersten an Pgt.streifen anhängenden Siegel: in frühgotischem geschachten Schild ein Schrägbalken; Umschr.: abgerieben; Abschr. (B) (16. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 128 Bl. 27; dsgl. (16. Jh.) Archiv Alt. Ver. Paderborn, Cod. Nr. 112 Bl. 74^{v} und 99^{v}.

[a] B: Henricus

1720

1318 September 2

Bischof Dietrich von Paderborn schlichtet den Streit zwischen Bernhard von Bodyken *und dem Kloster Hardehausen wegen des durch eigene Unvorsichtigkeit in einem Wirtschaftshof des Klosters zu Tode gekommenen Bruders des Bernhard.*

Vor Theodericus Dei gracia episcopus ecclesie Paderbornensis *verzichtet* Bernhardus de Bodyken, civis in Paderborne, *auf* omnem rancoris materiam, quam habuerat adversus viros religiosos .. abbatem

et .. conventum de Herswidehusen, Cysterciensis ordinis, seu quamcumque personam singularem, quam[a] factum tangere posset, propter mortem quondam Conradi, fratris ipsius Bernhardi, qui olim in quadam grangia predicti monasterii ex sua propria temeraria presumpcione interiit, et ad hoc idem Bernhardus, ut clarius paterescet innocentia fratrum conversorum et aliorum hominum tunc in predicta grangia existentium, promisit bona fide et se obligavit eisdem religiosis pro universis liberis sororum suarum, pro Wylhardo de Holthusen, milite, Wylhardo de Etlen, Wilhardo de Drevere, famulis, et generaliter pro universa parentela sua et sui fratris, quod ipsi pariter aut divisim super morte predicti Conradi prefato monasterio aut eius personis seu persona nullam molestiam inferent nec aliquam movebunt in perpetuum actionem, et qiudquid precesserat dissencionis inter partes, hoc totum esse debet absque aliqua difficultate plene et plane terminatum, compositum et finitum. *Zeugen:* magister Ludolphus, decanus sancti Petri, Hermannus de Herse, miles, Lutbertus Westphal, dapifer noster, Henricus Bolemast, famulus, et alii fide digni. *Der Bischof siegelt.*

Datum IIII° Nonas mensis Septembris, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 452, Siegel verloren. Rückschr. (14. Jh.): Renunciatio Bernhardi de Budeken.

[a] Aus quem verbessert

1721

1318 September 7 Hausberge

Edelherr Gerhard zum Berge, Stiftsvogt von Minden, und sein Sohn Wedekind stiften in Schildesche eine Familienmemorie.

... Gerardus nobilis dominus de Monte et advocatus in Minda, ac Wedekindus nobilis domicellus, eius filius, cum concencu et ratihabicione nostrorum verorum heredum damus et assignamus ecclesie sancte Johannis in Scildessen proprietatem minoris domus in Guntenhusen pro salute nostrarum animarum et pure propter Deum, ut nostra et nostrorum predecessorum memoria singulis annis in festo Justi et Artenii *(= 11. Oktober)* memoria fideliter habeatur, ita quod vigilia predictorum martirum de vespere conventus eiusdem ecclesie vigilias solempnes observabunt et sequenti die missa animarum posito coram altari panno cerico cum quatuor luminibus, ac si presens mortuus aliquis appareret. Ad quod protestandum nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum in castro Montis anno Domini M^mo^CCC^mo^XVIII°, vigilia Nativitatis beate Marie virginis.

Urschr. StA Münster, Stift Schildesche, Urk. Nr. 47, mit zwei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Gerhard vom Berge (WS I 34,11), 2. Wedekind vom Berge (WS I 34,13) mit RS (WS I 35,1). Abschr. (um 1500) ebd., Msc. VII Nr. 3345 Bl. 5. – Regest: WUB 10 Nr. 601.

1722

1318 September 12

Die Stadt Paderborn räumt dem Johannes mercatoris *das Rückkaufsrecht einer Rente ein.*

Nos .. proconsules et .. consules civitatis Paderbornensis tenore presencium recognoscimus, quod Johannes, filius quondam Bertoldi mercatoris, noster civis, et sui legitimi heredes redditus unius marce denariorum Paderborne legalium, nobis per ipsum Johannem cum pleno consensu sue .. matris et omnium suorum .. heredum et coheredum iuste venditos in domo sua lapidea, sita apud domum nostre

civitatis dictam ‚Hert', reemere poterunt singulis annis infra quatuor annos continuos a festo beati Michahelis nunc proximo instante *(= 29. Sept. 1318)* numerandos pro duodecim marcis denariorum Paderborne adeo legalium, quod sedecim solidi constituant marcam argenti soluta pro termino temporis pensione. Quam reemptionem si non fecerint infra predictos quatuor annos, extunc prefati annui redditus unius marce ad nos et ad nostram civitatem perpetuo pertinebunt. Preterea concedimus antedicto Johanni et suis .. heredibus, ut structura seu edificium, per ipsum Johannem erectum apud dictam suam domum, maneat et stet tam diu, donec domum nostram dictam ‚Hert' de novo construere voluerimus et edificare, quia extunc ipsi cum dicto edificio nobis cedent ubicumque in edificando ius non habent. *Stadtsiegel.*

Datum feria tercia ante Exaltationem sancte Crucis, anno Domini millesimo ccc°xviij°.

Urschr. StadtA Paderborn, Urk. Nr. 19, mit abhängendem Stadtsiegel (WS II 78,6); Rückschr.: Anno 1547 fuit Hennig Wilhelmi dominus retroscripte; *dsgl. (18. Jh.):* N 74 Litt. C; 23; *dsgl. (19. Jh.):* N. 50 Treller Nr. 17. – *Regest (1751) Archiv Alt.Ver. Paderborn, Acta 55 Bl. 20 (Archivrep. C 74).*

1723

1318 September 13 Paderborn, Dom

Der Vicepropst der Paderborner Kirche spricht in dem Streit zwischen dem Kloster Brenkhausen und Hermann Tvye *in Salzkotten Recht.*

Nos .. viceprepositus ecclesie Paderbornensis notum facimus et ad omnium cupimus noticiam pervenire, quod sub anno Domini M°CCC°XVIII°, Ydus Septembris, in causa, que vertitur et vertebatur inter provisorem monasterii Berinchosen, Cysterciensis ordinis, nomine illius monasterii ex una et inter Hermannum dictum Tvye, opidanum in Soltkoten parte ex altera super uno salis opere ibidem auditis peticionibus et iuribus parcium lite contestata et testibus productis examinatis et attestationibus publicatis concluso, quod in causa partibus sententiam proferri petentibus de consilio prudentium secundum ea, que vidimus, audivimus et cognovimus sentenciando pronunciamus, prefatum Hermannum aut heredes suos nichil omnino iuris habere racione hereditatis seu hereditarie successionis in opere salis supradicto, sed idem Hermannus vel sui heredes tenere et habere debent illud opus salis, de quo est questio, eo iure, modo et forma, sicut in Soltkoten alia salis opera a dominis in Herswidehusen communiter tenentur, recipiuntur et habentur. Pronunciatum in ecclesia Paderbornensi anno Domini et die ut supra. In cuius testimonium sigillum .. prepositure Paderbornensis presentibus litteris est appensum. Datum ut supra.

Urschr. SchloßA Corvey, Kloster Brenkhausen, Urk. Nr. 141; das am Pgtstreifen anhängende Siegel ist abgefallen.

1724

1318 September 15

Der Vicepropst der Paderborner Kirche beurkundet den zwischen dem Kloster Brenkhausen und Hermann Tvye *in Salzkotten geschlossenen Schiedsvertrag.*

Nos .. viceprepositus ecclesie Paderbornensis protestamur, quod per quatuor amicabiles compositores a partibus infrascriptis ad hoc concorditer electos omnis dissensio, que suborta fuerat inter provisorem monasterii de Berinchosen ex una et inter Hermannum dictum Tvye, opidanum in Soltkoten, parte ex altera super uno salis opere ibidem totaliter fuit sedata et terminata in hunc modum:

.. Provisor monasterii predicti locavit Hermanno predicto et suis veris heredibus istud opus salis ad decem annos a Nativitate Domini nostri proximo futura *(= 25. Dez. 1318),* incipientes et continue currentes et triginta septem cum dimidio centenarios plumbi ponderati pro centum capisteriis salis. De quibus dabit Johannis baptiste *(= 24. Juni)* quinquaginta et iterum quinquaginta Michaelis *(= 29. Sept.)* quolibet anno futuro. Et sub eisdem decem annis, si pensionem istam salis prenarrati non solvit secundum consuetudinem illam, que in solutione pensionum in Soltkoten communiter observatur, tunc statim eo ipso perdit idem Hermannus et sui heredes gratiam annorum residuorum et illud opus redibit cum plumbo suo ad liberam dispositionem et locationem monasterii in Berinchosen supradicti. Item sub eisdem decem annis prefatus Hermannus et sui heredes domum salinarem edificare, reficere, emendere et conservare et omnia alia onera sive ‚borcwerch' sive quecumque alia onera interim occurrencia, quibuscumque nominibus nuncupentur, subire et facere suis expensis preter subsidium predicti monasterii tenebuntur. Preterquam si generalis omnium operum salis in Soltkoten ex incendio actualiter facto vel forsitan comminato per hostes opido, quod absit, circumvallato vastitas evenerit et si pro periculo tali evitando expense communiter fierent per omnes loci illius habitatores, in istis duobus casibus, quidquid fratres de Herswidehusen suis pensionariis gracie facerent, eandem graciam illi de Berinchosen prefato Hermanno et suis heredibus impendere tenebuntur. Predictis decem annis elapsis opus salis supraditum cum plumbo supra enarrato prefatus Hermannus et sui heredes reddere et representare predicto monasterio de Berinchosen et eius nunciis absque omni contradictione liberaliter tenebuntur, ut illud opus cum suo plumbo extunc valeant pro suo libito voluntatis libere ordinare. Testes presentes aderant dominus Ludolphus, decanus sancti Petri, dominus Godfridus, prepositus Rurensis ecclesie in Paderborne, Johannes et Godfridus, eius capellani, Fredericus de Molhem, clericus, Johannes Regenhardi et dictus Dratwegh, Everhardus dictus Scele, Conradus dictus Smegden, Ludolfus Kabel, pro testibus ad hoc evocati. *Siegel der Dompropstei.*

Actum et datum in crastion infra Exaltacionis sancte Crucis, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Urschr. SchloßA Corvey, Kloster Brenkhausen, Urk. Nr. 242; das Siegel ist von der grün-weißen Schnur abgefallen.

1725

1318 September 17

Statuten der Kalandbruderschaft an der Stiftskirche St. Maria-Bielefeld.

In nomine Domini amen. Anno a Nativitate eiusdem M°CCC°XVIII°, Kalendis Octobris XV°, decanus, camerarii, prepositi, procuratores ceterique officiorum et negotiorum gestores, universi ac singuli confratres infrascripti confraternitatis Kalendarum ecclesie sancte Marie Bileveldensis civitatis omnibus eiusdem fraternitatis amatoribus et succedere cupientibus in eadem necnon Christifidelibus universis tam presentibus quam futuris gaudium et salutem ac avidius refici donis et gratia Spiritus septiformis. Attendentes igitur, quia hec est vera fraternitas inconcussa nec per debellacionem certaminis violata, que divine protectionis clippeo communita figi non sinit sevientis inimici iacula toxicata, immo sordium spurcitiis omnibus extirpatis uberrimis virtutum floribus expolitur, quod tunc utique adipiscitur, cum mutue continueque caritatis vinculo, in qua omnium virtutum precepta precipue radicantur, fuerit ipsa fraternitas adunita, quam extollens apostolorum ille princeps egregius inquit per eam peccatorum multitudinem operiri, nos fraternitatem predictam a nonnullis nostris precessoribus tam vivis quam mortuis in laudem videlicet Dei eiusque genitricis Marie virginis gloriose preordinatam et conceptam approbantes et pro nostre pusillanimitatis modulo in statum debitum pro divini cultus amplicatione in

animarum nostrarum remedium in Domino reformare cupientes omnia et singula statuta in instrumento presenti super ipsis confecto contenta et cum deliberatione sufficienti et maturitate debita ordinata, fide corporali mutuo prestita decrevimus inviolabiliter observari, quemadmodum ab omnibus nostris confratribus in posterum successuris aut recepturis fieri volumus, qui sub eadem fidei datione hec servanda promittent et non alias, nisi id promiserint, recepturi.

Statuimus itaque inprimis, ut fratrum numerus XXIIII^{or} non excedat, quorum XII erint de circumiacentibus villis prope limites civitatis et ecclesie Bileveldensis predicte plebani seu ecclesiarum et capellarum rectores, beneficiati vite et conversationis laudabilis et honeste, XII vero domini canonici et beneficiati infra muros Bileveldenses una cum quibusdam militibus et famulis tantum honestis ibidem commorantibus, qui de voluntate et consensu omnium confratrum et eorum approbatione voluntaria et non alias assumentur. Et cum aliquis de fratribus extra civitatem beneficiatus decesserit, successor suus, si decreverit, in confraternitatem loco defuncti recipi debebit, si infamie vite vel conversationis inpedimentum legitimum non obsistat. Dominis autem canonicis Bileveldensibus fraternitatem ingredi volentibus non est denegandus introitus ad eandem.

Preterea confratres bis in anno convenient pro perseverantia fraternitatis et aliis incumbentibus salubriter tractaturi. Et ne alicui fratrum detur materia se occasionaliter absentandi, cautum est, ut in loco tuto et munito Kalende predicte seu conventio celebrentur, ne propter terre statum perniciosum, quem in deterius commutari cottidie fide conspicimus occulata, tam laudabile consorcium molestari valeat et ab invasoribus iniquis tamquam lupis rapacibus perturbari, statuimus, ut conventio seu congregatio predicta in Bilevelde habeatur.

Convenient itaque dominicis post Ascensionem Domini et Exaltationem sancte Crucis *(= 14. Sept.)* proximis adeo tempestive, ut divinum officium videlicet vespere de beata virgine et vigilie maiores cum processione et sollempnitate debita valeant consumari, sequenti vero die mane matutine cum ceteris horis canonicis suo tempore ita tamen, quod missa pro defunctis fratribus cum collecta ‚Deus venie largitor' immediate post primam sollempnitatem decantentur, et post intervallum conpetens facta processione sollempni summa missa de beate virgine cum collecta ‚Deus, qui karitatis dona' etc. sollempnitate simili celebretur. Et si quis aliquo predictorum officiorum vesperis, videlicet vigiliis, matutinis, processionibus et missis officialibus dumtaxat exceptis negligenter defuerit, penam duorum denariorum de singulis officiis neglectis se noverit incurisse.

De ministris altaris et chori provisoribus et lectoribus in refectorio de vespere decanus cum camerario providebit, prout ipsis visum fuerit expedire. Volumus nichilominus, ut fratres, cum convenerint, vespere et mane invicem reficiantur et tam in choro quam inter epulas se exhibeant reverenter.

Nec sint inter fratres rixe, contenciones, odia, susurrationes, turpiloquia, convicia, ex quibus discenciones, scandala ac indevocio suscitantur. Contrarium attemptantes seu rebelles aliquo premissorum penis infra notatis et debitis irrefragabiliter decernimus puniendos.

Ordinamus igitur, ut procurator epularum seu prepositus, qui secundum ipsum attingentem ordinem principalem vel revolutum pro tempore fuerit deputatus, si in civitate Bileveldensi domicilium per se non habuerit, de hospicio condecenti et honesto pro commodo refectionis in novo oppido Bileveldensi fratribus provideat, in quo laute procurans fratres in amministratione ferculorum numerum quinarium non obittat. Quilibet autem fratrum tam absens quam presens VIII denarios pro suis et quatuor pro famuli sui expensis et obolum ad elemosinas erogabit.

Cum etiam procuratoris intersit, providere de vino fratribus et convivis, unusquisque pro rato, quo consumpserit vinum persolvet[a)], prout procurator sibi dinoscitur comparasse. Nec ullus fratrum occasione aliqua recedet ab hospicio nisi omnibus rite peractis et expensis cum vino plenarie persolutis. Debitum expensarum ab absentibus camerarius per nuncium proprium requiri faciet; quod si immediate

non transmiserit nuncium, per eundem contra tales tam pro contumaciosa quam pro violatione fidei, prout fratres decreverint, procedatur. Camerarius autem inter epulas non sedebit, sed cum ministris dispensabit, ne convivantes defectum aliquem paciantur. Si quis etiam post licenciam datam a camerario de hospicio presumptuose recedere recusaret, prepositum cum ministris in refectionis commodo perturbando, vel si quis fratribus vel fratri conviciando, rixando seu aliquo predictorum viciorum vel insolenciarum verbis aut factis excederet, pena decani et confratrum arbitrio moderanda et secundum exigenciam culpe et excessus quantitatem estimanda nihilominus punietur.

Preterea cum confusio et infinitacio in omnibus causis et negotiis merito evitetur, quam ex inepta multitudine frequencius perpendimus evenire, sanximus, ut hospes aliquis a procuratore vel aliis nullatenus invitetur, nisi forsan hospites aliquos honestos aliunde supervenire contingeret, quos decanus et camerarii de fratrum consilio expensis fratrum communibus absque prepositi seu procuratoris gravamine et periculo invitabunt. Si quis vero contra hec aliquem presumpserit invitare, sine relaxatione solidum solvet fratribus pro quolibet invitato.

Preterea statuimus et ordinavimus, ut unusquisque fratrum in fraternitatem Kalendarum predictarum receptus vel in posterum recipiendus, qui gaudere desideravit presenti privilegio et consorcio prenotato, marcam denariorum Hervordensium decano et fratribus et talentum cere vel eius equivalens ad luminaria libere assignabit, quam pecuniam una cum oblacionibus tempore Kalendarum oblatis et rebus aliis ad fraternitatem pertinentibus legatis vel legandis decanus et camerarii fideliter conservabunt et de fratrum consilio pro utilitate communi fraternitatis et fratrum cum eadem pecunia redditus comparabunt, de quibus redditibus confratribus, qui presentes extiterint tempore Kalendarum et divinis officiis interfuerint antedictis, presencia seu consolacio pecuniaria distribuetur secundum quantitatem et comparandorum reddituum incrementum. Et si, quod absit, aliquis fratrum ad tantam rerum penuriam deveniret, extunc eius inopie de eisdem redditibus tam in exequiis quam vestibus, prout facultas suppetit, succurratur ceteraque, que ad ipsam fraternitatem necessaria videbuntur, ab ipsis decano et camerariis debite dispensentur.

Et anno transacto fratribus post Exaltacionem sancte Crucis *(= 14. Sept.)* convenientibus decanus et camerarii de expositis et receptis fratribus tenebuntur reddere rationem canonice etiam Bileveldensibus, qui in predicta fraternitate non fuerint, si presentes in choro tempore divinorum extiterint, presencia si recipere voluerint, non negetur.

Ceterum cum modicum sit congregari fratres pro refectione corporis escis corporaliter delicatis, nisi etiam congregentur, ut succurratur animabus post decessum pro refrigerio vitalibus alimentis, statuimus, ut omnes confratres ad exequias fratrum defunctorum, si in terminis decesserint, conveniant vespere ad vigilias et mane ad missam sub expensis defuncti. Si vero non sufficeret ad expensas defunctus, extunc propriis sub expensis, nec super eo se quisquam poterit excusare, nisi causa valde rationabili, que decano et fratribus sufficere videatur, alias absenciam suam cum sex denariis expurgabit et insuper de singulis tam vigiliarum quam missarum officiis cum oblationibus ad hoc debitis duos dabit denarios pro emenda. Veniant nihilominus sacerdotes singuli nostre fraternitatis mane ad exequias, ut predicitur, adeo tempestive et muniti, ut unusquisque ad executionem officii sui habilis et dispositus ibidem missam celebret por defunctis. Layci vero et inhabiles unusquisque missam pro defunctis procurabit per alium celebrari. Si autem constaret, aliquem notorie tunc temporis ad celebrandum inhabilem vel propter defectum temporis vel alias legitime inpediri, extunc defectus vel impedimenta huiusmodi intra triduum continue subsequens omni occasione postposita supplebunt. Si autem extra terminos decedere contingeret quemquam fratrum vel in religione quis decumberet debitum fraternitatis observans, extunc decanus citabit omnes confratres ad aliquem terminum deputatum et ad ecclesiam Bileveldensem convenient, in qua exequie ipsius, ac si presens esset defunctus, sollempnitate simili a fratribus peragentur. Tricesimum autem ipsius defuncti tam vigiliis quam missis et oblacionibus in ecclesia propria quilibet observabit.

Questionem etiam inter fratres super debitis vel aliis iniuriis exortam decanus et superiores discucient, reum pena, qua concedet, ut predicitur, puniendo.

Insuper decrevimus, ut, si cui fratrum illata fuerit violencia vel iniuria manifesta, huic omnes confratres consilio et auxilio astabunt sub expensis iniuriam pacientis, si ipsos duxerit requirendos.

Item quilibet sacerdos inter confratres existens tres missas pro vivis et quatuor pro defunctis fratribus annis singulis celebrabit. Qui vero sacerdotes non fuerint nec in ordinibus constituti vel layci, per alios ipsas missas procurabunt annis singulis celebrari et in signum fraternitatis septem ‚Pater noster' cum totidem ‚Ave Maria' cotidie observabunt. Sacerdotes vero et literati orationes huiusmodi observabunt: pro vivis ‚Deus misereatur nostri', ‚Kirieleyson', ‚Pater noster', ‚Salvos fac servos et ancillas tuas', collecta ‚Deus, qui karitatis dona', item pro defunctis ‚De profundis', ‚requiem eternam', Kyrieleyson ‚Pater noster', ‚A porta inferi', collecta ‚Deus, venie largitor' etc.

Preterea decernimus, quod, si, quod absit, fraternitas predicta succumberet aut cessaret, quod tamen speramus summopere precavisse, extunc redditus predicti conparati ad ecclesiam Bileveldensem predictam cedere decernuntur.

Nec minus confratrum omnium memoria bis in anno de redditibus predictis in eadem ecclesia cum distribucione cottidiana presentibus distribuenda perpetuo sollempniter peragetur.

Ordo confraternitatis Kalendarum in Bilevelde in ministrando sive in procurando per singulos annos sic servabitur.

Dominus Henricus Vinco, dominus Christianus, dominus Rolandus, dominus Johannes de Slon, dominus Georgius, dominus Hartwicus, dominus Temmo, dominus Alexander Top, dominus Liborius, dominus Herbordus Nagel, dominus .. decanus de Angara, dominus Lutbertus Westfal, Johannes Nagel, dominus Hermannus de Bracwede, dominus Otto, Ecbertus Vrydach, Hermannus Hanenbom, dominus Everardus, decanus de Widenbrucge, dominus Hermannus de Orlinchusen, dominus Hinricus de Jolenbeke, dominus .. Stapelage, dominus Borchardus scriptor, Winandus de Halen, dominus Tidericus Herinc.

Urschr. StA Münster, Stift St. Marien-Bielefeld, Urk. Nr. 25, mit ursprünglich 24 Siegeln an Pgt.streifen anhängend, von denen nur noch eins (Nr. 7) erhalten: Egbert von Oldendorf (Abb. II 181). Auf der Rückseite der Urkunde stehen unterhalb der Siegelstreifen die Namen der Siegler, die zum Teil von denen der Aussteller der Urkunde abweichen: Georgius, Rolandus, Hinricus de Lemego, Johannes de Slon, Bernhardus de Lodere, Liborius, Johannes Levoldus de Guterslo, Johannes Blomberge, Cristianus, Bracwede, Orlinchusen, Stapelage, Jolenbeke, Hartwicus, Hepen, Themo, Alexander Top, miles, Herbordus Nagel, miles. *Druck: Bielef. UB S. 73–77 Nr. 127. Ebd. in den Anmerkungen die Abweichungen bzw. Ergänzungen der Neufassung der Statuten vom 1. Juni 1346.*

[a] Fehlt in der Urschrift, ergänzt aus der Neuausfertigung der Statuten von 1346.

1726

1318 September 22

Vor dem Rat der Neustadt Herford überweist Johannes dictus Credo, noster coopidanus dilectus, accedente super hoc consensu firmo bonaque voluntate Petronille, sue conthoralis legitime, ceterorumque suorum heredum legationis tytulo, cum de anime sue prospiceret salute, ... plebano nostre ecclesie, qui pro tempore fuerit, sex solidorum redditus Hervordensis monete legalis eidem singulis annis in festo beati Michaelis *(= 29. Sept.)* ex quatuor casis sitis extra portam montis ad latus sinistrum, dum itur

versus Lemego, perpetuo tempore persolvendo, hac tamen pro gratuita recompensa videlicet, quod memoria dictorum coniugum Johannis et Petronille alteriusque quondam sue legitime in dicta ecclesia per ipsius plebanum, qui pro tempore fuerit, iugiter habeatur. ... Hermannus Wlfart, Florikinus de Lon, Johannes de Lon, Johannes Bollemann senior, Johannes de Lippia, Arnoldus de Lubbeke, Gerhardus de Hagen, Everhardus de Jolenbeke, Johannes de Bredenbeke, Longus Enchelbertus, Borchardus Sardo, Bertoldus Westerhusen, Everhardus de Pedelen iunior, consules, *künden das Stadtsiegel* (sigillum nostre universitatis) *an.*

Datum in crastino Mathei apostoli et ewangeliste, anno Domini M°CCC° decimo octavo.

Urschr. StA Münster, Stift St. Johann und Dionys-Herford, Urk. Nr. 38; das angehängte Siegel ist verloren.

1727

1318 September 26

Vor dem Rat der Neustadt Herford verkauft Johannes dictus Bolleman iunior, protunc provisor fabrice ecclesie beati Johannis in nostro opido, ... domino Johanni, tunc temporis nostro plebano, in domo et area Arnoldi Richterinc sex solidorum redditus perpetuos pro quadam summa, quam dictus Johannes Bollemann se asseruit in usum fabrice prefate ecclesie convertisse. Hos quidem redditus, qui singulis annis in festo Mychahelis *(= 29. Sept.)* solvi debent, prefatus dominus Johannes, noster plebanus, poterit dare, legare in toto vel in parte et omnino ipsos divertere pro suo libitu voluntatis. *Der Rat:* Hermannus Wl(f)hardinc, proconsul, Florekinus de Lon, Johannes Bolleman senior, Johannes de Lippia, Arnoldus de Lubbeke, Gerhardus de Haghen, Everhardus de Jolenbeke, Longus Engelbertus, Borchardus Sardo, Bertoldus Westerhusen, Everhardus de Pedelen iunior, *künden das Siegel der Stadt an.*

Datum feria tercia ante festum beati Mychahelis, anno Domini M°CCC° decimo octavo.

Abschr. (14. Jh.) StA Münster, Stift St. Johann und Dionys-Herford, Urk. Nr. 32, zusammen mit anderen Urkunden der Neustädter Kirche. Die Überschrift lautet: item de domo prepositi de Quernham ij solidi, item in domo dicte Notelingescen ij solidi. Item in parva domo, que iacet ibi ante, ij solidi.

1728

1318 September 28

Der Erzbischof Heinrich von Köln gewährt auf Bitten des früheren Abtes Reiner von Hardehausen (Hersewythusen), *seines früheren Familiaren, für das von dem Ürdinger Bürger Heinrich* Jagevel *und seiner Tochter Druda dem Kloster Kamp geschenkte Haus in Ürdingen die Freiheit von allen Abgaben* (absoluta a vigiliis, contributionibus, exactionibus, angariis et perangariis), *so wie Erzbischof Siegfried der Abtei die gleichen Freiheiten bereits für ein anderes Haus bewilligt hatte.*

Datum in vigilia beati Michaelis archangeli, anno Domini M ccc xviii°.

Urschr. HStA Düsseldorf, Kloster Kamp, mit dem am Pgt.streifen anhängendem Siegel des Erzbischofs (RheinS I 20,3). – Regest: RegErzbKöln 4 Nr. 1072.

1729

1318 September 29

... de edelen man Simon, en herre to der Lippe, provest Bernart van Minden, sine sone *und andere sind Zeugen bei der Überlassung aller Besitzungen des Edelherrn Wedekind von dem Berg zwischen der Brücke zu Lahde und Nienburg an den Grafen Otto von Hoya.*

Dat is geschen na Godes bort dusent iar und drehundert iar, in deme achtegheden iare, in deme hilghen daghe sunte Micheles.

Urschr. StA Hannover, Celle, Or. Des. 13 Schrank IX, Kapsel 30, Abt. 3 Nr. 3. Hier nach dem Druck im WUB 10 Nr. 604 (mit weiteren Hinweisen). – Erwähnt Lipp. Reg. 2 Nr. 638 Anm.

1730

1318 September 29

Ritter Raveno von Kalenberg verkauft Herbold von Pappenheim ein Sechstel des Zehnten zu Menne.

Nos Raveno de Calenberg, miles, ... sextam partem decime site in Menne cum omnibus suis usufructibus et pertinentiis pro tredecim marcis puri argenti Herboldo de Papenheim, militi, nostro consanguineo, et suis heredibus vendidimus in hunc modum, quod ipsam partem prefate decime infra tres annos continue subsequentes omni die et omni hora pro antedicta pecunia, quandocumque ipsam habere poterimus, reemendi liberam habebimus facultatem. Si vero, quod absit, huiusmodi termino in reemptione memorate partis decime negligentes fuerimus, extunc fide data promisimus, eandem partem decime coram dominis, qui huiusmodi decimam conferre solent, resignabimus, et ipsam supradictus Herboldus et sui heredes iure hereditario perpetuis temporibus possidebunt. *Zeugen:* Hermannus de Rotwardessen, Johannes, frater suus, Adolphus de Budelstorp, famuli, et alii quam plures fide digni. *Raveno siegelt.*

Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, in die feria[a)] Michaelis archangeli.

Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Dep. von Pappenheim, Nr. 2 (Kopiar) Bl. 106.

[a)] Wohl irrig statt sancti

1731

1318 September 29

Erbteilung der Gebrüder von Medrike.

Ego Tydericus de Medrike,[a)] miles, omnibus presens scriptum visuris et audituris notum esse cupio publice profitendo, quod paternalem hereditatem meam et Tyderici, fratris mei, famuli, divisi et divido in hunc modum: In primis pono castrensem residenciam dictam ‚borchsete' in Cughelenberg, ad quam appono redditus quatuor marcarum in opido Volkmersen[b)] spectantes ad huiusmodi residenciam. Item appono curiam dictam Stenhoff,[c)] sitam in Medrike, cum omnibus suis usufructibus et appendiciis in campis, pratis, silvis et paschuis. Item appono bona sita in superiori Rȏde[d)] cum suis usufructibus et redditibus pullorum, item bona in superiori Elsingen sita cum suis usufructibus, item casam dictam ‚kote' in inferiori Elsingen, item bona in Esikessen[e)] et in Aldaghessen cum suis usufructibus et iuribus, item bona in superiori Warolderen cum suis usufructibus et iuribus, item duos mansos in Horlere cum

suis usufructibus, item advocaciam in Culte cum omni iure et hominibus spectantibus ad ipsam, item advocaciam in Eschosen[f] supra quinque mansos. Omnia ista bona prenotata una cum castrensi residencia in Cůghelenberg[g] pono in recompensam solius castri in Mederike. Item pono medietatem curie site in Mederike, dicte Ammethof[h] cum suis usufructibus, quam colit dictus .. Slottere, una cum iusta area dicta ‚anlaga'[i] quam possidet Tydericus opilio. Et redemi quatuor iugera sita in uno loco spectancia ad eandem curiam pro octo marcis denariorum Volkmersen[k] usualium. Horum quatuor iugerorum cedent duo fratri meo predicto et alia duo cedent michi, et si idem frater meus vult rehabere sua duo iugera, dabit mihi prehabitas octo marcas. Item pono duos mansos in Mederike cum suis usufructibus, quos colit Wygandus, et aream dictam ‚anlaghe', quam possidet Conradus Longus, et aream, quam possidet Johannes de Elsingen. Item appono unum mansum situm in Mederike cum suis usufructibus et aream dictam ‚anlaghe', quos habet Johannes Slottere. Item appono unum mansum situm in Mederike cum suis usufructibus, quem colit dictus Stenwerc[l] et aream dictam ‚anlaghe', quam possidet Tilo Helwici. Item pono curiam sitam in Ossendorp cum suis usufructibus et[m] cum duabus areis casarum dictis ‚kotenstede'[n] ibidem in recompensam trium mansorum et dimidii propriorum sitorum in Mederike. Item pono novem areas casarum dictas ‚kotenstede' sitas in Mederike in recompensam molendini et piscine ibidem. Istarum autem novem arearum unam possidet dicta Duvenbenesche; item Johannes pistor possidet unam aream, item Hermannus dictus Oden possidet unam, item Jutta Reghelindis unam, item Crônesche, item dictus Rogge unam. Item pono quatuor areas casarum dictas ‚kotenstede' sitas in Mederike in recompensam duarum arearum casarum dictarum ‚kotenstede' sitarum[o] ibidem. Istarum autem quatuor arearum casarum unam possidet Wesselus, item dictus Leitvordrif[p] possidet unam, item dictus Scheverstein possidet unam, item quarta area est hortus desolatus. Item pono unum solidum denariorum, quem dat annis singulis dictus Slottere in recompensam aree dicte ‚kotenstede' site anten castrum Mederike et ante pratum dictum Westerwese. Item pono quartam partem et sextam decimam partem decime site in Wytmare.[q] Item silvana comecia dicta ‚holtgraschap' est indivisa. Item quedam silvana hereditas dicta alias ‚der[r] achtwort' est indivisa. Item bona inpheodata dicta ‚vorlent gud' sunt indivisa. Omnia ista bona memorata cum omnibus suis usufructibus, iuribus et appendiciis in campis, silvis, pratis et pascuis spectabunt perpetuis temporibus ad castrensem residenciam in Cughelenberg[s] antefatam. Item quartam partem ville in Holthusen una cum quarta parte decime ibidem pono residenciam ad eandem. Ex quo ego Dydericus de Mederike, miles supradictus, divisi et equali divisione,[t] prout melius potui, officium in Mederike spectans ad monasterium in Herse. Si quis possidet prenominatam castrensem residenciam in Cůghelenbergh[u] una cum bonis ad eandem deputatis, hic dabit medietatem pensionis monasterio memorato ...[v] Nos vero Tydericus de Mederike, famulus supradictus, Cunegundis, ipsius uxor legitima, et ipsorum heredes publice eciam presentibus profitemur, quod prenominate castrensi residencie dicte ‚borchsete' in Cughelenbergh[w] et antedictis omnibus bonis specialiter ad eandem deputatis ac eciam memoratis universis aliis bonis ad ipsam assignatis renunciavimus et renunciamus litteras per presentes simpliciter et in toto, promittentes fide data, quod huiusmodi renunciacionem perpetuis temporibus ratam habebimus atque firmam.

Ne autem circa premissa in posterum ulla calumpnia valeat attemptari, sigillo mei Tyderici, famuli antedicti, quo omnes usi sumus, duximus presentem paginam roborandam. Et in maiorem eciam certitudinem predictorum ipsam paginam sigillo Olrici de Esschebergh,[x] Ravenonis et Herboldi de Papenhem fratrum, militum, ac Stephani de Haldessen, famuli, petivimus communiri. Nos vero Olricus, Raveno et Herboldus, milites, ac Stephanus, famulus, iam dicti nostra sigilla apposuisse recognoscimus huic scripto. Et nos Raveno et Herboldus, fratres prehabiti, ambo utimur uno sigillo.

Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, in die beati Mychahelis archangeli.

Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4510 Bl. 31v f.; dsgl. ebd., Msc. VII Nr. 4510A Bl. 60v f. und Nr. 4511 S. 321f. und S. 242f. – Druck (B): Spilcker, Everstein, UB S. 270–274 (aus einem alten Urkundenbuch).

a) B: Tyderus de Mederike b) B: oppido Volcmersen c) B: Stenhof d) B: Rode e) B: Essikessen f) B: Esthosen g) B: Cughelenberg h) B: amthof i) B: anlage k) B: Volkmersium l) B: Stenwere m) B: Fehlt n) B: Kotstede o) B: Fehlt p) B: Leitverdrif q) B: Witmare r) B: Fehlt s) B: Coghelenberg t) Hier fehlt divido u) B: Cughelenberg v) B: Fehlen! w) B: Cughelenberg x) B: Escheberg

1732

1318 Oktober 1 Avignon

Papst Johann XXII. beauftragt den Bischof von Paderborn, den Blomberger Bürger Heinrich Waterbekere *und seine Frau Elisabeth vom Ehehindernis der geistigen Verwandtschaft zu dispensieren.*

... venerabili fratri .. episcopi Padeburnensi salutem ...

Petitio dilecti filii Henrici dicti Waterbekere, oppidani in Blomberge, laici, et dilecte in Christo filie Elizabet, uxoris eius, tue dyocesis, nobis exhibita continebat, quod quondam Helemburgis, uxor ipsius Henrici, dum viveret, quendam puerum, filium quondam Johannis de Blomberge, laici et dicte Elizabet, tunç uxoris eius, de sacro fonte levavit. Verum eisdem Johanne, marito predicte Elizabet, et Helemburgi, tunc ipsius Henrici uxore, viam universe carnis ingressis, prefati Henricus et Helizabet cupientes invicem matrimonio copulari bannis prius editis, ut moris est, cum nullus alias se ipsis opponeret, de consilio plebani loci, qui hoc ipsis impedimento non obstante predicto licere dicebat, per verba de presenti matrimonium invicem in facie ecclesie contraxerunt et carnali inter eos copula subsecuta prolem ex dicto matrimonio susceperunt. *Der Papst beauftragt den Adressaten auf Grund päpstlicher Vollmacht, die Ehe zu legitimieren.*

Datum Avinione, kalendas Octobris anno tercio.

Auszug aus dem päpstlichen Registerband (VatA, Reg. Vatikan Bd. 69 Bl. 57 Nr. 177 bzw. Avign. Bd. 11 Bl. 152b. – Regest Mollat II S. 287 Nr. 8489.

1733

1318 Oktober 1

Heinrich von Büren, Domherr zu Münster, besiegelt eine Urkunde des Knappen Brunstenus de Emesbroke *für das Stift in Lippstadt.*

Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, ipso die beati Remigii confessoris.

Urschr. StA Münster, Stift Lippstadt, Urk. Nr. 55 mit dem beschädigten Siegel des Heinrich von Büren (Abb. II 31). Hier nach dem Regest im WUB 8 Nr. 1280.

1733 a

1318 Oktober 4

Herzog Otto von Braunschweig quittiert dem Erzbischof Peter von Mainz über 900 Mark reinen Silbers Braunschweiger Währung und Gewicht für die Hälfte der Burg Schonenberg, *die er und sein Vater Albrecht, der damals noch lebte, an Mainz verkauft haben[1]. Er spricht die Ritter Rabeno von Kalenberg und Heinrich von* Boventen *von ihrem Versprechen los, die Burg nach dem Martinstag*

(= 11. Nov.) ihm als Pfand zu übergeben, falls die Zahlung nicht rechtzeitig erfolge, ebenso alle Ritter, die sich zur Erfüllung des Vertrages verpflichtet hatten.

Datum anno Domini 1318, IV. Nonas Octobris.

Abschr. (14. Jh.) StA Würzburg, Mainzer Ingrossaturbuch 2 Bl. 23. – Druck: Würdtwein, Diplom. Magunt. 2 S. 128. – Regest: Vogt, Mainzer Reg. 1 Nr. 2052.

[1] Vgl. o. Nr. 1716 vom 9. August 1318. Herzog Albrecht der Fette von Braunschweig starb am 22. Sept. 1318.

1733 b

1318 Oktober 4

Herzog Otto von Braunschweig gelobt dem Erzbischof Peter von Mainz für sich und seine Amtleute, auf der Hälfte der ihm verkauften Burg Schonenberg *rechte Burghut zu leisten. Kommt es zu einem Krieg zwischen Mainz und Braunschweig, soll von Schöneberg aus keine Partei geschädigt werden und die Burg in Frieden bleiben. Die Burgleute, die sie auf die Burg setzen, sollen beiden Fürsten huldigen. In Kriegen zwischen Mainz und Braunschweig sollen die Burgleute, die ihrem Herrn helfen wollen, dies von anderen Festen aus tun dürfen, aber nicht von Schöneberg aus. Otto gelobt, die Teilung der Burg wie sie durch beiderseitige Freunde geschehen ist, zu halten. Dabei ist besonders vereinbart, daß Kapelle, Turm, Tore und Brunnen gemeinsam sein und ihre Ausbesserung auf gemeinsame Kosten geschehen soll. Will aber der Herzog auf die Kapelle eine Kemenate oder unter die Kapelle einen Keller bauen lassen, so geht dies auf seine eigenen Kosten, dagegen sind Ringmauern, Gräben, Zäune und Brücken gemeinsam und ihre Ausbesserung geschieht auf gemeinsame Kosten. Die Amtleute sollen binnen 14 Nächten nach ihrer Einsetzung mit der Burghut beginnen.*

Geschehen und gegeben 1318, des mittewogchen nach synthe Mychils tage.

Urschr. ReichsA München, Mainz, Erzstift, Fasc. 58, mit Rest des herzoglichen Siegels. – Druck: Würdtwein, Diplom. Magunt. 2 S. 125. – Regest: Vogt, Mainzer Reg. 1 Nr. 2050.

1734

1318 Oktober (4. oder 5.)

Vor dem Rat der Stadt Paderborn bürgen Genannte für Henneke, Pächter der domkapitularischen Mühle in Paderborn, gegenüber dem Domkapitel.

Nos Godefridus Pust, Ecbertus Top, proconsules, et [ceteri cons]ules [civitatis Paderbornensis, notum fecimus et protestamur,] quod constituti coram nobis et coram iudicio nostre civitatis Hermanno [de Molendino et Godefrido Lellen iudicibus presentibus] Lentfridus de Kerchtorp, Wicbertus, filius Henrici Wicberti, [.....] de Clinge, nostri concives, recognoverunt, se simul et insoli[dum fideiussisse et fideiurare per presentes] dominis .. decano et .. capitulo ecclesie Paderbornensis pro Henneken [..... de et super pensione,] quam de molendino .. capituli infra muros posito per [annos octo continue sequentes annis singulis] solvere et presentare tenetur, dabit et presentabit. Q[uam pensionem annis singulis dare et presentare debebit in hunc modum]: scilicet in Ascensione Domini dabit et presentabit trig[inta quatuor moltra triplicis annone et decem moltra tritici, item in festo] beati Michahelis *(= 29. Sept.)* dabit triginta tria moltra triplicis [annone et decem moltra tritici, item dabit in vigilia Martini *(= 10. Nov.)]* absque aliqua dilatione quatuor marcas denariorum [Paderborne usualium, item in Epyphania Domini *(= 6. Jan.)* triginta tria moltra] triplicis annone et decem moltra tritici. Et si defe[ctus

aliquis ....., nos fide]iussores, quando a .. capitulo antedicto requisiti fuerim[us .....] tenebuntur. Promiserunt etiam pro eodem Hen[neke .... articulos ex]pressos in litteris capituli Paderbornensis, que super locat[ione dicti molendini facte sunt, ser]vabit ac legaliter adimplebit. Articuli igitur tales su[nt: Si predictum molendinum incendio vel quovis alio modo] destructum fuerit, in opcione prefati H(enne)ken erit, si molendi[num predictum reedificare vel restaurare voluerit.] Quod si facere noluerit, molendinum huiusmodi dominorum disposi[tioni restituetur ..... et dictus Henneke,] in quacumque parte anni id evenerit, solvet debitam pen[sionem ..... pretermis]sis hiis octo annis molendinum predictum ad capituli ord[inationem et dispositionem liberam ..... revertetur. Et idem Henneke illud sub ea integrit[ate, qua ..... littere pre]senti .. capitulo predicto finito locationis termino tenebitur et [dabit et presentabit. Et quia hec omnia] coram nobis acta sunt et superius conscripta, presentem l[itteram sigillo civitatis nostre roboravimus. Datum feria ...]ta[a] post festum beati Michahelis, anno Domini millesimo tre[centesimo decimo octavo(?)[1]

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 896; nur die linke Hälfte erhalten. Das am Pgt.streifen angehängte Stadtsiegel ist gleichfalls verloren.

[1] Die Datierung ergibt sich – abgesehen von der in den Anfang des 14. Jahrhunderts weisenden Schrift – allein aus den eingangs genannten Bürgermeistern der Stadt Paderborn. Gottfried Pust und Egbert Top erscheinen zusammen nur in den Jahren 1314, 1316 und 1318 (o. Nr. 1193 und u. Nr. 1738) und (hier zwar Egbert Top nur allein, aber nur deshalb, weil sein Kollege in der betr. Urkunde als Handelnder auftritt!). Da beide im regelmäßigen Wechsel immer nur dem Rat der geraden Jahre zwischen 1314 und 1318 angehören (vgl. Rainer Decker, Bürgermeister und Ratsherren in Paderborn vom 13. bis zum 17. Jahrhundert [Studien und Quellen zur westfälischen Geschichte 16]. 1977 S. 229), könnten sie auch 1312 Bürgermeister gewesen sein. Das Protokoll der Urkunde ähnelt aber am meisten einer Ratsurkunde vom 24. Januar 1319 (Prinz, UB Busdorf Nr. 106; u. Nr. 1751). Der Richter Hermann de Molendino kommt sonst erst seit 1319 vor (ebd.), stets zusammen mit Gottfried Lelle(n), den wir deshalb in den Text mitaufgenommen haben. Die sonstigen Ergänzungen bieten sich meist von selbst an; die Angaben über die Pacht konnten nach der Urkunde vom 27. Okt. 1323 ergänzt werden.

[a] Auf -ta enden nur quarta, quinta und sexta, also Mittwoch, Donnerstag und Freitag. Das waren im Jahre 1318 der 4., 5. und 6. Oktober. Davon dürfte der 6. ausfallen, da dieser Tag gewiß als die Oktav von Michaelis bezeichnet worden wäre.

1735

1318 Oktober 22

Der Ritter Albert de Hupede *in Bodenwerder wird vom Abt Gottschalk von Abdinghof in seinem Streit mit der Ministerialin des Klosters* Haseke *von Halle um das Amt* Dodenhusen *zu drei Terminen vor sein Gericht geladen, zum 26. Nov., 7. Januar 1319 und 18. Februar 1319.*

Erwähnt in Urkunde vom 18. Februar 1319 (u. Nr. 1759).

1736

1318 November 10

Graf Otto von Ravensberg und seine Frau verkaufen dem St. Johannes-Stift in Osnabrück ein Haus tor A *und den Zehnten eines solchen in* Kersenbroke.

Omnibus presencia visuris nos Otto comes in Ravensberge et Margareta comitissa notum facimus publice protestantes, quod nos de consensu heredum nostrorum omnium et singulorum, videlicet Hadewigis et Margarete parvam domum thor A et medietatem decime unius domus in Kersenbroke, in qua habitat Bertoldus, honorabilibus viris dominis decano et capitulo ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis titulo legitime vendicionis in proprietatem contulimus perpetue possidendos cum omnibus pertinenciis et iuribus earundem consuetam warandiam prestituri eisdem secundum, quod nobiles de suis

proprietatibus consueverunt. In cuius rei testimonium presentes literas sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum anno Domini M°CCC°XVIII°, in vigilia beati Martini episcopi.

Urschr. StA Osnabrück, Stift St. Johann-Osnabrück, Urk. Nr. 136; abhängendes Siegel verloren. Rückschr. (15. Jh.): super decima in Kerzenbroke. – *Abschr. (1850) StA Münster, Msc. VII Nr. 3107 Bl. 47^{v} (nach einer Abschrift Sudendorfs* ex copiario ecclesie sancti Johannis Osnabrugensis*).* – *Regest: WUB 10 Nr. 611.* – *Vgl. Angermann S. 210 Nr. 175.*

1737

1318 November 12

Vor Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderburnensis *verkaufen* Johannes Isheri *und seine Frau* Druda, *Bürger zu Paderborn, ihre Söhne* Johannes und Isherus *an Propst, Dechant und Domkapitel zu Paderborn* opus suum salinum, dictum ‚soltwerck' vulgariter, situm in Saltkotten, cum omni integritate, utilitate, iuribus et pertinenciis suis universis perpetuo possidendum pro triginta marcis denariorum Paderborne et Susati legalium, quas se confitebantur in parata pecunia a dicto capitulo recepisse, resignantes nobis tanquam domino feudi predictum officium libere cum suis pertinenciis universis. *Der Bischof übereignet dem Kapitel das Salzwerk* quoad possessionem perpetuam et quoad proprietatem verum et proprietarium dominium *und siegelt. Zeugen:* Henricus, rector capelle beate Brigide ecclesie Paderbornensis, Conradus Sulcevot,[a] clericus, Johannes de Barchosen, Regenhardus,[b] quondam iudex civitatis Paderbornensis, dictus Hennebole, et Henricus dictus Cruse, cives Paderbornensis.

Datum in crastino beati Martini episcopi, anno Domini millesimo tricentesimo xviij°.

Abschr. (A) von Joh. Grothaus SJ StA Münster, Msc. I Nr. 118 S. 98f. Nr. LXI (danach Abschr. Archiv Stud. Fonds Paderborn, HS III Nr. 17 – Libri Variorum 3 – *Bl. 103f.); Abschr. (B) (17. Jh.) Landesbibl. Hannover, Msc. XXII Nr. 1452 Bl. 38f. und S. 128f.; Abschr. (C) von 1801/02 StA Münster, Reichskammergericht, Buchst. S Nr. 2822 I S. 272f. (vgl. Aders-Richtering, das Staatsarchiv Münster und seine Bestände 2. Gerichte des alten Reiches, 2 S. 368 Nr. 5612). Reg. (17. Jh.) Theod. Bibl. Paderborn, Hs. Pa Nr. 68 Bl. 71^{v}. – Regest: Schaten, Ann. Pad. 2 S. 239; INA 3,2 S. 161 Nr. 55.*

[a] B: Sulconot, C: Sulcovot [b] C: Gerhardus

1738

1318 November 21

Vor dem Rat der Stadt Paderborn macht Gottfried Pust eine Stiftung für alle Altäre und Kapellen in der Stadt.

Vor Ecbertus Top, proconsul et .. consules Paderburnensis civitatis *und dem Stadtgericht schenkt ihr Mitbürger* Godefridus Pust *mit Zustimmung seiner Gattin* Methildis *als Seelgerät* redditus annuos septem solidorum Paderbornensium denariorum, quorum sex solidi solventur singulis annis ex domo Heynemanni Carpentarii, civis nostri, sita in platea, que ducit ad portam seu valvam dictam Spiringesdore nostre civitatis nomine pensionis et quatuor denarii areales de domo Hermanni Passeris, sita in platea occidentali, et octo denarii de domo Johannis Rolandi, sita in eadem platea, similiter areales per inhabitatores et possessores earundem domorum seu domuum et per discretos viros .. plebanum inferioris chori et .. rectorem capelle sancte Brigide, qui pro tempore fuerint, feria secunda post festum Omnium sanctorum *(= 1. Nov.)* dividentur[a] et distribuentur ad infrascripta altaria et capellas, scilicet ad

altare maius sancti Lyborii, sancte Brigide, sancti Nicolai in cripta, sancte Marie in capella sancte Margarete, sancte Crucis, sancti Servatii, sancti Mauricii, sancti Johannis baptiste in[b] inferiori choro, sancti Bartholomei, sancti Ypoliti, ad quinque altaria in ecclesia orientali, .. preposito Rurensi et duobus suis .. capellanis, .. plebano forensi et uno suo capellano, in monasterio sancti Pauli ad altare superioris chori et in medio monasterio, capellario sub urbe in hospitali Paderbornensi, ad altare capelle leprosorum extra civitatem. Ad quodlibet igitur altare et cuilibet sacerdoti de predictis dabuntur tres denarii Paderbornenses. Item rectori .. capelle sancti Laurentii iuxta preposituram dabuntur tres denarii, qui solventur singulis annis de domo Henrici inme Stadelhove, quam inhabitat Conradus dictus Lickepot, sita in Aspedere, similiter areales ad hunc anniversarium tam in vigiliis quam in missis singulis annis devote et fideliter peragendum. Porciones vero absencium in dictis vigiliis, que singulis annis dicentur predicta secunda feria post festum Omnium sanctorum super inferiori choro sub turri, tollent predicti distributores et ad pios usus convertent prout ipsis videbitur magis expedire. *Stadtsiegel.*

Datum feria tercia post octavam beati Martini episcopi, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 466, das an Pgt.streifen angehängte Siegel ist verloren.

[a] Umschr.: dividenter [b] Fehlt in der Urschrift

1739

1318 November 25

Das Kloster Willebadessen gründet vor seinen Toren eine Stadt und bestimmt deren Rechte.[a]

Ammonere hesitantes animos subditorum extollit gloriam dominorum. Hinc est, quod nos Gyso[b] prepositus monasterii sanctimonialium in Wilbodessen, Greta priorissa totusque conventus sanctimonialium ibidem ad universorum noticiam pervenire cupientes lucide profitemur, quod de consensu et consilio reverendi domini Theoderici episcopi Paderbornensis, nobilis viri Bernhardi de Lippia, prepositi, Ludolphi decani totiusque capituli ibidem bona vuluntate, pensata ecclesie utilitate nostre predicte ac hominum ecclesie nostre pertinencium municionem sive opidum condidimus, fundavimus et instauravimus[b] prope ecclesiam nostram predictam necnon opidanis nostris ibidem iura et statua civilia,[d] quibus uti debebunt, damus et conscripta dedimus per presentes secundum arbitrium dictorum opidanorum[e] et liberam voluntatem.

Primo igitur statuimus et volumus, quod homines nostre ecclesie pertinentes et se in dicto opido recipientes, cuiuscumque condicionis fuerint, videliced (!) servilis condicionis,[f] quod proprie ‚vulschuldich'[g] dicitur, vel condicionis cerocensualis earundem[h] condicionum permanebunt ita, quod suas condiciones propter inhabitacionem dicti opidi in melius vel in peius non mutabunt. Dedimus eciam et damus opidanis nostris areas hereditarie possidendas sub condicionibus infrascriptis, quod quicumque suam aream vel domum vendiderit, dabit preposito, qui pro tempore fuerit, de qualibet marca unum denarium,[i] quod vulgo ‚vůrhure' dicitur, et coram iudicio dictam domum seu aream emptori resignabit. Item de qualibet area dabuntur preposito in festo beati Mychahelis *(= 29. Sept.)* duo solidi denariorum Wartbergensium,[k] quatuor pulli et in festo Pasche quatuor uncie ovorum annuatim. Nichilominus opidani minutas decimas, que vulgariter ‚oycthene'[l] dicuntur, dabunt et solvent tamquam si extra opidum residerent. Item de quolibet orto extra portas sito prepositus, qui pro tempore fuerit, habebit unum solidum gravium Wartbergensium[m] pro pensione annuatim in festo Michahelis. Item quicumque vendiderit cervisiam in opido predicto braxatam, de qualibet cervisia[n] quatuor denarios Wartbergenses[o] et de qualibet tynna[p] cervisie[q] de aliis locis adducta et ibidem vendita unum obulum solvet preposito

antedicto. Item quilibet pistorum de qualibet pistatione[r] vendenda, quod in vulgo ‚beckede' dicitur, preposito obulum dabit. Item proconsul et consules opidi predicti eligi non debent nisi de consilio domini prepositi, qui pro tempore fuerit, et consensu. Preterea statutum est et arbitratum, quod quicumque ibidem homicidium fecerit, non pecunia sed propria vita emendabit. Et si quispiam propter homicidium factum fugam dederit, nichilominus uxor eius et heredes sui in quieta possessione suorum bonorum sine inpedimento permanebunt. Item si quis alium cum armis, que in vulgari dicuntur ‚eckedene vapene'[s] vulneraverit vel qui violentiam ex proposito et deliberatione animi, quod vulgariter ‚vursathe' dicitur, fecerit, et hoc, si huius propositi ac deliberationis, ut iuris est, convictus fuerit, tredecim marcarum quatuor solidorum et trium obuloruum domino preposito, qui pro tempore fuerit, tenetur[t] ad emendam. Item pro ictu percussionis, qui apud vulgum ‚dunsleych'[u] nominatur, sexaginta solidi pro medietate gravium et pro residua parte levium denariorum dabuntur pro emenda, cuis emende due partes cedent preposito et tertia pars cedet opidanis, leso tamen dimidia marca denariorum dabitur pro emenda.[v] Item quicumque alium pugno percusserit seu depilaverit vel verbis turpibus male tractaverit, quinque solidos denariorum gravium Wartbergensium dabit, binas videlicet partes .. domino preposito et tertiam partem opidanis. Nichilominus leso tres solidi dabuntur ad emendam.[w] Item quicumque vocatus seu citatus fuerit ad iudicium et prima vel secunda vice non comparuerit, pro qualibet vice dabit unum solidum denariorum levium ad emendam, sed si aliquis vice tertia citatus non comparuerit, iudex ipsi actori in domo et curte, quod vulgariter ‚to hus unde to hove' dicitur, iudicabit. Item statutum est, quod opidani ius fidelitatis seu omagium, quod proprie ‚hulden'[x] dicitur, cuilibet[y] preposito facient et prestabunt.

Ut hec ordinationes et statuta tam ex parte nostri quam civitatis inviolata permaneant, munimine sigillorum[z] una cum sigillo civitatis[aa] sunt roborata. Datum in die Katerine virginis, anno Domini M°CCC°XVIII°.[bb]

Urschr. Archiv Willebadessen, mit drei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln 1. und 2. eingenäht, 3. Stadt Willebadessen (WS II 81,2). Beglaubigte Abschr. (18. Jh.) StA Münster,Fst. Paderborn, Urk. Nr. 446, dsgl. ebd., Oberamt Dringenberg VII K Nr. 18,2. Regest: INA 4,1 S. 114 Nr. 40.

[a] Die Urkunde diente auch als Vorlage für die Gründungsurkunde der Stadt Gehrden vom 14. September 1319 (u. Nr. 1807), deren wichtige Abweichungen in den folgenden Anmerkungen nachgewiesen sind (G). [b] In G sind die Aussteller: Johannes dictus de Sualenberg, prepositus monasterii sanctimonialium in Gerdene, Waldradis priorissa totusque conventus sanctimonialium ibidem [c] G: restauravimus [d] Fehlt G [e] G: opidanorum nostrorum [f] G: Fehlt [g] G: vulschult [h] G davor: vel prebendarii sive prebendarie fuerint, [i] G: duos denarios! [k] G: Brakelensium. Das folgende et fehlt [l] G: oychteme [m] G: unum solidum denariorum Brakelensium [n] Fehlt G [o] G: Brakelenses [p] G: tina [q] Urschr.: cervisia [r] Fehlt G [s] G: eckede wapene [t] G: tenebitur [u] G: dunslech [v] Der ganze Satz lautet in G: Cuius emende binas videlicet partes domino preposito et partem terciam opidanis dabit; nichilominus leso debuntur tres solidi ad emendam. [w] Der ganze Absatz Item quicumque – emendam fehlt in G [x] G: hulde [y] Fehlt G [z] Gemeint sind die Siegel des Propstes und des Konventes von Willebadessen. In der Gehrdener Urkunde heißt es richtig sigillorum nostrorum [aa] G: opidanorum nostrorum [bb] Das Datum lautet in G: Datum et actum anno Domini M°CCC°XIX°, in Exaltacione sancte Crucis.

1740

1318 November 28

Graf Otto von Everstein überträgt dem Ulrich von Escheberg *Güter in* Lengefeld *und* Elle.

Nos Otto domicellus, Dei gratia comes de Everstein, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse cupimus publice protestando, quod castrum et bona sita in Lengevelde et in Elle cum omnibus suis usufructibus et pertinentiis, que Gotschalcus dictus de Mulehusen, miles, et sui heredes a nobis in pheodo quondam tenuerunt et nunc nobis resignaverunt, appropriavimus cum bona voluntate nostrorum heredum strenuo militi Olrico de Escheberg et suis veris heredibus perpetuis temporibus possidenda. *Otto siegelt.*

Datum et actum anno Domini millesimo tricentesimo decimo octavo, feria tertia proxima ante festum beati Andree apostoli.

Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Waldecker Archiv, Ält. Waldecker Kanzlei, Samtkasten 8 Abt. 21 Bl. 163 und ebd. Abt. 6 Pak. 19, Verträge mit Auswärtigen 1 S. 630. – Druck: Wigand, Archiv 2, S. 152. – Regest: Spilcker, Everstein, UB S. 274 Nr. 326.

1741

1318 Dezember 13

Die Gebrüder von Adorf verzichten zugunsten der Propstei Marsberg auf einen Hof in Horhusen.

Nos Hermannus, Johannes, famuli, et Wernherus, clericus, fratres dicti de Adorp universis presencia visuris vel audituris cupimus publice fore notum, quod omni iuri, quod habuimus et quod habere seu attrahere nobis potuissemus vel possemus de iure vel de facto in uno manso et aliis agris aliquibus, quos dictus .. Nigeman in Horhusen colit, et racione quorum videlicet mansi et agrorum impeticionem fecimus et convenimus dominum Engelbertum prepositum et conventum monasterii in Mersberg, resignando pari manu et bono animo concorditer renunciavimus penitus per presentes in hunc modum, quod ammodo dictos dominum .. prepositum et conventum in Mersbergh super predicto manso et agris aliquo tempore impetere convenire, turbare ac vexare nos et nostri heredes nolumus quovis modo nec debemus prout astringimus nos et promittimus pro nobis et nostris heredibus omnibus veris et legitimis, ad predictorum testimonium sub sigillis Steffani senioris de Horhusen et Gotscalci de Padberg, militum, presentibus literis pro nobis et nostris heredibus omnibus, qui propriis sigillis caremus, ad nostras preces appensis. *Die Genannten siegeln.*

Datum Idus Decembris, anno Domini m°ccc°xviii°.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 50; die beiden angehängten Siegel sind verloren. Auf den Siegelstreifen Reste des Konzeptes: ...] cupimus fore notum, quod omni iuri, quod habuimus [...] cur nobis habere seu attrahere possemus de iure vel de facto super uno manso et aliis agris aliquibus, quos .. dictus Nygeman in Horhusen colit, resignantes concorditer renunciavimus et [...] pari manu et renunciantes per presentes [... *Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 545. – Regest: Curtze, Beiträge 3 S. 142 Nr. 104.*

1742

1318 Dezember 15

Der Offizial der Paderborner Kurie weist die Pfarrer in der Stadt Paderborn an, alle zinspflichtigen Bauern des bischöflichen Amtes Enenhus, *zur pünktlichen Zinszahlung an den Bischof aufzufordern.*

.. officialis curie Paderbornensis universis ecclesiarum rectoribus per civitatem Paderbornensem constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Moneatis universos et singulos cultores agrorum ad officium .. Enenhus spectancium, sicut vobis subesse dinoscuntur, quatinus ipsi usque ad Circumcisionem Domini proximam *(= 1. Januar 1319)* de agris illis porcionem et pensionem ad mensam domini episcopi spectantem plene solvant de tempore preterito huius anni domino nostro episcopo, quia ipse a Bertoldo de Elmerinchosen, eiusdem officii scultheto, non valet, sicut asserit, predictam assequi pensionem. Alionquin nisi sub predicto termino contra hec aliqua racione ostendant,

domino nostro .. episcopo presente eosdem cultores agrorum predictorum, quos pro iniusta detencione sepedicte pensionis in hiis scriptis excommunicamus monicione predicta premissa. Extunc denuncietis excommunicatos, prout vobis subsunt, singulis diebus dominicis et festis. Reddite litteram sigillatam. Datum feria VI[a]post Lucie, anno Domini M°CCC°XVIII°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 468 mit den teils an Pgt.streifen anhängenden, teils abhängenden Siegeln: 1. Offizial (Abb. I 17), 2. Pfarrer der Marktkirche (Abb. II 3), 3. Priester Heinrich (Abb. II 48), 4. Wilbertus ... *(Abb. II 158). Rückschr. (17. Jh.):* nunc Nienhuis. *Reg. (Joh. Grothaus SJ) ebd., Msc. VII Nr. 207 II A Buchst. N* (Niehus) *nach der Urschrift mit fünf (!) Siegeln!*

1743

1318 Dezember 20

Hermann Dommeier (dictus Dommeger), *sein Sohn Johannes, sein Bruder Konrad und sein* fratruelis *Johannes verkaufen dem Kloster Möllenbeck einen Hof in Kalldorf* (Callendorpe) *und einen in Erder* (Erdere). *Mit dem Siegel des Ausstellers wird das des* Werneri dicti Sten, famuli, *angehängt.*

Datum et actum anno Domini M°CCC°XVIII°, in vigilia beati Thome apostoli.

Urschr. StA Bückeburg, Orig. Des. 21 Nr. 14. Abschr. (16. Jh.) StA Detmold, Wendtsches Kopiar (D 71 Nr. 13) S. 245f.; dsgl. Directorium super bona in Mollenbeke (D 71 Nr. 2) S. 294; dsgl. (15. Jh.) ebd., Reichsstände M(Möllenbeck) ebd., L 44 Nr. 19/6. – Druck: Engel, Urkundenbuch des Klosters Möllenbeck 1 S. 38f. Nr. 34. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 640.

1744

1318 Dezember 21

... Hermannus miles de Scharpenberg cum Johanne fratre meo et uxore mea domina Ida necnon Theoderico et Johannes filiis meis *verzichtet gegenüber dem* claustrum situm in Monte Martis *auf alle Ansprüche an den Hof und einige Äcker in* Erlinghausen[a], *den dieses von* Johanne dicto de Belenchußen *gekauft hat. Er siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XVIII, in die beati Thome apostoli.

Flüchtige Abschr. (18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 5723 Bl. 389. Danach Regest: Curtze, Beiträge 3 S. 142 Nr. 105.

[a] Der Name ist in der Abschrift ausgefallen und nur in der Überschrift ... unum mansum et aliquos agros in Erlinghaußen ... überliefert!

1745

1318 Dezember 22

Der Knappe Ludolf Marschall versetzt den Warburger Bürgern Helwig von Ostheim und Johann Grevenstein für eine Rente von zwei Gulden vier Morgen Land in dem ‚Marsch'.

Ich Ludoff de Marschalek, knape, bekenne oppenbare in diesem brieve vor mich und vor meine erven und betuge, datt wi mit sambter handtt von rechter schult schuldig seint den bescheiden luden Helwigen von Oistheim und Johanne Grevenstein, burgern tho Warburgk, eren erven und dem beheldere dieses brieves und twiger anderer orer brieve hierna benomptt kuntliche mit erme guden willen

twene gude reinische gulden, gerecht von golde und schwer genoch von gewichte, de se uns fruntliche an redeme golde gelenett und vorhandelagett haben, und wisen sie vor dusse ere twene guldene an unse vier morgen landes gelegen in dem marsche, de uns vorledigett waren von dodes wegen Werner[a] Johans Hartwiges seligen, die sie auch alrede in eren wesen haben nach inhalt twiger erer besiegelden brieve, de se hebben uppe die egenanten vier morgen landes, die mit diesem brieve bliven in vuller machtt, und noch ich selven, noch meine erven, noch anders imandt von unser wegen wilt noch solt diese egenanten vier morgen landts nene weiss uth eren wehren bringen effte widerkopen, wi enhebben in danne von ersten dise egenanten ere twene gulden betalett. Vortmehr bekenne ich Ludolff vorgenant vor mich und vor meine erben, datt die wedderkop und alle stucke in denselben egenanten twen brieven begriffen seint mit unsem gutten willen und fulburdtt geschehen. Und love die egenanten Helwige Johanne, eren erven und dem beheldere diesses brieves und der mehr genompten twiger orer brieffe kuntliche mit orem gutten willen vor mich und vor meine erben in trewen, datt wi woltt und scholtt en volnkommene warschafft thun aller stucke in diesem brieve und in den egenanten eren twen brieven begrepen und der vorgenanten vier morgenen landes von allerleige ansprache wegen, wanne, wor und wo dicke en des noitt ist. Und wiltt und schultt eme auch alle stucke in diesem brieve und in den egenanten eren twen brieffen begrepen stede, vhast und unvorbrocken halden ohne eren schaden alle argelist uthgeseggett. Und hebbe des tho kuntschopff mein ingesiegell vor mich und vor meine erven gehangen an diesen brieff, des ingesiegels wi seine erven mit em gebruken an diesem brieve. Datum anno Domini M°CCC X octavo, crastino festi beati Thome apostoli.

Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Dep. v. Pappenheim, Nr. 2 (Kopiar) Bl. 232.

[a] So die Abschrift statt wanner (= einst)

1746

1318 Dezember 27

Dietrich, Pfarrer von Asperden (Asperne) *bekundet, daß der Erzbischof Heinrich von Köln mit seiner Einwilligung und auf sein Betreiben dem Kloster Grafenthal die Kirche in Asperden inkorporiert hat. Damit kein Zweifel entstehen kann, stellt er ausdrücklich fest, daß diese Inkorporation mit seiner Einwilligung geschehen ist, und betont, daß er den Erzbischof durch Bruder Reiner, den früheren Abt von Hardehausen* (Herswichhusen), *ausdrücklich darum mündlich ersucht hat.*

Mit ihm siegelt Abt Arnold von Kamp.

Datum anno mcccxviiij, in die Johannis evangeliste.

Urschr. Archiv Gaesdonck; Abschr. (15. Jh.) ebd., Kopiar des Klosters Gräfenthal Bl. 116f. – Druck: Scholten, Das Cistercienserinnen-Kloster Grafenthal oder Vallis comitis zu Asperden 1899, Urk. S. 113 Nr. 135. – Regest: RegErzbKöln 4 Nr. 1084.

1747

1319

item ein cancellirt brieff, darin ein Grave von Ravensberg versettet hafft einem Henrich Carsten den tey(n)den zu Horst vor 7 Mark Osnabr., de datum halt 1319.

Regest (18. Jh.?) StA Münster, Kriegs- und Domänenkammer Minden IV Nr. 380 Bl. 12°. Der Aussteller ist, falls das Datum richtig ist, Graf Otto von Ravensberg, der Empfänger Heinrich von Karsem, *dem der Graf auch den Zehnten in* Berghusen *am 18. März 1319 versetzt (s. u. Nr. 1764).*

1748

1319

Der Knappe Wilhelm von Drevere *verkauft mit Genehmigung seines Oheims, des Paderborner Domscholasters Wilhard von* Drevere *und seines Bruders Alhard dem Domkapitel zu Paderborn eine Rente von einer Mark Paderborner Pfennige aus seinem Hause bei der Propstei des Busdorf-Stiftes unter Vorbehalt des Rückkaufsrechtes. 1319.*

Regest Gehrkens StadtA Paderborn, Cod. 254 Urk.Buch der Stadt Paderborn I Bl. 109^{v} mit dem Zusatz: diese verlorene Urkunde ist für erloschen erklärt vom Domkapitel und Johann Stapel hat bei dem Hausverkaufe an Kloster Böddeken die Schuld bezahlt. In Bd. 2 des Urk.Buches des StadtA's Bl. 120 ist der Revers des Klosters Böddeken über diesen Kauf von 1359 (altera die post Assumptionis beate Marie virginis = *26. März 1519*) *angeführt (nach der Urschrift im StadtA, Urk. Nr. 193). – Regest INA 3,2 S. 97 Nr. 39.*

1748 a

1319

Anno 1319 bekendt Eberhardt von Gudenbergk, das er mit willen seiner Haußfrawen Cunrado[a] de Eppe, Ritter, Henschen undd Johann, seinen Vettern undt ihren Erben zwo Hube Landes zu Heiligforst bey Volckmarßen gelegen, so vormals von denen von Gudenbergk zu Lehen gangen, geeigenet undt zu besitzen gegeben[b] hat. Ihn diese Ubergebung hat Heinrich von Gudenbergk bewilliget.

Regest (1657) StA Marburg, Dep. von der Malsburg, Akten I Tit. 45 Nr. 6 Bl. 86^{v} (nach: Extract und Auszug der Briefe und Siegel der von der Malsburg Anno 1572).

[a] Abschr.: Cunradi [b] Abschr.:gehabt!

1749

1319

Godefridus canonicus nove ecclesie (Huxar.)[a] et Henricus dictus de Godelen vendiderunt novem iugera agrorum. 1319.

Regest StA Münster, Msc. I Nr. 242^{b} S. 118 Nr. 18.

[a] Urschr.: Haner?

1750

(1319)

Rechtsspruch des Edelherrn zur Lippe. Vgl. u. Nr. 1768 von Ende März 1319.

1751

1319 Januar 24

Vor Johannes Erenfridi, Lentfridus de Kerctorp, proconsules, et .. consules civitatis Paderbornensis *und dem Gericht* scilicet Hermanni de Molendino et Gottfridi Lellen *verkaufen der*

Paderborner Bürger Meynricus et eius uxor legitima Lefgardis atque eiusdem Lefgardis pueri Dithardus et Godelindis ... domino Ludolpho, decano, et Bodoni, canonico ecclesie sanctorum Petri et Andree Paderbornensis ... redditus annuos sex solidorum Paderbornensium denariorum de domo sua in fovea, quam inhabitant, tres solidos in Pascha et tres alios solidos dandos singulis annis Michahelis *(= 29. Sept.). Stadtsiegel.*

Datum IX° kalendas Februarii, anno Domini millesimo CCC^mo^XIX°.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 72, mit dem an grün-weißer Schnur hängendem Siegel der Stadt Paderborn (WS II 78,6) mit RS (WS II 86,15). Rückschr. (14. Jh.): in fovea habemus VI solidos. – *Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 106. – Regest: INA 3,2 S. 96 Nr. 32.*

1752

1319 Januar 25

Graf Ludwig von Everstein verkauft dem Ritter Ernst Hake und Anderen das Fischrecht bei Perdestorp *und einen Hof,* Dutchwort *genannt, ebenda.*

Nos Lodewicus nobilis domicellus, comes de Everstene, recognoscimus quod vendidimus domino Ernesto Hacken, militi, Frederico Sculteto, Johanni Bock, Hermanno Hegere, famulis, quandam nostram capturam piscium, quod ‚werhe' dicitur in vulgari, iuxta villam Perdestorp et unam aream villa in eadem, que[a)] ‚dochtwort' vocatur, pro quinque marcis argenti puri, conditione tali interiecta, quod singulis annis lata bona in nostros usus tantum convertenda pro precio tacte pecunie reemendi nobis sit libera facultas. Sie vero dictus miles Hake nec non prefatus Scultetus supradicto ‚tochtwort' carere voluerint, extunc supradictus et Scultetus in tantum census, quod ‚thinns' nunc temporis dicitur, in alio ‚tochtwort' eiusdem ville, quantum cedit de ‚tochtwort' memorato, nobis mox aut nostris heredibus legitimis remonstrabunt in nostros usus perpetuos commutandum.

Datum in Conversione beati Pauli, anno Domini M°CCC°XIX°.

Hier nach dem Druck bei Grupen, De comitibus I. Auszugsweiser Druck bei Spilcker, Everstein, UB S. 275 Nr. 327. – Regest: v. Hake, S. 30.

[a)] Druck: quod

1753

1319 Jan. 31

Der Paderborner Offizial Ludolf spricht in dem Streit zwischen Frau Ebele *und Hildebrand* dem Greven *einer- und dem Propst der Gaukirche andererseits das Urteil.*

Ich Ludolph eyn official to Palborne unde eyn overman in der sake, de is under vrowen Ebelen unde Hildebrande dem Greven, spreke vor eyn reght, dat de selve Hildebrant den pravest van der Gokerken unde syn stigthe wal magh warscap don unde ghe weren tuier morgen landes eyner rôden myn, dar de selve Ebele umme beclaghede in gherigthe den pravest van der Gokerken. Vortmer spreke ich vor eyn regt, magh vor Ebele des vollen komen, dat se Hildebrande dem greven be wysede de selven tuene morghen eyner rôden myn, do se one vor clagede umme lant in des kemerers rigthe, so ne mag de greve night ghe waren den pravest dar umme, went he des landes, dar he umme beclaget was in dem rigthe unde dat eme bewyset wart, vor tegh in dem selven righte, also de tûghe spreket, de dar ûp

gheleydet syn. Wort mer spreke igh vor eyn reght, ůnne magh vor Ebele dusse rede nicht bewysen, magh se dan nogh vollen komen unde betůghen, dat de vorspraken tuene morghen eyner rŏden myn horet to den fyph morghen, da se den Greven umme beclagede in des kemerers righte, so ne magh de Greve den pravest night waren. Dusser vollen komeninche leche igh egte daghe dry vertenagte van hůde. Wes vor Ebele vollen komet, dat kome er to bathe, wes se nicht vollen komet, dat kome er to schaden, als eyn reght is. Dyt reght wart ut ge spraken des gůdens dages vor legtmisse, na Godes bort důsent jar drihundert unde neghenteyn jar.

Urschr. PfarrA Gokirche Paderborn, Urk. Nr. 11, mit dem beschädigt abhängenden Siegel des Offizials (Abb. I 17). – Druck: Wigands Archiv 2 S. 219ff. – Regest: INA 3,2 S. 71 Nr. 11.

1754

1319 Februar 2

... Otto comes et Margareta cometissa de Ravensbergh, *und* Bernhardus, Dei gratia prepositus ecclesie Osnaburgensis et in Schildesche, *verpfänden* castrum nostrum Lintbergh honestis viris Dethardo de Slon, Bernhardo de Ghesmelle, militibus, Gerhardo dicto Schelen, Rabodoni de Bure et Richardo de Gripeshope, famulis, castellanis nostris ... pro ducentis et triginta marcis denariorum Osnabrucghe usualium ... *Die Aussteller siegeln.*

Actum et datum in Purificatione beate Marie virginis, anno Domini millesimo trecentesimo decimo non.

Abschr. (18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3117 III Bl. 95ff. – Hier nach dem Druck im WUB 10 Nr. 628 (mit weiteren Hinweisen). Vgl. Angermann S. 210 Nr. 176.

1755

1319 Februar 3 Avignon

Papst Johann XXII. überträgt dem Johanni de Gotinghe, *Kanoniker zu Paderborn und am Alexanderstift zu Eimbeck, Diöz. Mainz, eine Kanonikatpräbende und das Dekanat zu Cammin. Die Kantorei in Eimbeck muß er aber resignieren.* – Sedis apostolice circumspecta –

Datum Avinione III. Nonas Februarii, pontificatus nostri anno tercio.

In eundem modum *schrieb der Papst an den Propst zu Stendal, Diöz. Halberstadt, dem* magister Ambrosio de Lamayrola, *Diöz. Mailand, und dem* Arnaldo de Hyldensem, *Kanoniker der Kirche zu Naumburg* (Nuenburgen).

VatA, Avignon. Reg. 11 Bl. 285a bzw. Vatikan.Reg. 69 S. 329 Nr. 407. Die Taxe für die Provision betrug 11 und 13 flor. – Regest: Mollat II S. 329 Nr. 8871 (8914); dsgl. Schmidt, Päpstl. Urkunden und Regesten aus den Jahren 1295–1352 S. 110 Nr. 40.

1756

1319 Februar 6

Die Töchter des Nikolaus von Kerchtorp *verkaufen ihrem Bruder Heinrich eine Hufe Landes im Paderborner Stadtfeld und ein Salzwerk in Salzkotten.*

Vor Johannes Erenfridi, Lentfridus de Kerchtorp, proconsules, ceterique .. consules Paderburnensis civitatis *und vor dem Gericht der Stadt* in presentia Hermanni de Molendino et Godefridi Lellen, iudicum, *verkaufen* Elsike et Mechildis, sorores carnales, filie quondam Nycolai de Kerchtorp ... Henrico de Kerchtorp, eorum fratri, nostro civi, et Hadewigi, uxori sue legitime, ac eorum veris .. heredibus unum mansum agrorum situm in campo Paderburnensis civitatis in loco, qui dicitur ‚uppen sundere', et partem earum, quam habuerunt in opere salino, dicto vulgariter ‚soltwerch', sito in opido Soltkoten, ad eas ex divisione paterne hereditatis de iure devolutos secundum tenorem litterarum sub sigillo nostre civitatis super hoc confectarum et traditarum[1] perpetue et hereditario iure quiete et pacifice possidendos, pro quinquaginta marcis denariorum Paderburne legalium, quas recognoverunt ab ipsis in parata pecunia recepisse, renunciaverunt etiam coram nobis omni iuri, quod eis in dicto manso et opere salino competebat. *Stadtsiegel.*

Datum in crastino beate Agathe virginis, anno Domini M°CCC°XIX.°

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 73; das abhängende Siegel ist verloren, Rückschr. (14. Jh.): Sorores vendunt H(enrico) de Kercdorp mansum et opus salis. *Abschr. (um 1408) ebd., Msc. I Nr. 121 Bl. 25^{v}; dsgl. (um 1780) ebd., Msc. I Nr. 123 Bl. 75^{v}f. Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 107. – Regest: INA 32, S. 96 Nr. 34.*

[1] Nicht erhalten

1757

1319 Februar 10

Der Edelherr Friedrich von Everstein verzichtet auf die Hälfte der ihm von Bernhard zur Lippe, Dompropst in Minden und Paderborn, versetzten Kornrente aus Steinheim.

Ego Fridericus nobilis de Everstene ... dimidietatem pensionis annone duplicis, siliginis videlicet et avene, quam michi honorabilis vir dominus Bernhardus de Lippia, Paderbornensis et Mindensis ecclesiarum .. prepositus, in opido suo Stenhem inpignoravit, ad manus suas et ad usum suum resigno et eidem dimitto libere et solute. Insuper prefatus dominus prepositus residuam annone predicte dimidietatem infra festum Penthekostes proxime nunc venturum *(= 27. Mai 1319)* pro viginti quinque marcis denariorum Paderborne et Susati legalium et usualium sine mea contradictione aliquali redimendi habebit liberam facultatem. *Er siegelt.*

Datum sabbato Scholastice virginis, anno Domini M°CCC°XIX.°

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 469; das abhängende Siegel ist verloren. – Regest: Spilcker, Everstein, UB S. 276 Nr. 328; WUB 10 Nr. 629.

1758

1319 Februar 14

Der Rat der Stadt Höxter verspricht allen Geistlichen Schutz und Schadenersatz, die der Stadt in ihrem Streit mit dem Kloster Hardehausen beistehen.

Nos Lambertus de Storcke et Henricus de Voltessen, proconsules, Johannes dictus Mane, Johannes de Voltessen dictus super Dune, Gotscalcus Cerdo, Johannes dictus Zelle, Arnoldus Godeberti, Arnoldus de Holtessen, Johannes Hereberti, Johannes Borchardi, Helmdagus et Arnoldus de Holtesminne, consules oppidi Huxariensis, presentibus litteris profitemur publice testando, quod

evidenti utilitate, communi profectu aere[a] publica opidi nostri predicti pensatis, honorabiles et discretos viros decanum et capitulum ecclesie Huxariensis, omnes et singulos ecclesiarum et capellarum rectores totumque clerum opidi nostri predicti, nobis in causa appellationis ex parte nostra contra[b] religiosos viros abbatem et conventum monasterii in Herswidehusen ad sedem apostolicam interposite fideliter adherentes, ab omni inquietatione, suasione, redargutione et impetitione qualibet iuris vel facti iudicum ordinariorum seu extraordinariorum ecclesiasticorum seu civilium ipsis aut eorum alteri ratione adhesionis huiusmodi imposterum quomodolibet, quod absit, incumbentibus aut emergentibus manutenebimus et defendemus ac eripiemus immunes penitus et indemnes sub oppidi nostri prefati laboribus et expensis. Ad que premissa omnia et singula nos et successores nostros, qui pro tempore fuerint, proconsules et consules oppidi iam dicti dominis decano, capitulo, rectoribus et clero memoratis nostro universitatis iure ac totius oppidi nostri nomine solemni stipulatione interveniente astringimus litteras per presentes nostre civitatis sigillo signatas in testimonium premissorum. Datum in die beati Valentini martyris, anno Domini m ccc xix.

Abschr. (Kindlingers) StA Münster, Msc. II Nr. 101 S. 86 (ex copia).

[a] Durch untergesetzte Punkte getilgt [b] Über der Zeile statt quantum

1759

1319 Februar 18 Paderborn

Abt Gottschalk von Abdinghof verkündet in dem Streit zwischen Heseke von Halle und Ritter Albert von Hüpede wegen des Amtes Dodenhausen das Urteil.

Nos Godescalcus Dei gratia abbas monasterii sancti Pauli Paderbornensis recongnoscimus et profitemur, quod sub anno Domini M°CCC°XIX°, in dominica Esto mihi, hora vesperarum venit ad nos Heseke, filia quondam Lamberti de Hallis, nostra et nostri monasterii ministerialis[a], que prius sub anno Domini precedenti citari procuraverat et in ius vocari fecerat in domo sua per nostras litteras et per nostrum nuntium Albertum de Hupede, militem, in Bodenverdere commorantem, super officio in Dodenhosen, ad nostram monasterium pertinente et a nobis decedente. Quod quidem officium eadem Heseke ad se et ad pueros et heredes, qui adhuc ad etatem maturam et legittimam non pervenerant, quondam Thiderici, sui fratris, nostri ministerialis, dicebat iusto hereditatis titulo esse legittime devolutum. Et licet predictus Albertus ad ter sex septimanas fuisset citatus, prima die dominica post Galli confessoris *(= 22. Oktober 1318)*, quando[b] sibi citatio fuit publicata in domo sua ad comparendum et respondendum querele Heseken supradicte, ipse tamen nec in primis sex scilicet crastino Katerine *(= 26. Nov. 1318)*, nec in secundis sex, scilicet crastino Epiphanie Domini *(= 7. 1. 1319)*, nec in terciis sex septimanis, scilicet in dominica Esto mihi *(= 18. Februar)* comparere curavit et ideo pro singulis terminis supradictis in nostro iudicio prefata Heseken comparente et sibi fieri iusticiam postulante, prefatus Albertus per iustas fuit sententias contumax iudicatus. Quapropter dum eadem Heseke in ultimo termino decem et octo septimanarum predictarum compareret, petivit firmari iudicium et sibi iusticiam fieri super querela sua contra militem supradictum. Unde ex consilio discretorum in nostra et seniorum conventus nostri presentia assistentibus nobis multis ministerialibus et vasallis nostris honestum militem Ravenonem de Driborg, vasallum nostrum, assumpsimus et posuimus iudicem, ut in latere nostro iudicio huiusmodi presideret. Proposita ergo fuit querela ex parte Heseken, ministerialis nostre, per Borchardum de Roden, eius tunc prolocutorum et advocatum, in hec verba: Sicut olim conquerebatur Heseke, filia quondam Lamberti de Hallis, vestre ecclesie ministerialis, de domino Alberto de Hupede, milite, quod ipse miles ei iniuriaretur et vim faceret in officio Dodenhusen et eius pertinentiis et eidem officium esset ad eam ex

parentum suorum successione legittima iuste devolutum, ita nunc petit ipsa iusticiam et peciit propter absenciam et propter contumatiam prefati Alberti rite ad ter sex septimanas citati et in singulis terminis non comparentis, quia ipsa semper comparuit et iusticiam exspectavit et nullus apparet contradictor, qui super ista querela respondeat de eodem officio, se cum debita infeudatione investiri et in corporalem possessionem poni et defendi. Post plures vero sententias, quid iuris super istis esset, a nostris vasallis discussas et prolatas, finaliter fuit ab omnibus tunc presentibus per sentenciam declaratum, quod quia dictus miles terminos legittimos ad comparendum sibi prefixos neglexisset et comparere contumaciter distulisset, prefatum officium in Dodenhosen, de quo ipsa Heseke conquerebatur, deberet ei adiudicari. Et sic propter contumaciam et absenciam ipsius Alberti, qui tota die illa usque ad crepusculum exspextatus nec venit nec aliquem pro se mittere curavit, officum Dodenhosen ipsi Heseken fuit per iustas sententias adiudicatum. Sicque nos conpulsi per iusticiam eam infeudavimus de supradicto officio et eius pertinentiis et investivimus de ipso atque in eius possessionem posuimus corporalem secundum ius nostrum, quod nobis et monasterio nostro competit et ad dandam nobis annuam pensionem debitam officio ex eodem. Ultra fuit diffinitum, quod ex hac hora in antea predicta Heseke super illo officio ab aliquo turbari vel molestari vel ipsa super eo conveniri seu respondere non deberet nisi coram nobis.[c] Hiis sentenciis et secundum iusticiam et secundum[d] terre consuetudinem promulgatis omnes vasalli et homines presentes consenserunt nemine contradicente. Quapropter eas decrevimus esse inviolabiliter observandas. Huic iudicio et facto aderant presentes Bertoldus prior, Johannes custos, Hermannus de Sosato, Ludolfus de Soltkoten, confratres nostri, dominus officialis, dominus Godfridus prepositus Rurensis, Fredericus domicellus de Eversten, Henricus Bolemast, Godfridus Pust, Ecbertus Top, Lentfridus de Kerctorp, Regenhardus iudex, Arnoldus de Driborg, Henricus de Stadelhove, Conradus de Molendino, dictus Buino, dictus Kothosen, Johannes de Dest dictus Greve uppeme campe[e] cum multis aliis fidedignis. In testimonium vero eorum, que coram nobis acta sunt et iudicata, sigillum nostrum huic littere est appensum. Actum et datum Paderborne in nostra kaminata inferiori anno Domini, die et hora ut supra, scilicet die dominica Esto mihi, que erat XII°Kalendas mensis Marcii.

Urschr. StA Münster, Kloster Abdinghof, Urk. Nr. 99, mit Bruchstück des an Leinenschnur hängenden Siegel des Abtes (WS III 124,3). Rückschr. (14. Jh.): Super observantia iusticie et adiudicatione officii in Dodenhusen. – *Abschr. (18. Jh.) ebd., Kl. Abdinghof, Akten B 8 Nr. 18 (früher Msc. VII Nr. 4206) Bl. 79^{v}f.; dsgl. (von Raspe) StA Marburg, Hs. K Nr. 491 S. 301ff. – Druck: Spilcker, Everstein, UB S. 276–280 Nr. 329 (nach älterer Abschrift).*

[a] Urschr.: ministralis [b] Urschr.: quondo [c] Der Satz ist nicht in Ordnung. Zu erwarten wäre: quod si ... Heseke ... molestari contingeret, ... convenire seu respondere non deberet ... [d] iusticiam et secundum über der Zeile eingefügt [e] Urschr.: Umpemecampe

1760

1319 Februar 28

Die Grafen von Everstein bestätigen dem Kloster Amelunxborn die Schenkung von zwei Hufen in Lotbeke *durch den Ritter Reinhard von Varenholz.*

Nos Hermannus et Otto fratres, Dei gratia comites de Everstene, coram universis publice protestamur, quod bona voluntate ratificamus et approbamus donacionem proprietatis duorum mansorum, sitorum in Lotbeke, quos Renerus de Vornholte, miles, de patre nostro felicis memorie in feodum tenuit et domino abbati et conventui in Amelungesborn vendidit et ad instanciam dicti militis dictus pater noster predictis viris religiosis in Amelungesborn proprietavit ... *Sie siegeln.* Testes sunt Otto domicellus, consanguineus noster, comes de Eversten, dominus Arnoldus, plebanus in

Bredenvorde, Henricus Trobe, miles, Hermannus et Henricus fratres dicti Solevelt. Datum et actum anno Domini M°CCC°XIX°, pridie kalendas Martii.

Abschr. (um 1500) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 109 (Amelunxborner Kopiar) I S. 87f. – Regest: Spilcker, Everstein, UB S. 280 Nr. 330.

1761

1319 März 3

Genannte Frauen (Beginen?) verkaufen den Minoriten ihr Grundstück in Salzkotten.

Vor Volquinus Ludolfi ac Bertrammus Winandi, proconsules, necnom ceteri consules opidi Zoltkoten ... *verkaufen* Cunegundis dicta Walinch, Cunegundis et Hadewigis, sorores dicti Ludekinch, Elizabet Lomanninch, Detburgis Winenvlesges ac Alheydis de Tudorp, sicut solam domum, quam quondam simul habitabant, nostro cuidam burgensi vendiderant, ita aream, in qua domus fratrum minorum sita iam dudum dinoscitur, cum curia sive spacio circumquaque ipsi domui adiacente ipsis fratribus *und bekennen*, nec quicquam dicti spacii ad supradictam domum nostro dicto .. burgensi venditam pertinere, sed ad domum sive hospicium devotorum virorum fratrum eorundem totaliter translatum, ... adeo, quod nichil iuris idem burgensis noster sive successores eius circa[a)] aliquam sepedicti spacii partem sibi poterunt vendicare, resignantes pro se et pro aliis, si que olim secum commorantes sibi inposterum defacto ius competere dicerent, in eisdem intantum, quod se teneri de evictione astrinxerunt in manus honorabilis domine, domine .. abbatisse ecclesie Essendensis, Coloniensis dyocesis, proprietatem et possessionem aree et curie sive spacii memorati, sicut superius est expressum, prout edificium sive domus aree sepius prenarrate prelibate domine abbatisse resignata exstitit pro comodo fratrum eorundem perfruenda. *Stadtsiegel.*

Datum sabbato ante dominicam, que dicitur Reminiscere, anno Domini millesimo ccc^mo^decimo nono.

Urschr. Archiv Studienfonds Paderborn, Urk. Nr. 82, mit dem an Pgt.streifen anhängendem Siegel der Stadt Salzkotten (WS II 78,2). Rückschr. (14. Jh.): de domo in Soltkoten et *(16. Jh.)* area vendita Franciscanis; *dsgl. (17. Jh.):* Putatatur esse der wüste Platz in Salzkotten. *Abschr. (17. Jh.) ebd., Kopiar 1 S. 236. – Regest: INA 3,2 S. 131 Nr. 6 und Prinz, Archiv Paderborner Studienfonds 1, Die Urkunden S. 14 Nr. 34.*

[a)] Aus ciran verbessert

1762

1319 März 5

Die Edelherren von Büren übertragen dem Ludwig de Blikesen *einen ihnen von Albert* de Mulehusen *resignierten Hof in* Redensdorp.

Nos Bertoldus senior et Bertoldus iunior, nobiles consanguinei et domini de Buren, notum facimus omnibus hanc literam visuris vel audituris et protestamur publice, quod constitutus propter hoc in nostra presentia Albertus de Můlehusen, filius Alberti quondam de Můlehusen, resignavit plane et simpliciter cum consensu .. coheredum suorum in manus nostra bonum situm in Redensdorp apud Buren cum universis ipsius boni appendiciis, prout ipsum a nobis in feodo dinoscitur tenuisse, renunciando prorsus omni iuri, quod ipsi in dicto bono competebat. Nos igitur nobiles de Buren predicti recepta ab eodem

Alberto supradicti boni resignatione huiusmodi voluntaria porreximus et in hiis scriptis porrigimus idem bonum cum universis suis appendiciis Lodewico dicto de Blikesen, opidano in Buren, Arnoldo, Bertoldo et Lodewico, eius veris heredibus, a nobis in feodo tenendum et possidendum in perpetuum hereditarie et quiete, Bertradi quoque uxori eiusdem Lodewici prefatam bonum ad possidendum, quoadusque ipsa vixerit, nos protestamur porrexisse, promittentes firmiter, quod ipsis de dicto bono ubi et quando opus fuerit warandiam faciemus. Ut autem premissa omnia in suo robore permaneant, nos supradicti nobiles consanguinei de Buren sigilla nostra huic scripto apposuimus in testimonium premissorum. Actum presentibus Walraveno et Bertoldo nobilibus fratribus de Buren, item domino Hermanno de Groninghen, Odelrico de Brenken, Mengero de Selekensode, Bernardo de Etlen, Wilhelmo de Davelde, proconsule in Buren, Reinero iudice ibidem, Wernero Stotere, Bertoldo dicto Hering, Antonio dicto Kaken, Hennemanno van den Vanen, Brunone de Lemenhus, Menrico de Kidinchusen, Arnoldo de Adene, Johanne dicto Hon, Henemanno de Sidinchusen, Volquino de Brenken, Bertoldo dicto Mamme et aliis quam pluribus probis et fide dignis. Datum feria secunda post dominicam, qua cantatur Reminiscere, anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo decimo nono.

Urschr. Archiv Erpernburg I, Erpernburg, Urk. Nr. 4 mit den zwei Siegeln der Aussteller (WS I 36,2 und WS I 36,3). Abschr. (17. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 5102 IV S. 167. Regest: INA 3,1 S. 50f. Nr. 14.

1763

1319 März 8

Der Ritter Ludolf Westphal bürgt für den Ritter Lubbert Westphal wegen der Burg Lippspringe.

... ego Ludolphus Westphal, miles, publice protestando recongnosco, quod loco Johannis Gogravii, militis felicis memorie, una cum aliis fideiussoribus pro Luberto Westphal, milite nomine castri Lyppespringe fide data promisi et in hiis scriptis promitto secundum promissionem ipsorum fideiussorum et continenciam literarum desuper confectarum. *Er siegelt.*

Datum VIII° Ydus Marcii, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 469a, mit dem abhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 182).

1763 a

1319 März 15

Edelherr Bertold von Büren verzichtet gegenüber dem Kloster Holthausen auf das ihm gehörende dort verbrannte Haus.

Tenore presentium omnibus innotescat, quod nos Bertoldus nobilis domicellus de Buren brigam[a] seu dissensionem, quam in conventum et claustrales sanctimonialium coenobii Holthusen ordinis Cisterciensis movere presumpsimus ratione combustionis structure nostre ibidem sicut in presenti renunciamus et desistimus integraliter et pure propter Deum resignantes etiam eisdem aministrando(?) aream seu fundum domus predicte cum orto huic attinenti adeo precise, ut et nostris successoribus nunquam questio in posterum oriatur, dantes super hoc nostras litteras sigillo nostro communitas. Anno Domini M CCC°XIX, XV. mensis Martij.

*Abschr. (17. Jh.) StA Münster, Herrsch. Büren, Akten Nr. 277 Bl. 20, nach der Urschr. mit einem Siegel (darin Rautenbalken [*flammae*]).*

[a] Abschr.: brige

1764

1319 März 18

Graf Otto von Ravensberg verkauft dem Heinrich (von) Karzhem *und seinem Sohn Johann den Zehnten in* Berghusen.

Nos Otto comes de Ravensbergh, vir nobilis *verkauft mit Zustimmung* Bernardi prepositi Osnaburgensis, fratris nostri, et Margarete cometisse, domine nostre et uxoris legitime ac verorum heredum nostrorum decimam nostram in Berghuson una cum minuta decima ac universis et singulis suis attinentiis in parrochia Borgholthusen sitam Henrico dicto Karzhem et Johanni, eius filio, famulis, ac .. eorum veris heredibus ... *und belehnt sie* ... nomine homagii ... pro LXX marcis Osnaburgensium denariorum legalium, ... *vorbehaltlich des Rückkaufsrechtes* infra VII annos continuos singulis annis in festo Nativitatis beati Johannis baptiste *(= 24. Juni)*, dummodo dictis famulis aut ipsorum veris heredibus in festo Pasche, inde[a] in festo beati Johannis iam dicto reemere voluerimus, predixerimus *zum gleichen Betrage. Otto, Bernhard und Margaretha siegeln.*

Datum et actum presentibus Ecberto, Thiderico et Johanne, militibus dictis Vinken, Ludolpho Nagel et Alberto de Horne, militibus, Henrico de Lodere et Wernero Todrank, famulis, cum pluribus aliis fide dignis anno Domini M°CCC°XIX°, in ipsa dominica, qua cantatur Letare Jherusalem.

Urschr. StA Münster, Grafsch. Ravensberg, Urk. Nr. 53, alle Siegel verloren. Regest: WUB 10 Nr. 640. Vgl. Angermann S. 210 Nr. 177.

[a] Schreibfehler statt quando

1765

1319 März 18

Die Gebrüder von Padberg und Adorf verzichten gegenüber dem Kloster Bredelar auf ihre Ansprüche an Güter in Northolt *und* Bademarinchusen *gegen eine Familienmemorie.*

... nos Hermannus miles et Johannes famulus, fratres dicti de Patberch, Hermannus et Johannes famuli, fratres de Adorp, necnon nostri veri ac legitimi .. heredes impetitioni facte per nos religiosis viris .. abbati et .. conventui monasterii in Breydelare super decima in Berninchusen et aliis bonis sitis in Northolt et in Bademarinchusen renunciavimus in hiis scriptis pure propter Deum, tali tamen conditione, ut memoria omnium .. parentum nostrorum dilectorum in iam dicto monasterio per eosdem .. religiosos quolibet anno in vigilia beati Martini *(= 11. Nov.)* fideliter peragatur et eodem die communis consolatio ibidem .. conventui de bona cervisia, albo pane et piscibus vel scrpicio perpetue ministretur. *Hermaan von Padberg siegelt für sich und die anderen, die kein eigenes Siegel haben, und mit ihm* Fredericus et Godefridus, milites et fratres de Patberch ... *Zeugen:* dominus Godefridus, prepositus in Glintvelde, Conradus miles de Horehusen, Conradus famulus, filius suus, Stephanus miles iunior de Horehusen, Johannes de Dalewich, Hermannus de Dimella aliique quam plures fidigni.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, dominica, qua cantatur Letare Jerusalem.

Urschr. StA Münster, Kl. Bredelar, Urk. Nr. 164, mit noch einem Bruchstück des ersten an Pgt.streifen anhängenden Siegel des Hermann von Padberg. 2. und 3. ab. Rückschr. (15. Jh.): decima in Barminckhusen. *Abschr. (15. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 200 Bl. 91; dsgl. (B) (16. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 5726 Bl. 50. – Regest: Curtze, Beiträge 3 S. 143 Nr. 106.*

[a] B: Berdemarinchusen

1766

1319 März 21

Statut des Kapitels von St. Petri in Höxter über die Zahl der Präbenden.

Nos Henricus de Menghersen, decanus, Erenfridus scolasticus, Ecbertus de Vȏltessen, Henricus de Curia, Hermannus Monetarii, Johannes Hoye, Hermannus de Ponte et Godfridus de Godelem, canonici in prebendis maioribus, Bertoldus, rector ecclesie in Bracle, Ludolfus de Papenhem et Florencius de Nedersen, canonici in prebendis minoribus constituti et .. capitulum ecclesie sancti Petri Huxariensis notum facimus et ad omnium hominum presencium et futurorum noticiam cupimus pervenire, quod in ecclesia nostra, in qua sunt octo maiores et tres pueriles seu minores prebende, a retroactis temporibus plures fuerunt per nostros predecessores recepti in canonicos sub exspectacione prebendarum et per taliter receptos multipliciter fuit ecclesia nostra gravata, multa eciam ex tam indiscreta et indifferenti canonicorum recepcione dampna, dispendia, lites, odia et pericula apud nos tam collegio quam eciam personis singularibus provenerunt. Dabatur eciam canonicis taliter exspectantibus occasio desiderandi mortem aliorum, quorum loca et beneficia se accepturos sperabant contra sacras canonum sanctiones. Tandem venerabilis pater, dominus noster Theodericus episcopus ecclesie Paderbornensis, predicta cognoscens et statutum sequens concilii Maguntini, quod incipit „Item nullus“ etc. et prohibet expresse recepcionem canonicorum fieri, nisi ad vacancia beneficia et constitucionem imitando Bonifacianam, que incipit „Detestanda“, et cassat atque irritas nunciat omnes vias, modos et formas, per quas occasio dari potest ad vacatura beneficia[a] veniendi, antiquum numerum undecim prebendarum, octo scilicet maiorum et tres minorum, seu privilegium in nostra ecclesia stabilivit et illi numero prebendarum coaptavit numerum personarum, ut scilicet exnunc in perpetuum numerus personarum et canonicorum nostrorum prebendarum undecim numerum non excedat. Nos eciam hunc prebendarum et personarum numerum ex mandato eiusdem domini .. episcopi iuravimus unanimiter et corporaliter ad sancta Dei ewangelia eis corporaliter tactis in nostra ecclesia[b] velle in perpetuum observare nec umquam deinceps recipere in canonicum aliquem vel, ut recipiatur aut quod de recepcione in canonicum[c] spes alicui fiat, consentire pariter aut divisim, nisi prebenda vacare veraciter dinoscatur adiciendo in eodem iuramento, quod de cetero nullum canonicum emancipabimus, nisi prius idipsum se iuret fideliter servaturum. Et hoc presens statutum de certo canonicorum et prebendarum numero positum approbatum per nos iuratum et per dominum nostrum .. episcopum supradictum legittime confirmatum in ecclesia nostra in perpetuum observabimus et faciemus auctore Domino inviolabiliter observari. In cuius robur et testimonium sigillum nostrum ad perpetuam rei memoriam presentibus litteris est appensum. Actum et datum quarta feria post domincam Letare, anno Domini m°ccc°xix°.

Urschr. ErzbA Paderborn, Urk. Nr. 91, mit dem Rest des an Pgt.streifen anhängenden Kapitelssiegels. Rückschr. (16. Jh.): Statutum iuramento firmatum, ut octo maiores prebende et tres minores in ecclesia nostra sint et non plures. *Abschr. (18. Jh.) StA Münster, Msc. II Nr. 101 S. 86ff. (aus Abschrift). Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 5217 Bl. 18 und Nr. 5219 Bl. 65. – Regest: INA 2,1 S. 42 Nr. 91.*

[a] Urschr.: benefi ... Dahinter Rasur [b] a aus e verbessert [c] Die Schlußsilbe ist am Ende der Zeile ausgelassen

1767

1319 März 28 Hamm/Ahlen

Bischof Ludwig von Münster schließt mit den Grafen Engelbert von der Mark, Robert von Virneburg Marschall von Westfalen, Gottfried von Sayn und Otto von Tecklenburg Frieden.

... Hirenboven hebbe wy vif heren, die voreghenanten, uns ouch also vorbunden, daz unser keyn up den anderen keynen herren denen sal, sunder die .. byscop unde der greve van der Marke, de vorghenomden, scheydent uz beyde den ercebyscop van Colne, greven .. Adolve van den Berghe, heren Symone, den heren van der Lyppe. Also weder welkeren derselve ercebyscop, greve .. Adolf oder Symon, de herre van der Lyppe, orloghen wolde, bode de recht unde wolte recht gheven, so solde io de andere stille sitzen ...

Desse bref wort ghegheven unde gheschach up dem daghe tusschen dem Hamme unde Alen, do man zalte noch Godes gheburte dusent iar, drehundert iar, in deme nighentenden iare, des nesten gudensdaghes vor Palmen.

Urschr. StA Münster, Domkapitel Münster, Urk. III Bb Nr. 10, mit an Pgt.streifen anhängenden Siegeln der fünf Aussteller. Hier nach dem Druck im WUB 8 Nr. 1320. – Regest: RegErzbKöln 4 Nr. 1099.

1768

1319 (Ende März) Ahlen

Rechtsfindung des Edelherrn Simon zur Lippe über die Zulässigkeit von Blutrache bei der Tötung von Straßenräubern.

Nos Enghelbertus comes de Marka universis presentia visuris cupimus esse notum, quod constituti in civitate Alensi una cum nobilibus viris domino Symone de Lippia, de Waldecghe, de Seyna et de Tekeneburg comitibus necnon et multis aliis tam militibus quam militaribus in sententia publice requisivimus, quod si aliquos bona aliena rapientes a patientibus iniuriam vel rapinam per modum defensionis casu occumbere contigerit, an vindicta de hoc debeat aliqua comitari? Super que questione predictus Symon nobilis dominus de Lippia cum predictis comitibus ac aliis quam pluribus viris prudentibus et fide dignis tam militibus quam famulis sagaci deliberatione prehabita simpliciter sententiando diffinivit, taliter occumbentes esse nullatenus vindicandos. Quam sententiam ab omnibus approbatam appensione sigilli nostri ... protestamur.

Urschr. (stark verletzt) Archiv Cappenberg, Urk. Nr. 192, Siegel ab. Ergänzt nach dem Druck bei Kindlinger, Merkwürdige Nachrichten S. 130. Druck: WUB 8 Nr. 1303. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 652. Kindlinger hatte die undatierte Sentenz zum Jahre 1317 gesetzt, doch ist der Tag in Ahlen durch den auf ihm am 28. März 1319 geschlossenen Vertrag des Bischofs von Münster mit den Grafen von der Mark, Virneburg, von Sayn und Tecklenburg (WUB 8 Nr. 1320) gesichert. Vgl. auch o. Nr. 1516 und Nr. 1767.

1769

1319 April 9

Bischof Dietrich von Paderborn läßt dem Abt von Marienmünster verbieten, Vordhe *zu befestigen.*

Theodericus Dei gracia Paderbornensis ecclesie episcopus in Nyhem, in Holthosen et in Sandenebike ecclesiarum rectoribus salutem in Domino. Mandamus, quatenus visis presentibus accedatis dominum .. abbatem in Stenhem de Monasterio translatum et inhibeatis ei[a)] sub debito obedientie tempore sue confirmacionis nobis facere[b)] et sub pena excommunicationis late sententie in hiis scriptis, ne ipse in loco dicto Vordhe aliquam munitionem edificare presumat vel per aliquem seu aliquos edificari ibidem procuret, cum hoc sit nostre ecclesie preiudiciale et dampnosum et omnino contra nostram voluntatem. Si vero monitioni et prohibitioni vestre rebellis fuerit, vos pariter et divisim, sicut requisiti

fueritis, denuntietis eum sex dierum monitione premissa excommunicatum nullo alio mandato exspectato, primo in Stenhem et deinceps in vestris ecclesiis singulis diebus dominicis et festis. Reddite litteram execucione per vos per[c)] aliquem ex vobis facta, si forsan non possetis pariter convenire. Datum V. Idus Aprilis, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 470, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Bischof Dietrich (WS 50,1), Bruchstück, 2. ? (Abb. II 164), 3. Otto, Priester (Abb. II 96).

[a)] Urschr.: sibi! [b)] Ergibt so keinen Sinn. Sollte es nicht heißen müssen sub debito obediente ... nobis facte iuramento? [c)] Davor fehlt vel

[1)] Daß der Abt sein Vorhaben doch durchgeführt hat, ergibt die Urkunde vom 2. Februar 1324, mit der er die befestigte Stadt Vörde dem Bischof abtritt (StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 501).

1770

1319 April 9

Der Abt von Helmarshausen einigt den Abt von Hardehausen mit Arnold Ekman *wegen gewisser Güter, die dieser von ersterem erhalten hat.*

Nos Reymboldus Dei gracia electus abbas in Helwordeshusen visuris et audituris notum esse cupimus in hiis scriptis, quod dominus abbas et conventus in Herdehusen et[a)] Arnoldus Ekman in quibusdam bonis, que a nobis seu nostra habet et possidet gracia, pro quibus discordarunt, amicabiliter ab invicem separati sunt. In quo nos et ex consequenti Arnoldus predictus sufficimus, sumus et contenti. In cuius robur rei et evidens testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M CCC XIX, sequenti die Pasche.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 453, Siegel verloren.

[a)] Fehlt Urschr.!

1771

1319 April 9–15

Die Testamentsvollstrecker des Magisters Ludolf, Thesaurars von St. Johann in Osnabrück, verkaufen dem neuen Thesaurar Johann von Bielefeld einen Wortzins.

Nicolaus scolasticus et Everhardus perpetuus vicarius ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis executores testamenti magistri Ludolfi, quondam thesaurarii ecclesie nostre predicte, recognoscimus protestando, nos vendidisse redditus xij solidorum denariorum arealium, quos idem thesaurarius, dum viveret, tenuit et possedit in domo et area Yde, relicte quondam Henrici dicti Schedemekere, in Dilinghestrate sitis, domino Johanni de Bilevelde, thesaurario nostro, pro sedecim marcis denariorum legalium, quos in exequiis ipsius testatoris expendimus et ad pios usus in singulis monasteriis tocius diocesis Osnaburgensis exposuimus pro remedio anime sue confraternitatem defuncto in ipsis humiliter procurando. In cuius rei testimonium nos .. scolasticus predictus sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Et ego Everhardus, quia sigillo proprio careo, sigillo domini .. scolastici predicti sum contentus. Actum et datum anno Domini m°ccc^{mo}xix, infra octavas Pasche.

Urschr. StA Osnabrück, Stift St. Johann-Osnabrück, Urk. Nr. 139, mit abhängendem Siegel des Scholasters. – Regest Bielef. UB Nr. 128.

1772

1319 April 11

Vor Johannes Erenfridi et Lentfridus de Kerictorp, proconsules ceterique consules civitatis Paderbornensis ... et in presencia Hermanni de Molendino, Godefridi Lellen et Themmonis, iudicum nostre civitatis ... *verkaufen* Wernherus de Emmerike et Lefgardis, uxor sua legitima, nostri cives, cum pleno consensu Henrici, quondam plebani in Eysnen, Amelungi, suorum filiorum, Lefgardis et Cunegundis, filiarum ipsarum, ac omnium aliorum suorum heredum et coheredum ... domino Henrico de Dalpenhosen, vicario sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne, et ipsis, quibus ipse deputaverit ... annuos redditus sex solidorum Paderbornencium denariorum, quos habuerunt in domo Henrici Luhtgeri, sita[a] apud valvam dictam Rimbekesdore nostre civitatis singulis annis in festo beati Mychahelis *(= 29. Sept.)* persolvendos pro quinque marcis denariorum Paderbornensium. *Stadtsiegel.*

Actum in presencia iudicum predictorum, domini Thyderici de Syricsen, vicarii sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne, Johannis de valva occidentali et dicti Grevinges, nostrorum civium.

Datum feria quarta in festo Pasche, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 74, mit dem am Pgt.streifen angehängten Siegel der Stadt Paderborn (WS II 78,6), mit RS (WS II 86,15). Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 108. Regest: INA 3,2 S. 96 Nr. 35.

[a] Urschr.: sitam

1773

1319 April 13

Das Kloster Helmarshausen bittet Papst Johannes XXII. um Bestätigung des neu gewählten Abtes Reimbold.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo, domino Johanni, sancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici, totus humilis conventus monasterii exempti in Helmwordeshusen, ordinis sancti Benedicti, dyocesis Paderburnensis, devota pedum oscula beatorum. Quia vacante abbacia nostra per mortem quondam domini Adolfi, ad eandem de nostro conventu electi, ante confirmationem et benedictionem suas, pro quibus sanctam sedem apostolicam adierat, venerabili patri domino Coloniensi archiepiscopo commissas morte preventi, honorabilem virum dominum Reymboldum, exhibitorem presentium, de gremio nostre ecclesie per formam compromissi electum, concorditer suscepimus et habuimus pro electo. Sed ipse nos una secum pro eiusdem confirmatione in adeundo et mittendo ad ipsam sedem apostolicam non servavimus et servare potuimus, quas tunc ignoravimus, sed postea expediti fuimus, provisiones iuris annis pluribus iam elapsis debitis gravibus pro negotio confirmationis dicti Adolfi contractis plene adhuc non exhaustis et paupertate et multiplici penuria, quam sustinuimus in diuterna regionis nostre durissima caristia malignorum quoque nos undique circumdantium, per quos etiam idem Reymboldus notorie spoliatus, captivatus et custodie extitit deputatus, spoliationibus et grassaturis ac aliis variis necessitatibus prepediti. Quare beatitudini vestre humiliter supplicamus, quatenus propter Deum simplicitati ac paupertati nostre parcentes dictum dominum Reymboldum utpote notum et ad defendendum nostra cognatione in nostra vicinia pociorem confirmare sive potius providere nobis dignemini secundum vestre gracie beneplacitum in abbatem, ne diutius simus quasi greges sine pastore errantes. Cederet quoque irrecuperabiliter in pauperio nostri monasterii[a] ruinam, si eidem preficeretur alienigena seu ignotus. Datum anno Domini m°ccc°xix, Idus Aprilis.

Urschr. ErzA Paderborn, Urk.; das angehängte Siegel ist verloren. – Abschr. (18. Jh.): StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 (Nachlaß Overham) Bd. 5 S. 220f. – Reg. (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 242b S. 48 Nr. 6. – Regest: INA Beibd. 2,1 S. 42 Nr. 92.

[a] So statt richtiger pauperii nostrum monasterium

1774

1319 April 15 Fritzlar

Der Ritter Rabano von Kalenberg, *Amtmann* (officiatus) *des Erzbischofs Peter von Mainz, erklärt, daß er für alle seine Forderungen aus dem Kriege gegen den Landgrafen Otto von Hessen 250 Mark reinen Silbers Fritzlarer Gewichtes erhalten soll. Am Walburgistag (= 1. Mai), wenn die Beurlaubung* (inducie) *der Gefangenen, die er für den Erzbischof verwahrt, aufhört, wird er sie diesem bzw. seinen Bevollmächtigten ausliefern und wenn sie weiter beurlaubt werden, so sollen sie dem Erzbischof Sicherheit geben, daß sie sich wieder stellen. Er wird am 1. Mai 100 Mark erhalten und die Gefangenen bis zur Zahlung der restlichen 150 Mark behalten, nach Zahlung derselben sie aber ausliefern. Hierzu verpflichtet er sich und seine Erben für den Fall seines Todes eidlich. Mit ihm siegeln die* tractatores et mediatores *Reinhard von* Talwich *und Johann von* Husen, *Ritter.*

Acta sunt hec Fritslarie inter amicos domini mei archiepiscopi eius nomine et me 1319, XVII. Kalendas Maii.

Insert in die Urkunde des Erzbischofs vom folgenden Tage (s. u. Nr. 1775). – Regest: Vogt, Mainzer Regesten 1 Nr. 2092.

1775

1319 April 16

Der Mainzer Amtmann in Gieselwerder (Gisleinwerdere), Rabeno de Calemberch *teilt dem Erzbischof von Mainz mit, daß die Klagen des Klosters Lippoldsberg über den früheren Amtmann* Tylo de Bola *wegen Beeinträchtigung ihrer Besitzrechte*[1] *berechtigt seien und er das Kloster wieder in den Besitz seiner Rechte gesetzt habe. Doch behalte der Erzbischof und seine Getreuen* (amici) *das Recht, in den genannten Wäldern Holz zu schlagen für den eigenen Bedarf, nicht aber zum Verkauf.*

Datum anno Domini 1319, XVI. kalendas Maii.

Urschr. StA Marburg, Kloster Lippoldsberg, Urk., mit dem abhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 75); Abschr. StA Hannover, Kop. XX Nr. 40 (1943 verbrannt). – Regest: Vogt, Mainzer Reg. I Nr. 2016.

[1] *Vgl. o. Nr. 1699a vom 9. Juni 1318.*

1776

1319 April 16

Erzbischof Peter von Mainz bestätigt die inserierte Abmachung des Rabano von Kalenberg mit den Freunden des Erzbischofs vom Tage zuvor[1] *und verspricht, die restlichen 150 Mark am Jakobitag (= 25. Juli) zu zahlen oder schon vorher, falls diese Summe mittlerweile von Christen und Juden bei ihm eingeht, ihm durch den Dechanten Gerhard von Fritzlar und Gottfried von Hatzfeld anweisen zu lassen. Werden die Gefangenen durch den Erzbischof geschatzt* (si … exactionari contingat), *so wird er den*

Burgleuten in Hessen, die im Kriege seine Genossen gewesen sind, ihren Anteil zukommen lassen gemäß den schriftlichen Abmachungen, die bei Beginn des Krieges in primo introitu *zwischen ihnen, abgesehen von Rabeno* (Rabenonem eximendo in hac parte) *getroffen worden waren.*

Datum anno Domini 1319, XVI. Kalendas Maii.

Gleichzeitige Abschr. Bayerisches HA München, I Mainz, St. Alban, Fasc. 11. – Regest: Vogt, Mainzer Reg. 1 Nr. 2093.

[1] Vgl. o. Nr. 1774.

1777

1319 April 23 Liesborn

Abt Florinus *von Liesborn und sein Konvent legt mit Hilfe des Pfarrers Konrad von Liesborn und des* Johannes de Esscherde, nobilis viri domini Lippensis advocati, *den Streit zwischen dem Ritter Bruno* dictum Hundertmark *und der Mechthild, Witwe des* Willekini de Herinctorpe *um die Pacht des Hofes* in Herinctorpe *bei.*

Datum dominica, qua cantatur Misericordias Domini in kaminata domini abbatis, ... anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. StA Münster, Kl. Liesborn, Urk. Nr. 114, das Siegel des Vogtes ist verloren. – Druck: Schmieder, UB Liesborn Nr. 144. – Regest: WUB 8 Nr. 1328.

1778

1319 April 23

Heinrich Graf von Solms, Herr zu Westerburch *und seine Mutter* (Lisa), relicta dicti Rost, dicta von der Lippe, *versöhnen sich mit dem Kloster Arnsburg wegen gewisser (nicht näher bezeichneter) Übergriffe.*

Datum anno Domini m ccc xix, Georigi martiris.

Abschr. (18. Jh.) StA Münster, Msc. II Nr. 188 S. 23ff. nach der Urschrift in doppelter Ausfertigung. An einem hing noch das Siegel einer (stehenden?) Dame mit zwei Schilden: rechts die Lippische Rose, links der Solms'sche Löwe; Umschr.: SIGILLUM LISE COMITISSE DE SOLMISSE.

1779

1319 April 25

Graf Otto von Ravensberg verpfändet den Gebrüdern Vridach *einen Hof in* Smachteshagen *im Kirchspiel Werther.*

Nos Otto comes de Ravensberg ... de pleno consensu omnium heredum nostrorum Ecberto et Helmico fratribus dictis Vridach et eorum heredibus legitimis et veris domum nostram in Smachteshagen[a] in parochia Werther, que vocatur domus Hermanni Heynen, una cum hominibus ipsam nunc inhabitantibus pro triginta marcis Bileveldensium denariorum titulo pignoris obligavimus ..., ita videlicet, ut singulis annis tres marcas dicte monete duobus terminis, scilicet in die Walburgis *(= 1. Mai)* XVIII solidos et in festo beati Michaelis *(= 29. Sept.)* tantum tamdiu recipiant ex domo iam dicta, donec

a nobis aut a nostris heredibus eisdem triginta marce fuerint integraliter persolute, hac conditione interposita, quod fratres iam dicti vel eorum heredes nichil ultra tres marcas prescriptas a memorata domo exigere debebunt nec homines eiusdem domus aliquibus exactionibus seu peticionibus a nobis vel a nostris officialibus volumus[b] aggravari. *Der Graf siegelt.*

Datum anno M CCC XIX, in die beati Marci evangeliste.

Abschr. (A) (18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3117 III Bl. 94. – Reg. (B) (17. Jh.) StBibl. München, Cod. germ. Nr. 2213 (Sammlung Redinghoven) Bd. 48a S. 40; dsgl. (19. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 2411 II, II Bl. 7 Nr. 35. – Druck: WUB 10 Nr. 647.

[a] So ist das Vinachteshaghen in A zu emendieren [b] Abschr.: volimus

1780

1319 April 26 Avignon

Papst Johann XXII. beauftragt den Erzbischof von Bremen sowie die Bischöfe von Utrecht und Hildesheim, den Predigerorden, soweit er extra regnum Francie *von mißgünstigen Menschen bedrängt wird, in Schutz zu nehmen.* – Dilectos filios –

Datum Avinione, vi. kalendas Maii, pontifiatus nostri anno tercio.

Transsumpt des Johannes de Holtorpe, Offizials des Bischofs Otto von Minden (nach der Urschrift vera bulla plumbea dicti .. domini Johannis pape xxii. in cordula canapis more Romane curie bullatas *im Besitz der Dominikaner in Minden, die das Original* propter varia viarum pericula et discrimina *nicht nach Paderborn zu schicken wagen, wo es in einem Prozeß des Klosters der Dominikanerinnen in Lemgo gegen* mag. Johann Homersen *vor dem Abt Konrad von St. Peter und Paul als subdelegierten päpstlichen Richter produziert werden soll). Das Transsumpt ist in Minden durch den Notar Everhard* Kerchof, *Kleriker der Diözese Minden,* in nova capella in ambitu ecclesie Mindensis ... subtus locum capitularem *am 29. August 1394 aufgenommen in Gegenwart der Zeugen* Johannes Greven, canonicus Mindensis, Arnold de Oldendorp, Egbert de Merteslo, perpetui vicarii *am Dom,* Nicolaus, plebanus in Dankersen *und Johann* Rotbeke *Kleriker. Urschr. StA Detmold, Stift St. Marien-Lemgo (L 4 A) Nr. 275, mit dem gut erhaltenen Siegel des Mindener Offizials. Abschr. (1703) ebd., Akten Nr. 275 S. 17f. Weitere Transsumpte des päpstlichen Protectoriums vom 20. Sept. 1347 und 15. Juni 1428 ebd., Dominikaner-Warburg, Urk. Nr. 57 und 79. – Ein gleicher Auftrag des Papstes erging am selben Tage auch an die Erzbischöfe von Köln und Trier, sowie an den Bischof von Straßburg (vgl. RegErzbKöln 4 Nr. 1105). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 1426.*

1781

1319 April 29

Vor Bürgermeister, Richter und Rat zu Bielefeld verkauft Gisela, Witwe des Johann von Coesfeld, ihrem Bruder Johann, Thesaurar von St. Johann in Osnabrück eine Hausrente.

Nos Ecbertus de Oldendorpe, proconsul, Hermannus Hanenbom, iudex, Johannes Top, Arnoldus Strepehavere, Gerhardus Mule, Ludolphus de Lage, Bernhardus de Zelehusen, Henricus Mule,

Gerhardus Pustere, Sifridus Pistor, Segewinus de Brakwede, Arnoldus de Arnholte, Hermannus de Langhenbergh, consules oppidi Byleveldensis, tenore presentium recognoscimus, quod Gisla, relicta quondam Johannis de Cosveldia, coram nobis constituta recognovit se vendidisse, tradidisse ac libere resignasse de consensu et voluntate heredum ipsius, videlicet Johannis, Everhardi, Alheydis, Hildegundis, Hadewigis, Cunigundis et Gislen redditus unius marce denariorum arealium in domo Giselberti de Horst, famuli, in nova civitate Osnaburgensi honesto viro, domino Johanni, fratri suo, ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis thesaurario, pro sedecim marcis denariorum ibidem legalium, aut cui idem thesaurarius vendiderit aut etiam legaverit huiusmodi redditus, perpetue possidendos. In cuius recognitionis evidens testimonium sigillum oppidi nostri presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°CCC°XIX°, III°Kalendas mensis Maii.

Urschr. StA Osnabrück, Stift St. Johann-Osnabrück, Urk., Siegel verloren. – Druck: Bielefelder UB Nr. 129. Abschr. (15. Jh.) ebd., Msc. Nr. 201 S. 4.

1782

1319 Mai 1

Bischof Dietrich von Paderborn genehmigt dem Kloster Gehrden die Gründung einer Stadt.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus ecclesie Paderbornensis notum facimus, quod necessitatem monasterii de Gerdene oculis paterne considerationis intuentes licentiavimus, ut circa monasterium suum in fundo proprio munitionem civitatis extruant, ut sic firmentur septa claustri et non pateat facultas communitis hostibus locum faciliter invadendi, hac forma addita et condicta, quod oppidum illud patens et aptum erit episcopo, qui pro tempore fuerit, et capitulo nostre ecclesie ad omnes nostras necessitates, que possunt imminere ad modum aliarum civitatum et opidorum nostrorum, sed ex opido illo vel ad opidum illud nulle debent per nos vel per officiatos nostros gwerre penitus exerceri. Homines nostri, aliarum ecclesiarum et monasteriorum nobis subditorum ac ministerialium nostrorum non recipientur nec detinebuntur ibidem, nisi dominorum suorum licentiam habeant super eo. Officiales nostre ecclesie, si quando eos ibi contingit hospitari, hospicia sua scilicet ‚stroherberge' homines exhibebunt, prelatos vero et canonicos nostre ecclesie illuc accedentes prepositus decenter recipiet et benigne procurabit, sicut antea fieri est consuetum. Insequutiones hostium generales, que ‚volghe' nominantur, cum aliis vicinis civitatibus nullis[a] facere tenentur incole opidi illius, quando super eo fuerint requisiti. Altum iudicium, quod vocatur ‚hogherichte', quirent, sicut illud ab antiquo querere consueverunt. Ad petitiones generales, ad quas omnes ecclesie nostre[b] civitates concordant, pro sua possibilitate contribuere tenebuntur. Cetera omnia in eodem opido existentia in presenti et que[c] in eo provenire in quibuscunque rebus et ex quacunque causa possunt in futurum, ad liberam dispositionem et ad utilitatem prepositi monasterii pleno iure perpetuis temporibus integraliter pertinebunt in tantum, quod nobis aut successoribus nostris nihil iuris remaneat seu competat in eisdem, illis exceptis, que superius sunt expressa. Ne in premissis omnibus et singulis in posterum per nostros successores aliqua contradictio valeat suboriri, litteram presentem sigilli nostri dedimus munimine roboratam. Datum et actum Kalendas Maii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono.

Abschr. (16. Jh.) Archiv v. Oeynhausen, Driburg, Bl. 33^{v}f.; danach Einzel-Abschr. (18. Jh.) StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 471; dsgl. StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 (Nachlaß Overham) Bd. 1 S. 24; dsgl. StA Marburg, Raspe'Urk.Sammlg. – Druck: Schaten, Ann. Pad. 3 S. 240f.

[a] Es muß sicher nostris heißen! [b] Fehlt in der Abschrift [c] Abschr.: qui!

1783

1319 Mai 1

... frater Hertwicus, *Abt und Konvent des Klosters Hayna* (Hegene) *gewähren Propst* Theoderico, *Priorin und Konvent des Klosters in* Scaken *volle Teilhabe an allen ihren guten Werken in Leben und Tod. Der Abt siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XIX°, in die beatorum apostolorum Phylippi et Jacobi.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 9100 (Kl. Schaken), mit dem abhängenden Siegel des Abtes (Bruchstück). Neben der Pressel: orate pro fratre Hartmudo dicto de Verse[... *Rückschr. (15. Jh.):* littera fraternitatis in Heygene.

1784

1319 Mai 2

Vor dem Rat der Neustadt Lemgo verkauft der Bürger Herman Kosterink *dem dortigen Kloster eine Rente von 5 Schillingen aus seinem Hause.*

Wi de rad up der Nygen stad tho Lemego bekennet openbare in dosme breve, dat vor uns ghekomen is Herman Kosterink, unse borgher, unde bekande des, dat he vorkoft hevet mit willen unde wlborde alle siner rechten erven vif schillinge pennincgheldes penninge, also mit uns ghinge unde gheve sint, de men sal utgheven alle iar half to Paschen unde half to sunte Michaelis daghe *(= 29. Sept.)* in sin hus unde word, also de beleghen sint bi Henneken hus Dodenbrokes up de west siden, der priorissen unde deme convente der iuncvrowen[a] in unser stad, de under der prediker orden sint, vor vif mark der benomden penninge, de eme rede betalet sint, mit sodane underschede, dat Herman Kosterink eder sine rechten erven dosse sulven ghulde moghen wederkopen, wanner se willet, to Paschen ofte to sunte Michaelis daghe vor de benomden vif mark penninge eder vor derdehalve mark lodighes sulvers, ofte de penninge hir en binnen werdet ghewandelet in ergher ofte in beter. Unde dosse ghulde sal men mit uns vorschoten, also unse borghere ere ghůt to vorschotende pleghet unde mit unser stades wertlike gherichte ut winnen unde anders mit nenem gherichte. In tuchnisse dosser dink hebbe wi unser stades ingheseghel an dossen bref ghehangen na Godes bort druttenhundert iar in deme neghenteyndeme iare, des neghesten dåghes na sunte Walburges daghe.

Urschr. StA Detmold, St. Marien-Lemgo (L 4 A) Nr. 53, mit an Pgt.streifen anhängendem Siegel der Neustadt Lemgo in grünem Wachs (Abb. I 12). – Reg.: Lipp. Reg. 2 Nr. 643.

[a] v verbessert aus w

1785

1319 Mai 12

Der Knappe Hermann von Wöbbel überläßt dem Kloster Kemnade seinen Hof in Schnessel.

Nos Hermannus de Wecbelede, famulus, recognoscimus in hiis scriptis .. omnibus presencia visuris vel audituris publice protestando, quod nos cum bona nostra voluntate nulla coactione inductus (!) ac pleno consensu nostre uxoris legitime, .. omniumque nostrorum heredum libere[a] resignamus curiam sitam in Snesle cum quatuor mansis et quatuor casis et una curi[a], sicut dinoscebatur pater noster in hac villa possedisse, in pratis, in campis, in pascuis, aquis et in silvis cultis et incultis,

cum omni iurisdictione ad nos devoluta honesto viro, domino preposito totique conventui sanctimonialium ecclesie in Kimenaden absque ulla inquietatione sive inpeticione perpetuo possidenda. Ut autem ista perpetua et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes vero huius facti sunt: frater Johannes ordinis predicatorum, dictus de Svalenberge, dominus Bertrammus, plebanus in Huncenhůsen, dominus Woltherus dictus Post, miles, nobiles[b] de Perremůnth, scilicet Hildeboldus et Gotscalcus, Bernhardus Canno, Ludolphus de Elmerinchůsen, Gerlacus de Vespere et alii plures fidedigni.

Datum et actum anno Domini m°ccc°xix°, in die sanctorum martirum Pancracii et .. sociorum eius.

Urschr. StA Marburg, Sammlung Schwenken, Urk. Nr. 18, mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 159). Rückschr. (15. Jh.): up eynen hoff to Snezlen myt 4 hove landes. *Abschr. (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 139 Bl. 210; dsgl. (18. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 102 S. 51 (mit Siegelzeichnung); dsgl. (danach) ebd., Msc. VII 5214 (Mooyer).*

[a] Urschr.: libm (mit einem Kürzungsstrich durch das b und einem er-Haken über dem m). Ob liberorum gemeint ist? Dann fehlt aber ein et davor! [b] Urschr.: nobliẽs

1786

1319 Mai 18 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln versetzt dem Heinrich Gogreve und seinem Sohn das Gogericht Herford.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, militibus et famulis ac universitati oppidanorum oppidi et districtus sui Hervordensis in Westphalia gratiam et omne bonum. Noveritis, quod strenuos nostros Henricum dictum Gogravium de Hervorde et Reinerum, eius filium, milites, nostros et ecclesie nostre Coloniensis in Hervordia constituimus officiatos, officium nostrum et ecclesie Coloniensis gograviatus in Hervordia, quod nostri predecessores in[a] progenitoribus eorundem olim pro certa pecunie summa emerunt, ipsis non tanquam heredibus dicti officii, sed tanquam nostris officiatis, ut in iudiciis et aliis iuribus, que nos et ecclesia Coloniensis ibidem habemus, iura nostra tueantur vice nostra presentibus committendo, mandantes vobis, ut ipsis tanquam officiatis obediatis et intendatis, prout aliis nostris officiatis obedire hactenus consuevistis[b]. Et ut dicti milites in conservatione et recuperatione iurium nostrorum et ecclesie nostre, que in terminis illis ab aliis officiatis nostris, ut intelleximus, plurima sint neglecta, studiosius recuperent et conservent, volumus, hanc nostram commissionem officii nostri eis[c] factam ab instanti festo Pentecostes *(= 27. Mai 1319)* ad sex annos continuos, qui in eodem festo currere incipiunt, perdurare, quibus elapsis nos vel successor noster et ecclesia Coloniensis, antequam ab eodem officio ipsos deponamus, centum et quinquaginta marcas denariorum pro tempore Susati usualium, quas in usus nostros et ecclesie Coloniensis exposuerunt et dederunt, eisdem integraliter reddemus. Quo facto de ipso officio nos vel successor noster disponere vel ordinare poterimus sicut de libero ecclesie Coloniensis officio alium vel alios officiatos preficiendo eidem sicut prius nullo iure ipsis Henrico et Reinero seu eorum heredibus in ipso officio gograviatus et eius attingentiis[d] penitus reservato fraude et dolo in his exclusis. In cuius rei testimonium presentes literas nostro et dictorum militum nec non oppidi nostri Hervordensis predicti sigillis fecimus communiri. Et nos Henricus dictus Gogravius et Reinerus, eius filius, milites predicti, recognoscimus, nos officium gograviatus Hervordense predictum reverendo patri et domino nostro, domino Henrico archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi a[tt]inens in commissione sub forma prescripta ab eodem domino nostro recepisse quodque nihil plus iuris quam ut simplicis officiati dicti domini nostri et ecclesie sue Coloniensis ex hac restituta habemus vel nobis aut nostris

heredibus in eodem officio poterimus vendicare et quod ipsum officum debemus in iure suo conservare, sigilla nostra in horum firmitatem his literis apponendo rogantes etiam apponi eisdem sigillum Hervordensis oppidi. In horum evidentiam ampliorem etiam nos consules ac universitas oppidi Hervordensis pro conservatione iuris Coloniensis ecclesie in officio memorato ad requisitionem reverendi domini nostri, domini Henrici ipsius Coloniensis ecclesie archiepiscopi, et preces Henrici et Reineri militum dictorum oppidi Hervordensis in robur premissorum presenti instrumento seu literis duximus apponendum. Datum Gudensbergh anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, crastino Ascensionis eiusdem.

Abschr. (Kindlinger) StA Münster, Msc. II Nr. 72 S. 90ff. (aus Farr. Gelenii Bd. XXIII = Landesbibl. Darmstadt, Hs. Nr. 2709). – Druck: Pape, UB Herford 1 Nr. 33. – Regest: RegErzbKöln 4 S. 248 Nr. 1110.

[a] Am Rande verbessert in a vel de [b] Am Rande von anderer Hand (?): consuevetos [c] Am Rande dsgl. davor: predicti Pentecostes incipiens [d] Am Rande dsgl.: attinentiis

1787

1319 Mai 21

Der Knappe Werner von der Asseburg belehnt Everhard von Mengersen als Prokurator des Hospitals in Brakel mit gewissen Renten.

Universis presens scriptum visuris et audituris ego Wernherus de Asseborch, famulus, recognosco in hiis scriptis lucide protestando, quod hospitale in Bracle habet annuatim redditus quinque quartalium siliginis et quinque solidorum denariorum ibidem legalium de molendino, quod situm est in dicta civitate prope valvam, que dicta est Oester dor, et hiis redditibus Everhardum de Mengersen, famulum, qui nunc temporis extitit procurator eiusdem hospitalis, inpheodavi et inpheodare debeo et volo in prefatis redditibus alium[a], quicumque fuerit in posterum in procuratorem prefati hospitalis constitutus, volens eciam eidem hospitali ac procuratori eiusdem, quicumque sit, quousque in dicto officio nomine procuratoris duraverit ac perseveraverit, prestare plenam warandiam dictorum reddituum loco et tempore, quandocumque fuero requisitus. In huius facti testimonium presens scriptum feci mei sigilli munimine roborari. Datum anno Domini M°CCC XIX°, feria secunda in octava Ascensionis Domini nostri.

Abschr. (15. Jh.) StadtA Brakel, Urk. Nr. 448 (vgl. o. Nr. 1456 vom 8. Juli 1316). – Druck: Asseburger Ub 2 Nr. 815.

[a] Davor fehlt wohl vel!

1788

1319 Juni 5

Die Gebrüder Spiegel übereignen dem Kloster Arolsen zwei Höfe in Witmar, die Rudolf von Külte diesem verkauft hat.

Notum sit omnibus presentem paginam audituris pariter et visuris, quod nos Raveno, Eckebertus[a] et Johannes, fratres dicti Spegel, famuli, cum consensu et bona[b] voluntate omnium nostrorum heredum duos mansos sitos in campo ville Witmare cum omnibus suis usufructibus et pertinenciis, quos Rudolffus dictus de Culte, civis Volckmerssen, et sui heredes monasterio in Aroldessen vendiderunt, appropriamus

eidem monasterio divino remunerationis intuitu et ob salutem animarum parentum nostrorum, donantes prefato monasterio omne ius nostrum, quod in predictis mansis habere dinoscebamur, perpetuis temporibus possidendum. Ego eciam Werneherus de Brackel, famulus, presentibus recognosco, quod omni iuri, quod mihi cedebat ex parte Johannis dicti Spegel supradicti, renunciavi et renuncio presentibus simpliciter et in toto. Testes huius rei sunt Theodericus de Medericke, Olricus de Escheberg, milites, Hinricus de Medericke, Johannes de Vernede, famuli, Albertus dictus Veddere, Alradus dictus Pape, cives in Wartberck, et alii quam plures fidedigni. Ne autem circa premissa in posterum ulla calumnia valeat attemptari, presens scriptum tribus sigillis, videlicet nostrorum fratrum[d)] Ravenonis et Eckeberti supradictorum et eciam mei Wernheri de Brakele prenominati, quibus omnes contenti sumus, duximus roborandum. Datum anno Domini M°CCC°XIX°, in die beati Bonifacii eoiscopi et martiris et sociorum eius.

Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Waldecker Archiv, Kopiar des Klosters Arolsen Nr. 4 Bl. 43^{v}; dsgl. (B) ebd. Nr. 5 Bl. 12 (mit geringfügigen Abweichungen).

a) B: Ockebertus b) B: fehlt c) B: appropriavimus d) B: nostrorum fratrum fehlt

1789

1319 Juni 8

Der Konvent von St. Marien in der Neustadt Lemgo verkauft dem Kloster Loccum Grundstücke bei Lahde.

Nos soror Berta, priorissa, totusque conventus sororum inclusarum apud sanctam Mariam novi oppidi in Lemego omnibus presentia visuris continuum incrementum gratie salutaris. Cum paschua (!), prata, agri et aqua cum palude iuxta villam Lothen ad quinquaginta tres annos ad nos et nostrum claustrum tunc in Lothen existens pertinuerint[1)] et nostra fuerint pleno iure, nos predicta habita et possessa in quieta possessione tot annis sine impugnatione alicuius et iusto titulo cum aliis bonis domino abbati Luccensi ac suo claustro vendidimus pleno iure. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°CCC°decimo nono, vi^{ta} feria infra octavam Trinitatis.

Urschr. Archiv Loccum, Urk. Nr. 787. Das an Pgt.streifen angehängte Siegel ist verloren. Dabei Abschr. auf Pergament (16. Jh.), beglaubigt vom Notar Martin Valsche, Kleriker der Diözese Hildesheim. – Abschr. (15. Jh.) StA Hannover Hs. III Nr. 130 (Loccumer Kopiar; 1943 verbrannt) S. 184 Nr. 826; dsgl. (16. Jh.) Archiv Loccum, Kopiar S. 475 Nr. 819. – Regest: Calenberger UB 3 (Loccum) Nr. 683, Lipp. Reg. 2 Nr. 630 Anm. (beide mit falschem Datum: 1319 Juni 15); WUB 10 Nr. 657. Auch beide Kopiare lesen quinta!

1) Vgl. WUB 6 Nr. 873f. von 1266.

1790

1319 Juni 8 Bentheim

Der Verzicht des Grafen Johann von Bentheim auf gewisse Güter zugunsten der Johanniterkommende Burgsteinfurt geschieht in Gegenwart ... patre nostro Ecberto et fratre Thiderico, filio domini de Lippia, fratribus domus Theutonice ...

Hier nach dem Regest im WUB 8 Nr. 1339.

1791

1319 Juni 13

Dompropst Bernhard zur Lippe von Paderborn schenkt dem Kloster Willebadessen 14 Hufen als Seelgerät.

Nos Theodericus Dei gratia episcopus, Bernhardus de Lyppia, prepositus, Ludolphus decanus et totum capitulum ecclesie Paderbornensis notum facimus et profitemur, quod dominus Bernhardus de Lyppia, nostre ecclesie prepositus predictus, de consensu omnium nostrum et beneplacito donatione perfecta et perpetua donavit et tradidit pro salute anime sue monasterio de Wilbodessen quatuordecim mansos cum omnibus eorum iuribus et pertinentiis in campis, pratis, pascuis, piscinis, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, in nemoribus, silvis et novalibus sitos in campis Guntersen, Virdissen et Volcmersen, qui quidem mansi olim spectabant cum suis pertinentiis ad liberam comitiam Drynghen et erant bona libera et sub eadem comicia sita. Sed exnunc in perpetuum predicti quatuordecim mansi cum omnibus suis pertinentiis a comecia predicta et ab eius iuribus universis segregati erunt et ad ius et ad proprietatem monasterii de Wilbodessen iugiter pleno iure pertinebunt in tantum, quod nec dicto .. preposito temporibus vite sue et post obitum suum nulli alteri persone ecclesiastice seu mundane ius aliquod competat vel competere valeat in quatuordecim mansis et eorum redditibus ac iuribus universis. Iudicium eciam, quod ‚vrigedinch' appellatur, nullus de cetero[a] ratione eorundem bonorum infra limites parochie Willebodessen potest vel debet ponere seu illud per se vel per alium ibidem amodo exercere. Cultores eciam eorundem bonorum et pertinenciarum eo iure et iudicio uti debent, quo ceteri cultores bonorum aliorum ad istud monasterium pleno iure spectantium communiter perfruuntur, Insuper de prefatis bonis sub ea forma sicut donata, tradita et exnunc[b] dimissa sunt monasterio supradicto, plenam veram et iustam prestabimus, ubicumque requisiti fuerimus, warandiam nolentes in hac donatione aliquod gravamen vel preiudicium in futurum sepedicto monasterio provenire. Dum autem supradictus Bernhardus, nostre ecclesie prepositus, obierit, propter donationem liberalem predictam .. conventus de Wilbodessen obitus sui diem et memoriam perpetuis temporibus agi et observari sollempniter procurabit. *Bischof, Propst und Kapitel siegeln.*

Datum feria quarta proxima ante Viti, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. Archiv Willebadessen, mit den an grün-weißen Hanfschnüren hängenden Siegeln: 1. Bischof Dietrich (WS II 50,1), 2. Propst Bernhard zur Lippe (WS III 132,8), 3. Domkapitel Paderborn (WS III 102,2) mit RS (WS III 102,3). Überschrift von der Hand des Schreibers: duplicata. *Abschr. (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4522 Bl. 78v f. Auszug StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 (Nachlaß Overham) Bd. 1 S. 41; dsgl. (18. Jh.) StA Münster, Paderborner Geheimer Rat, Akten XXV 6 Nr. 141 Bl. 1 (mit falschem Datum = 1313!); dsgl. ebd., Oberamt Dringenberg VII K Nr. 1 (mit* vigilia Viti = *14. Juni!). – Regest: Spilcker, Everstein, UB S. 280f. Nr. 331; INA 4,1 S. 115 Nr. 41. erwähnt Lipp. Reg. 2 Nr. 621.*

[a] Aus decem(?) verbessert [b] Auf Rasur

1792

1319 Juni 15 Brake

Der Edelherr Simon zur Lippe überweist mit Zustimmung seiner Familie dem Edelherrn Widukind von dem Berge eine Rente von 10 Mark aus seinem Amt Wigenbeke.

Nos Simon nobilis [vir, dominus] de Lippia [coram] universis presentem [literam] visuris seu audituris recognosc[imus publice protestantes,] quod nos cum volunta[te domine Al]heydis, uxoris

nostre, domini Bernardi Paderbornensis et Mindensis ecclesiarum prepositi, [domini Hinrici,] Monasteriensis ecclesie scolastici, Ottonis, Symonis et Bernardi iunioris, f[iliorum nostrorum] et heredum de consensu demonstravimus [et presenti]bus de[monstra]mus nobili [v]iro [Wedekindo a]dvocato de Monte, domine Lyse, uxori sue legitime, ac eorum h[eredibus decem marc]arum redditus denariorum Sůsatiensium, Monasteriensium aut Osnaburgensium vel [eis equivalentiu]m ex officio nostro Wigenbeke duobus terminis anni [vid]elicet in die [bea]ti [Michahe]lis nunc instante proximo *(= 29. Sept. 1319)* sex marcas et quatuor marcas in die b[eate] Walburgis *(= 1. Mai)* peticionum tempore annuatim tollendos tamdiu et pacifice possidendos, quousque nos aut nostri heredes redimamus ab ipsis redditus predictos pro centum marcis denariorum predictorum aut cum aliis denariis eisdem equiproperantibus in valore, quod facere poterimus, quando nobis hoc videbitur expedire. Et in huius rei testimonium dedimus ipsis has nostras literas sigillis nostro, domine Alheydis et domini Bernardi, prepositi predicti, pro nobis et nostris heredibus sigillatas. Et nos heredes predicti sub sigillis presentibus appensis de nostro consensu pleno premissa recognoscimus esse facta. Datum in castro nostro Brak, anno Domini m°ccc° decimo nono, ipso die beati Viti martiris.

Urschr. (beschädigt) StA Münster, Fst. Minden, Urk. Nr. 100a, mit drei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Simon zur Lippe (Abb. II 86) Bruchstück, 2. Adelheid zur Lippe (Abb. II 82), 3. Bernhard zur Lippe (WS III 132,8). Rückschr. (um 1500): Redditus x marcarum de officio Wygenbeke dandi nobis de Monte. – *Abschr. (Mooyer) ebd., Msc. VII Nr. 6809 Bl. 50. – Druck: Würdtwein, Nova subsidia 9 S. 162 Nr. 98. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 645, WUB 8 Nr. 1341, WUB 10 Nr. 659.*

1793

(1319 Juni 15)

Von Hodenberg (Calenberger UB 3 Nr. 683) und ihm folgend Preuß und Falkmann (Lipp. Reg. 2 Nr. 630 Anm.) berechnen das Datum der Urkunde vom 8. Juni 1319 (o. Nr. 1789) falsch auf feria sexta post ocravum Trinitatis *statt* feria sexta infra octavam Trinitatis!

1794

1319 Juni 22 Avignon

Papst Johann XXII. bestätigt die Privilegien seiner Vorgänger für das Kloster Helmarshausen. – Solet annuere –

Datum Avinione, X. kalendas Julii, pontificatus nostri anno tercio.

Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Kopiar Nr.240a Bl. 10.

1795

1319 Juni 23 Avignon

Papst Johann XXII ernennt die Dechanten zu Paderborn (Padeburnensis), *von St. Blasien, Braunschweig und zu Einbeck, Hildesheimer und Mainzer Diözese, zu Konservatoren des Klosters* Novalis sancte Marie, ord. Cist. dioc. Hild. – Militanti ecclesie licet –

Datum Avinione IX. kalendas Julii, pontificatus nostri anno tercio.

Hier nach dem Druck im UB Hochstift Hildesheim 4 Nr. 476 (mit weiteren Hinweisen).

1796

1319 Juni 23

Auszug aus der Rechnung des päpstlichen Kollektors Petrus Durandi *über seine Einnahmen und Ausgaben.*

... Anno Domini 1319 ..., die sabbati ante festum beati Johannis baptiste, cum haberem requirere necessario cum litteris et processibus omnes subcollectores nostros et comissarios in civitatibus et dyocesibus Alberstaden., Hildessemen., Badaburgen., Verden., Minden., Osneburgen., Monasterien. et Treiecten. ad sciendum, quantum receperant de pecuniis beneficiorum ecclesiasticorum, que per certi temporis spatium vacaverant, et in quibus speciebus receperant pecuniam, et ut eas aportarent seu portari facerent Magunciam illi prelati et commissarii, qui sunt de provincia Maguntinensi, et etiam apud Coloniam illi, qui sunt de provincia Coloniensi. Et cum personaliter ad dictas civitates, que sunt in Saxoniam (!) et Velfalia (!) constitute, ire non possem, emi unum ronsinum pretio 15 libr., 3 sol., 10 den. Turonensium parvorum. Et ad huiusmodi iter faciendum et negotium exequendum elegi magistrum Symonem de Metis, rectorem ecclesie de Creis, Verdunensis dyocesis, et Loduucum (!) Volframi, clericum Herbipolensem, qui ambo sciunt loqui et intelligere Theutonicum, quique pluries alias fuerant et steterant in partibus illis, et quia ipsos utiles putavi, ipsis feci apparatum ad iter huiusmodi exequendum in cellis (!), frenis, maletis et calciamentis et indumentis et aliis diversis necessariis et hutilibus (!) ad huiusmodi executionem faciendam, que constiterunt 8 libr. Hallen.

Nach dem Druck bei J. P. Kirsch, Die päpstlichen Kollektorien in Deutschland während des 14. Jahrhunderts (Quellen und Forschungen der Görres-Gesellschaft 3) 1894, S. 66ff. – Hier nach WUB 8 Nr. 1343.

1797

1319 Juni 28

Burchard Coldehof *verkauft dem Johann de* Dest *eine Hausrente in Paderborn.*

Vor Johannes Erenfridi, Lentfridus de Kerchtorp, proconsules, ceterique .. consules Paderburnensis civitatis *verkaufen* Borchardus dictus Coldehof, noster civis, Walburgis, uxor sua, Conradus et Alheydis, pueri ipsius Borchardi ... Johanni dicto de Dest, nostro civi, et suis legitimis .. heredibus annuos redditus sex solidorum Paderburnensium denariorum hereditario iure et perpetuo in domum eorum sitam in platea dicta[a] Camp, quam domum ipsi exnunc inhabitant, in duobus terminis, scilicet in festo beati Michahelis proxime nunc venturo *(= 29. Sept. 1319)* tres solidos et tres solidos in festo Pasche immediate subsequente *(= 30. März 1320)* et sic deinceps singulis annis ipsis persolvendos, pro sex marcis et dimidia eorundem denariorum, quas recognoverunt, se ab eodem Johanne de Dest in parata pecunia sustulisse. *Burchard und seine Angehörigen resignieren diese Einkünfte vor dem Rat* et coram Hermanno de Molendino et Godefrido Lellen, iudicibus nostre civitatis ... promiserunt quoque prefatus Borchardus et Willikinus, gener eius, ac Richardus habens filiam .. Titteschen, [b] sedens in platea dicta Grove, [c] pro Borchardo, filio predicti Borchardi Coldehof, quod ipse huiusmodi venditionem ratam et gratam habebit observare et eosdem redditus, quam cito domum venerit et ad partes resignare coram nobis. *Stadtsiegel.*

Datum in vigilia apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. StA Münster, Stift Busdorf, Urk. Nr. 75, abhängendes Siegel verloren. Rückschr. (14. Jh.): Borchardus Coldehof vendidit sex solidos ex domo sua; *Abschr. (um 1408) ebd., Msc. I Nr. 121 Bl. 87f. Druck: Prinz UB Busdorf Nr. 109.*

[a] Urschr.: dictam [b] Abschr.: Tickeschen [c] Abschr.: Crone

1798

1319 Juli 4

Graf Ludwig von Everstein, verkauft Johann von Goltbeke *eine Scheune auf dem Friedhof in* Goltbeke.

Lodewicus comes dictus de Eversten, filius quondam Lodewici comitis de Eversten, ... bene compos mei et sane mentis de communi consensu omnium, qui super hoc de iure fuerant requirendi, vendidi pro certa pecunie summa Johanni de Goltbeke dicto Timmermannes ac suis veris heredibus horreum quoddam situm in cimiterio ville Goltbeke, quod quondam Eylhardus molendinarius emerat a patre meo bone memorie, sine impeticione qualibet quiete iure perpetuo possidendum. *Er siegelt. Zeugen:* frater Johannes Petri, cellerarius in Amelungesborn, et frater Johannes, quondam rector curie in Reynlevessen, et alii fide digni.

Datum anno Domini m°ccc°xix°, in die sancti Odolrici episcopi.

Abschr. (15. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 109 Bl. 48^{v}. – Regest: Spilcker, Everstein, UB Nr. 232 S. 281.

1799

1319 Juli 4

... Wilhardus de Ettlen et Grete, uxor mea legitima, *verkaufen* domino Reynhero dicto Crevet, canonico ecclesie Paderbornensis, et illi, cui ipse deputaverit aut decreverit, ... unam casam nostram in Alffen sitam, dictam Schotenkotten, cum suis pertinentiis perpetuo possidendam et tenendam pro decem et novem solidis denariorum Paderbornensium legalium, quas recognoscimus, ab ipso domino Reynhero in parata pecunia recepisse. *Wilhard siegelt.*

Datum in die beati Udalrici confessoris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono.

Abschr. (17. Jh.) StA Münster, Domkapitel Paderborn, Capselarchiv Nr. 284 Nr. 1.

1800

1319 Juli 16

Graf Hermann von Everstein versetzt Hermann von Brakel ein Viertel der Burg Krukenberg und der Stadt Helmarshausen.

Van godes genaden we greve Herman von Eversteyne bekennet an disseme breve alle den, de en horen unde seen, dat we mit gudeme willen unde vulbort unses leven broderes, hern Otten, eynes kanonekes von Hildeneshem, unde user[a] rechten erven unde mit vulbort alle der, der vulbort not was unde is, dem erenbaren knapen, unseme leven neven Hermanne von Brakle, vorn Gyslen, siner vrowen, unde al eren rechten erven hebbet gesat eyne rechte sate den verdeyn deyl des huses to deme

Crukenberghe unde der stat to Helmwordeshusen mit alleme rechte vor drehundert mark lodiges silveres, mit alsus daneme underscheide, wanne Hermann von Brakele de vorgenande, vor Gysle, sin vrowen, unde ere erven uns ofte unsen erven kundeget de lose der vorsprokenen borch tome Crukenberch unde der stat to Helwordeshusen to Pasche achte daghe vore ofte na, so scole we ofte use erven binnen twen jaren, de neyst dar na volgen, to Paschen achte daghe vore ofte na geven den vorgesprokenen drehundert mark lodiges silveres sunder widersprake. Were aver dat also, dat we des nicht endeden ofte oversumeden, wůdane wis dat to queme, so mochten de vorgenanden Herman unde sin vrowe unde ere erven de borch to dem Crukenberch unde de stat to Helmwordeshusen vorsetten vor dat vorgesprokene gelt drehundert mark, also dat uns gesche alsodan bůrchhode, also we under ander gedan hebben, dat we uses huses relich mogen sin. Vorbat mer, wanne we ofte use erven de lose des huses to dem Crukenberche unde der stat to Helmwordeshusen Hermanne von Brakle, .. serre vrowen ofte eren erven kundegeden to Paschen achte daghe vore ofte na, so schole we en bereden drehundert mark silveres des anderen Paschen dar na achte daghe vore ofte na ane hindernisse, also we en an truwen loven in disseme breve. Boven dat, wolde unse erenbare here,[b] .. der bisschoph von Kolne ofte sin stichte von uns ofte von unsen erven losen dat hus to deme Krukenbergh unde de stat to Helmwordeshusen, so schal Herman von Brakele, unse neve, vor Gysle, sin vrowen, ofte ere[c] erven uns de bůrch unde de stat to lose geven to aller tit ane widersprake vor alsodan gelt, dar se en vore stunden. Vorbat mer were dat also, dat we ofte use erven wolden vor setten den anderen verden deyl der borch to dem Krukenberghe unde der stat to Helmwordeshusen, den we noch los hebben, dat scole we witlich don Hermanne von Brakle, vorn Gyslen ofte eren erven twene manen vore.[d] Were dat also, dat se uns helpen mochten ofte wolden mit alsodaneme gelde, dar we se voresetten mochten ofte wolden, so schole we nemanne der borch unde der stat so wol gegunnen also en. Were aver, dat see des geldes nicht hebben mogen, so moge we de borch unde de stat vorsetten, weme we willen sunder aleyne den von Hardenberghe unde den von Adelevessen, also dat en alsodan borchhode gesche, de we en unde see uns gedan hebben. Vorbat mer, were dat Herman ofte sine erven hedden[e] betenghet eyn orloghe von der borch to deme Krukenberghe ofte hedden upghelaten enne eren[f] heren ofte vrunt dat we noch use erven scholen uplaten up dat selve hus nemanne en to weder sate unde to schaden. Datselve ne scholen see uns weder don, also we under ander an truwen loven an usen breven. Desser rede tughe sin jungher Otto von Eversteyne, unse neve,[g] unde her Conrad von Schonebergh, unse swagher, unde her Friderich, de provest von Corbeye, her Ludolf von Stochusen unde her Jan von Markessen, her Wasmod von Hastenbeke, ryddere, Wernhere von Brakele, Grube von deme Grubenhagen, unse neven, unde Jan von Wenthůsen, knechte, unde ander guder lude genoch, de des werdich sin, dat see tugen moghen.

Disse bref ist gegeven under useme ingesegele na Godes bort dusent unde drehundert jar, in dem negentegheden jare, des anderen daghes na der apostolen daghe, also see gedelet unde tosant worden.

Urschr. ErzbA Paderborn, Urk. Nr. 93, mit dem Siegel des Ausstellers an Pgt.streifen anhängend (Abb. II 168a). Abschr. (17. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 (Nachlaß Overham) Bd. 5 S. 237f.; dsgl. (Auszug) StA Münster, Msc. I Nr. 242 S. 27 Nr. 1. – Regest INA Beibd. 2,1 S. 42f. Nr. 93.

[a] u radiert aus s [b] aus erenbaren heren verbessert [c] davor erven getilgt [d] aus voren verbessert [e] Herman bis hed- auf Rasur [f] eren auf Rasur (aus enen verbesset?) [g] aus neven verbessert

1801

1319 Juli 27

Der Offizial der Mindener Kurie setzt in einer Appellationssache zwischen dem Lemgoer Archidiakon und der Stadt Lemgo einen neuen Termin.

Officialis curie Mindensis, cause appellationis inter partes subscriptas auctoritate apostolica deputatus, comparentibus coram nobis Johanne de Widenbrugge, procuratore archidyaconi sedis Lemego, ex una et magistro Johanne Uncus, procuratore .. consulum in Lemego et .. iudicis, parte ex altera, et .. prokuratore .. archidyaconi super antea deductis in iudicium coram nobis procedi petente, cum procurator .. consulum exceptionem excommunicationis in .. archidyaconum opponeret ipsamque per quoddam mandatum nostrum, quod executioni demandatum contra archidyaconum asserebat, probare niteretur, procuratore archidyaconi id ipsum negante, partibus quartam feriam ante Nativitatem beate virginis *(= 5. Sept. 1319)* prefigimus ad dicendum contra exceptionem excommunicationis antedictam suamque probationem et deinceps, quod iustum fuerit, faciendum, protestatione facta procuratoris iudicis et .. consulum, quod salvum esset sibi ius probandi executionem sententie post tempus messium tempore oportuno. Datum sexta feria post Jacobi continuata a secunda feria proxima ante Margaretam, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. StadtA Lemgo, mit dem Siegel des Ausstellers an Pgt.streifen anhängend (WUB 10 Tafel 4,54) mit unkenntlichem Rücksiegel. – Druck: WUB 10 Nr. 671. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 646.

1802

1319 (nach August 7) Avignon

Papst Johann XXII. beauftragt den Scholaster der Soester Kirche, die Klage von Abt und Konvent des Cisterzienserklosters [Hardehausen], Pad. Diözese, über Burcardus [de Gudele dictus Sac, ... Ropertus dictus de Su]nnenberg et Johannes Marscalcus de [Lorch, ...] de Waldeken fratres armigeri, ac [legitima relicta quondam Frederici de] Montabur, laici, vidua Maguntinensis diocesis, *[die das Kloster wegen Geldforderungen belästigen, zu untersuchen und* appellatione remota] debito fine decidas, faciens quod [decreveris, per censuram ecclesiasticam semp]er observari. – Conquesti sunt –

Datum Avinione, [... pontificatus] nostri anno quarto.

Urschr. (nur rechte Hälfte!), StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 357, Bulle mit der linken Hälfte der Urkunde verloren. Rechts auf der Plika R *(durchgestrichen),* A. Reatin(us). *In dorso links oben* J; *in der Mitte:* Henricu[s de Herberen?]. *Darunter:* Commit[titur / causs ... / Hei] ...; *unten:* R(egistratum?)

Das Datum ergibt sich aus dem vierten Ordinationsjahr des Papstes, das am 7. August 1319 begann, und aus dem Mandat vom 28. Nov. 1319 (u. Nr. 1820), aus dem sich auch die Namen der Beklagten teilweise ergänzen lassen.

1803

1319 August 14

Abt Ropert von Corvey belehnt Konrad von Geseke.

Nos Ropertus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas ... Conrado, filio Emundi de Gesica, dedimus iure pheodali et ministerialium bona, que a nobis sui antecessores eodem iure tenuerunt, sui[a] progenitores, volentes ei, ubicumque requisiti fuerimus, solidam facere warandiam de bonis antedictis, prout nostro et nostre ecclesie ministeriali debebimus et tenemur. *Der Abt siegelt.*

Datum in vigilia Assumptionis beate Marie virginis, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. Archiv Hinnenburg, Bocholtz-Störmede, Urk. Nr. 64; anhängendes Siegel des Abtes (WS III 124,8) beschädigt.

[a] Statt et?

1804

1319 August 16

Vor Lambertus Bertrammi, Rodolfus de Curia, Johannes de Roden, Herbertus, Johannes de Voltessen, Geverhardus, Henricus de Lapidea domo, Henricus Monetarii, Godescalcus de Lochere, Thidericus Overhof, Siffridus de Holtessen, Johan de Otbergh, consules Huxarienses, *schenkt* Jutta conversa de Elressen ... ecclesie Corbeyensi agros suos sitos in Elressen, in quibus custos ecclesie Corbeyensis habet pensionem super luminaria, ita faciendo, quod post[a] mortem ipsius Jutten agri prenotati super dicta luminaria debent pertinere. *Stadtsiegel.*

Datum crastino die Assumptionis beate Marie, anno Domini M°CCC°XIX°.

Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 134 S. 41; dsgl. (18. Jh.) ebd., Msc. VII 5219 Bl. 140 bzw. Msc. I Nr. 245 S. 510 und Nr. 247 S. 33.

[a] Fehlt in der Abschrift

1805

1319 September 5 Münster

Bischof Ludwig von Münster besiegelt das im Auftrage des Klosters Marienfeld gefertigte Transsumpt des Privilegs Papst Bonifaz' VIII. vom 18. Dez. 1302 für den Cistercienserorden (Potthast Nr. 25200). Vgl. o. Nr. 150.

Urschr. StA Münster, Kloster Hardehausen, Urk. Nr. 369; das Siegel ist vom Pgt.streifen abgefallen. Hier nach dem Regest im WUB 8 Nr. 1363. – Ein gleiches Transsumpt besaß auch das Kloster Loccum (vgl. Calenb. UB 3 Nr. 555a).

1806

1319 September 7 Avignon

Papst Johann XXII erteilt dem Dithmaro de Hervordia[a], *Kleriker der Diözese Paderborn, der einem Orden beizutreten wünscht, Dispens von einem zweifelhaften Weihehindernis, da er im Alter von neun Jahren beim Spielen einen Kameraden mit einem Stein am Kopf verwundet hat, der später erkrankte und starb, so daß er nicht weiß, ob er an den Folgen des Steinwurfes gestorben sei.* – In nostra proposuisti –

Datum Avinione, VII. Idus Septembris, anno pontificatus nostri quarto.

VatA, Vat. Reg. Nr. 70 Bl. 314 Nr. 669. – Regest: Mollat 3 S. 2 Nr. 10300.

[a] Im Register lautet der Name irrig Dichinaro de Hernordia

1807

1319 September 7

Die Edelherren von Itter verpfänden dem Stephan von Horhusen *für den Hof in* Wellede *ihren Hof und den halben Zehnten zu* Emingerode.

Nos Heinemannus miles, nobilis de Ittere, ac Thilemannus, Johannes, Hermannus et Wilhelmus, filii nostri, omnibus presens scriptum intuentibus vel audientibus cupimus fore notum et publice

profitemur in hiis scriptis, quod Stephanus de Horhusen senior et filius suus Stephanus, milites, pro nobis et pro nostris heredibus curiam suam sitam in Wellede pro xxx[a] et sex marcis puri argenti amicabiliter obligarunt, et quod nos Heinemannus miles, nobilis de Ittere predictus, et filii nostri predicti pari manu et de consensu omnium heredum nostrorum in restaurum et recompensationem eiusdem curie in Wellede pro nobis obligate eisdem Stephano de Horhusen et filio suo Stephano, militibus, et omnibus eorum veris heredibus et legitimis successoribus curiam nostram sitam in Emingerode, quam dictus Vockere colit, et nostram partem totius decime eiusdem ville in Emingerode cum universis ipsarum curie et dimidietatis decime iuribus et appendiciis in villa et extra villam legitime et rationabiliter iure ac titulo pignoris obligavimus pro triginta et sex marcis puri et examinati argenti quiete ac pacifice possidendas et habendas. Altera tamen dimidietatis eiusdem totius decime in Emingerode ad eosdem de Horhusen et ad eorum heredes sicut antea dinoscitur pertinere. *Sie geloben Währschaft;* tali tamen conditione interposita, quod nos nobiles de Ittere predicti et omnes nostri veri heredes eandem curiam in Emingerode et dimidietatem decime eiusdem ville cum omnibus suis iuribus et appendiciis ab antedictis de Horhusen et ab eorum heredibus in perpetuum, quandocumque nobis placuerit et quocumque tempore anni, pro predictis xxx[a] et sex marcis examinati argenti redimendi licitam et liberam habebimus facultatem. *Heinemann siegelt für sich und seine Söhne, die mit Ausnahme von Thilemann kein eigenes Siegel haben.*

Datum anno Domini M°CCC°XIX°, in vigilia Nativitate sancte Marie virginis.

Urschr. StA Marburg, Herrschaft Itter, mit nur noch dem ersten Siegel an Pgt.streifen (Abb. II 70a). – Druck: Kopp. Itter S. 240f. Nr. 75 (mit Abb. des Siegels).

1808

1319 September 14

Das Kloster Gehrden gründet vor seinen Toren eine Stadt.

Ammonere animas hesitantes subditorum extollit gloriam dominorum. Hinc est, quod nos Johannes dictus de Sualenberg, prepositus monasterii sanctimonialium in Gerdene, Walradis priorissa totusque conventus sanctimonialium ibidem *usw. wörtlich wie die Gründungsurkunde der Stadt Willebadessen vom 25. Nov. 1318 (o. Nr. 1739) mit den wenigen, dort in den Anmerkungen nachgewiesenen Abweichungen.*

Datum et actum anno Domini M°CCC°XIX°, in Exaltacione sancte Crucis.

Urschr. Archiv Studienfonds Paderborn, Ua I Nr. 1, alle drei Siegel von den Pgt.streifen abgefallen; danach Abschr. (17. Jh.) StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 472 (aus Paderb. Geh. Rat, Akte G Nr. 3); dsgl. (16. Jh.) Archiv v. Oeynhausen, Driburg, Gehrdener Kopiar Bl. 33[v]ff.; dsgl. (18. Jh.) StA Münster, Msc. II Nr. 71 S. 243ff.; dsgl. StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 (Nachlaß Overham), Bd. 1 S. 24f.; dsgl. (Wigand) Schloß A Corvey, Nachlaß Wigand Nr. 211. – Druck: Kindlinger, Hörigkeit S. 371f. Nr. 76; Wigands Archiv 4 S. 99ff. – Regest INA 3,2 S. 131 Nr. 7.

1809

1319 Oktober 5 Avignon

Papst Johann XXII beauftragt die Pröpste von St. Johann in Osnabrück und Bramsche, Diöz. Osnabrück und den Domthesaurar in Osnabrück die Klagen des Klosters Gravenhorst ord. Cist., *über die Belästigung durch den Grafen Otto von Ravensberg* (Ravensberghe) *in ihrem Patronatsrecht über die Kirche in* Resenbeke, Osn. dioc. *zu untersuchen und abzustellen.* – Conqueste sunt nobis –

Datum Avinione, III. Nonas Octobris, pontificatus nostri anno quarto.

Urschr. StA Münster, Kl. Gravenhorst, Urk. Nr. 86, mit Bleibulle an Hanfschnur. Rechts oben J (zweimal durchstrichen). Auf dem Umbug rechts: R, *darunter* N. Vallis *In dorso oben (Mitte):* Tavernicus Novariensis. – *Druck: WUB 10 Nr. 679.*

1810

1319 Oktober 6

Bernhard von Ravensberg, Dompropst zu Osnabrück und Propst zu Schildesche weist seinen Gläubigern Renten aus seinem Archidiakonat Lemgo zur Schuldentilgung an.

Nos Bernhardus de Ravensberg, Dei gracia Osnaburgensis et Schildeschensis ecclesiarum prepositus, presencium per tenorem recognoscimus, quod Widekindo Hofslegere, oppidano in Grevenalveshagen, Arnoldo de Barchusen et Arnoldo, filio suo, Johanni Erp et filio suo[a], oppidanis in Lemego, ad manus domini Ludolfi, plebani in Lemego, assignamus septem marcarum et dimidie denariorum Hervorde usualium proventus de denariis sinodalibus, qui vulgo ‚sentlose' nuncupatur, per sedem archidiaconatus nostri Lemego annuatim circa festum sancti Michaelis *(= 29. Sept.)* nobis dari consuetis ita, ut dictos proventus per annos succedentes semper in festo sancti Michaelis tot annis eisdem solvere tenebimur, infra quot annos triginta marcarum summam monete supradicte, quam nobis mutuo prestiterunt, per computationem eis solutorum in sortem, quod quidem fieri poterit infra annos quattuor, ipsis solverimus, et sic demum ad nos dicti proventus libere revertentur. *Als Bürgen bestellt er* Johannem et Herbordum dictos Duvel, milites, Justacium de Slon et Nycolaum de Hildbordinchusen, famulos, Johannem Top et Gerhardum Cappelen, famulos in Bilevelde, secundum modum, qui in litteris eorum super hoc confectis lucide continetur.[1] *Bernhard siegelt.*

Datum octava Michaelis, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. StA Detmold, Stift St. Marien-Lemgo (L 4 A), Nr. 54; das abhängende Siegel ist verloren. – Regest Lipp. Reg. 2 Nr. 648; WUB 10 Nr. 680. – Vgl. Angermann S. 210 Nr. 179.

[a] Dahinter Lücke für den Vornamen
[1] Nicht erhalten

1811

1319 Oktober 9

Heinrich Bulemast verkauft der Gertrud, Witwe des Grubo *Land bei Paderborn.*

... Henricus Bolemast *verkauft* Gertrudi vidue, relicte Grubonis, ... duodecim iugera et dimidium, iacencia iuxta civitatem Paderbornensem iure hereditario possidenda pacifice et quiete pro annua pensione eo modo, quo Johannes de Odehem et sui filii, a quibus predictos agros emi, possiderunt, videlicet, quod de septem iugeribus dabit unam libram cere quolibet anno in die beati Jacobi apostoli *(= 25. Juli)* ad altare sancte Marie in orientali ecclesia, cuius altaris collacio ad me et meos heredes spectat. Et de aliis quinque iugeribus et dimidio dabit michi et meis heredibus quinque denarios et obulum eodem die pro annua pensione. Promitto eciam et obligo me et meos heredes ad hoc per presentes, quod predicta Gertrudis predictos agros donare poterit pro anima sua vel suis heredibus vel vendere cuicumque voluerit cum mea et heredum meorum voluntate, dummodo pretacta pensio in suo robure permaneat. *Mit Heinrich siegeln seine Verwandten* Wernerus Stapel et Wilhardus de Drevere.

Zeugen: Johannes de Rivo, Gotfridus de Hengeldere, Henricus Koldehof, Themo et dictus Heket, iudices, et alii quam plures.

Actum et datum anno Domini m ccc decimo nono, ipso die Dyonisii.

Urschr. Archiv Alt. Ver. Paderborn, mit drei an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Heinrich Bulemast (WS IV 250,18), 2. Werner Stapel (WS IV 251,11), 3. Wilhard von Drewer (Abb. II 176). Rückschr. (14. Jh.): super xii iugeribus Grubonis. *Abschr. (18. Jh.) ebd., Cod. Nr. 60 Bl. 3^{v}f. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 110. – Regest: Stolte S. 143f.*

1812

1319 Oktober 27

Symon nobilis vir, dominus de Lippia, *transsumiert eine Urkunde des Rates der Stadt Lippstadt über eine Schenkung des* Bernardus dictus Pundere *zugunsten des Klosters Benninghausen vom 18. September 1318 und verspricht dem Kloster, es gegen alle Einsprüche gegen diese Schenkung in Schutz zu nehmen. Er siegelt.*

Datum in vigilia beatorum Symonis et Jude apostolorum, anno Domini m°ccc^{mo}decimo nono.

Urschr. StA Münster, Kl. Benninghausen, Urk. Nr. 142, mit dem schlecht erhaltenen, abhängenden Siegel Simons (Abb. II 86). Rückschr. (14. Jh.): de donacione universorum bonorum Bernhardi Pundere.

1813

1319 Oktober 29 Ravensburg, vor der Brücke

Heinrich von Laer verkauft seinem Bruder Bernd den Meier zu Dalehem.

.. Wir Otto greve to Ravensberghe unde here Bernhart, domprovest to Osenbrucge, brodere, dot kundich allen den, de disen bref siet oder hiuret lesen unde betiuget dat oppenbare, dat quemen vor uns here Bernhart unde Henrich de brodere twe von Lodere mit anderen iren vriunden vor de brucghen to Ravensberghe. Dar bekande de sulve Henrich des, dat he heren Berende, sime brodere, hadde verkoft Johanne den meyer to Daleh(em), Hillegunde sin wif, Johanne ir twier sune unde twe ire dochtere Metten unde Hillen, de noch mit nine umberaden waren, in enen rechten unde enen ewichen kop, unde dat he ime hadde gegeven umme de vorgenomden liude ein unde twinttech mark Hervordischer unde Bileveldischer penninghe, de he im betalet hadde unde von siner wegene unde von sime hiete betalet unde beret Symone dem iuden to Hervorde achteyn mark. Dar over was guder liude genoch here Johan de kummeldiure, here Ludike Strunc, here Heinrich Stenhus, de deken to Enghere, prestere, here Boldewin von Quernhem, here Johan von Beren, riddere, Gerhar(!) Kappele, Everhart Top, Stacius Gos, knapen, Johan de Vrese, Johan von Hoinersem, borgere to Hervorde, mit anderen guden liuden, de dat segen unde horden, unde vortmer Werniken Ybbensteine to Osenbrucge dre mark. Och bekinne wi des unde betiuget dat, dat de vorgenomde Heinrich deme selven hern Berende desse vorgesprokenen liude upliet in sine hebbende were redelike unde rechtlike, im ewelike to hebbende unde mede to schippende unde to donde, wat ime dunket gůt unde vortiech dar mit handen unde mit munde von den liuden unde up alsogedan recht, als im sin vader daran geerft hadde, unde up al ansprake, de he oder sine nakomelinghe oder sine rechten erven dar an betalen mochten. Unde lovet im, der liude rechte warschap to donde, war is ime not were unde des och mechtich wesen schal, dat sin moder unde sin wif unde sine sustere im de liude uplaten scholen, oft he dat von im eschet. Uppe dat hir nemment nin twivel an hebbe unde heren Berende disse dinc unde degedinc neman ne breke, so hebbe wi Otto greve

to Ravensberghe unde provest Berent hir vorgenomt, dessen iegenwordigen bref, want dit vor uns is geschien, in en tiuch dsser sake mit unsen ingesegelen durch ir twier bede besegelet. Hir waren och over, de dit saghen unde horden, here Ludolph Nagel unde Godevrid, sin broder, here Albracht von Hurne, Henrich von Aspelekampe, unse borchmanne to Ravensberghe, unde Berent Top, Everhardus sune, mit anderen guden liuden. Dit geschach unde dise bref wart gegeven des nesten dages sunte Symones et Jude, von unses heren Godes geborth dusent unde driehundert unde negenteyn iar to rekenende.

Urschr. StA Münster, Stift St. Maria-Bielefeld, Urk. Nr. 27; beide an Pgt.streifen anhängenden Siegel abgefallen. Rückschr. (15. Jh.): Littera empcionis villici in Dalheim. – *Druck: WUB 10 Nr. 686. Fehlt im Bielef. UB! – Vgl. Angermann S. 210 Nr. 180.*

1814

1319 November 4

Die Stadt Fritzlar quittiert dem Kloster Hardehausen die Zahlung einer Rente.

Nos .. magistri .. consulum, .. consules et cives universi opidi Fritzlariensis scire volumus universos presentia inspecturos, quod viri religiosi, domini de Hersedehusin, ordinis Cisterciensis, et quicumque fuit magister curie eorum site ante Hademertor, nobis singulis annis nomine pensionis decem et octo solidos cum sex denariis solverunt, quorum septem solidos emimus apud dominam de Homberg, quatuor vero solidos cum sex denariis solverunt de agris dicti Furemannes et residuam partem de quibusdam agris, quos redditus honorabilibus viris, domino decano et capitulo ecclesie Fritzlariensis dedimus et assignavimus, qui domini de Hersedehusin .. decano et capitulo Fritzlariensis predicto dictam pensionem in bonis aliis assignarunt. Cuius pensionis Bertoldus dictus Terkis de sua domo singulis annis solvet sedecim solidos nomine pensionis et Albertus de Ricte[a)] de quadam domo sua sita iuxta domum Siffridi Vinitoris triginta denarios solvet. Et ita dominos de Hersedehusin et magistrum curie de predicta pensione nobis debita presentibus dicimus liberos atque quitos. *Stadtsiegel.*

Actum et datum anno Domini M°CCC°XIX°, pridie Nonas Novembris.

Urschr. StA Münster, Kloster Hardehausen, Urk. Nr. 454; das Siegel ist vom Pgt.streifen abgefallen. – Regest: Demandt, UB Fritzlar Nr. 143.

a) de Ritte auf Rasur (Ved. esem?)

1815

1319 November 5 Avignon

Papst Johann XXII beauftragt den Kantor der Stiftskirche in Fritzlar (Frycslariensis), *Diöz. Mainz, dem Kloster Hardehausen* (Hersewentehusen), Cist. ord., Pad. dioc., *bei der Wiederbeschaffung der ihm entfremdeten Besitzungen zu helfen.* – Dilectorum filiorum –

Datum Avinione, Nonis Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 455, Bulle verloren. Auf dem Bug rechts: P. de Vigeno. *In dorso oben links:* P., *in der Mitte:* Hinricus de Spira, *darunter* bullam Petro de Nussia. – *Abschr. (16. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 4509 A S. 15.*

1816

1319 November 10

Die Grafen Otto und Bernhard von Ravensburg bekunden, dem Bernhard von Borne für die Einlösung des Amtes in Börninghausen zusätzlich zur Pfandsumme 24 Mark geben zu müssen.

Attestatione presentium nos Otto .. comes de Ravensberge et Bernhardus, eius frater, prepositus ecclesie maioris Osnaburgensis, universis visuris[a] et audituris notum esse volumus publice recognoscentes, quod cum nos et nostri .. heredes officium sive bona sita in Borninchusen et alia quecumque eidem officio adherencia, que illis de Borne existunt obligata, redimere ab eis voluerimus, extunc Bernhardo suisque legitimis heredibus de Borne xxiiij[b] marcas Osnaburgenses ultra quantitatem pecunie obligationis predicte tenebimur et debemus condonare nullo contradictionis casu eisdem obviante. *Die Brüder siegeln.*

Datum anno Domini m°ccc°decimo nono[c], in vigilia Martini episcopi et confessoris.

Urschr. StA Münster, Grafsch. Ravensberg, Urk. Nr. 41a, mit zwei abhängenden Siegeln: 1. Graf Otto von Ravensberg (WS I 12,3), 2. Bernhard von Ravensberg (WS I 35,8). Rückschr. (17. Jh.): pacta quedam inter Otthonem comitem de Ravensbergh et Everhardum (!), prepositum Osnabruggensem super redemtione officii sive bonorum in Bornhausen 1319. – *Reg. StBibl. München, Cod. germ. Nr. 2213 (Sammlung Redinghoven) Bd. 48a S. 66. – Regest: WUB 10 Nr. 687. Vgl. Angermann S. 210 Nr. 181.*

[a] Davor fehlt presentia! [b] de Borne XXIIII auf Rasur [c] Urschrift: nno

1817

1319 November 16

Agnes, Witwe Hermanns von Helfenstein, pachtet von der Äbtissin von Herford deren Güter zu Arenberg.

Ich, Agnes, wẏdewe des ersamen mannes, hern Hermans von Helftinsteyn, deme Got gnedich si, důn kunt allen den, dī dīsin breif an seint unde hůrent lesin, dat ich vor mich unde al mine erven entfangen han ewelich zů rechtem erve unde pachte umbe mine vrowe dī eptisse von Herfurten alsilich gůt, als von ir[a] růret, dat zů Arenberg gelegin ist unde in dem gerechte buzen unde binnen, unde an welicheme gůde id gelegin ist, ynn al deme rechte unde entfencnisse, als ich unde min gůde man umbe den selven pacht unde umbe dat selve recht von alders beseszen han, unde umbe den selven pacht unde in deme selven rechte unde in al deme entfencnisse, wī wir da inne sazen, sůlent id[a] mine neiste erven na mime dode entfain unde halden ewelich von minre vrowen der eptissen, di hī vor genant ist. Dat dit wair, vaste unde ewelich si, so han ich gebedin hern Gerharte, minen brodir, unde hern Friderich von Brannenberg, minen eydem, die rittere, dat si durch minen ir ingesigele her an gehangen hant mit mine ingesigele, dat uch her an gehangen ist. Diser breif wart gegeven an dem vridage na sente Martins dage, na Godis geburte druzen hundert iair unde in deme nůnzeinden iare.

Urschr. StA Koblenz, Best. 53 D 1, Urk. Nr. 23, mit drei leeren Siegeleinschnitten. Rückschr. (16. Jh.): littera, quod Agnes, relicta Hermanni de Helfensten bona Arenbergh in dyocesis Treverensi mcccxix, die veneris post Martini. *Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. VII nr. 3303c Bl. 2. Reg. (16. Jh.) ebd., Stift Herford, Lehnsreg. Nr. 11 S. 76.*

[a] Über der Zeile eingeschoben

1818

1319 November 20

Bodo Schele verkauft dem Busdorfstift eine Rente aus seinem Hause in Paderborn.

... Bodo dictus Schele, Bertradis, eius uxor legitima, *verkaufen* cum consensu Bodonis, filii mei Bodonis supradicti, et omnium heredum atque coheredum ..., quorum consensus hoc merito fuerat[a] requirendum, ... pro quatuordecim marcis denariorum Paderborne et Susati legalium ... in parata pecunia numeratorum, traditorum et solutorum domino .. decano et capitulo in Bostorp Paderborne annuos redditus XII solidorum monetarum predictarum de domo ... sita iuxta forum apud domum, que vocatur ‚tome herte', contra occidentem, ita quod quicumque domum et aream illam possidet et inhabitat, predictos XII solidos in duobus terminis persolvere et presentare tenebitur annis singulis imperpetuum decano et capitulo in Bostorp, sex solidos in Pascha et totidem Michaelis *(= 29. Sept.). Bodo gelobt Währschaft und siegelt.* Facta est hec vendicio et possessionis assignacio in presencia Gotfridi Lellen, iudicis civitatis, Hermanni de Herse, militis, Henrici de inferiori choro et Hermanni de Borghen, sacerdotum, Ecberti Top, Regenhardi iudicis, Henken dicti Godiken et sui fratris, civium in Paderborne ...

Datum XII Kalendas Decembris, anno Domini millesimo CCCXIX°.

Abschr. (um 1408) StA Münster, Msc. I Nr. 121 Bl. 81. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 111. – Regest: INA 3,2 S. 97 Nr. 37.

[a] Abschr.: fuerit

1819

1319 November 23

Die Gebrüder von Gustede resignieren dem Bischof von Paderborn dreieinhalb Höfe in Haverla *zugunsten der Ritter Wedekind von* Garsebutle *und Johann von Oberg.*

Venerabili in Christo patri ac domino suo, venerando domino Padelburgensis ecclesie episcopo, Gr(ube), G(er)h(ardus) et Br(uno),[1] famuli, fratres dicti de Gustede, ad eius beneplacita se semper benivolos et paratos. Reverencie vestre tres mansos cum dimidio in campis ville Haverla sitos et litones ad eos pertinentes, quos a vobis hucusque in pheodo possedimus, tali condicione mediante presentibus resignamus nihilominus quam intime supplicantes, quatinus strenuis viris Wedekindo de Garsebutle et Johanni de Oberge, militibus, dictos mansos et litones cum omni usufructu vestris patentibus[a] literis conferatis iusto titulo pheodali. *Sie siegeln.*

Datum anno Domini M°CCC°XIX°, in die Clementis martiris.

Abschr. (16. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. VII A nr. 18 (von Oberg'sches Kopiar) S. 40.

[a] Abschr.: parentibus!
[1] Nach einer anderen Urkunde desselben Jahres (a.a.O. S. 35) lauten die Namen wie oben aufgelöst.

1820

1319 November 28 Avignon

Papst Johann XXII beauftragt den Scholaster von Soest, Diöz. Köln, die Klage des Klosters Hardehausen (Hersvidehusen, Cist. ord., Pad. dioc.) *über* Borchardus de Gudele dictis Sac, Johannes

Marschalcus de Lorche, Ropertus dictus de Sunneberch, milites, Embricho dictus sub arbore, Thilo dictus zor linde, Tilo Zozifern in Hayn, et Cono, filius dicti Borchardi Sac, militis, laici, et legitima relicta quondam Frederici de Munca ...[a] laici, vidua, Maguntinensis diocesis, *die es wegen Geldforderungen und sonst belästigen, zu untersuchen und* appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam observari. – Conquesti sunt –

Datum Avinione IIII Kalendas Decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 456, Bleibulle verloren vom Rest der Hanfschnur. Auf dem Bug rechts: G. de Sang. *In dorso:* Hinricus de Herberen; *oben links:* N.

[a] Nach dem fast gleichlautenden Mandat des Papstes vom August (?) 1319 (vgl. o. Nr. 1801) hieß dieser Laie [Fridericus de] Montabur.

1821

(1319 November 29)

Unter diesem (falschen) Datum ist die Urkunde vom 29. November 1309 abschriftlich überliefert. Vgl. o. Nr. 744.

1822

(1319 Dezember 9)

Dieses Datum der Papsturkunde vom 19. Dezember 1319 (s. u. Nr. 1824) in den Lipp. Reg. 2 Nr. 649 ist ein Druckfehler!

1823

vor 1319 Dezember 13[1]

Anfang einer Urkunde: Nos Gyso prepositus, Jutta priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii Wilbodessen sub sigillis nostris appositis universis presentia visuris seu audituris lucide profitemur, quod Hermannus Wal[en], nostre ecclesie custos et [...

Rest einer Urkunde auf dem ersten Siegelstreifen der Urkunde vom 13. Dezember 1319 (vgl. Nr. 1824).

[1] Da am 25. November 1318 noch Greta Priorin von Willebadessen war, gehörte diese Urkunde wohl ins Jahr 1319!

1824

1319 Dezember 13

Der Priester Achilles erwirbt für das Kloster Willebadessen einen Hof in Guntersen.

Nos Gyso prepositus, Jutta priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii Wilbodessen ad universorum noticiam pervenire cupimus lucide protestando, quod Achilles, presbiter, noster dilectus amicus et fidelis, saluti anime sue parentumque suorum cupiens providere speciali dilectione, quo ipse nostrum prosequitur monasterium, de liberis bonis in Gunterssen unum mansum duorum mansorum, quos Bertoldus de Wolcmerssen coluit et habuit ab antiquo, sub forma infrascripta in nostre ecclesie utilitatem emit et persolvit, videlicet, quod idem Achilles usufructum dicti mansi, quem nunc Radolfus,

gener Henrici de Berchof, colit, una et sorores eius Gertrudis et Cunegundis, nostre consorores, quoad vixerint, tollent et recipient cum proventibus universis. Locationem vero eiusdem mansi dictus presbiter ad vite sue tempora pro suo beneplacito retinebit, quolibet colore impedimenti postergato. Quo mortuo, qui pro tempore fuerit camerarius ipsum mansum locabit pro [su]a voluntate fructum ipsius percipiendo prefatis nostris consororibus ad vite earum tempora fideliter ministrando. Memoria quidem sepedicti presbiteri, Johannis et Gertrudis, parentum suorum, cunctorumque[a] progenitorum suorum a conventu nostro in crastino Omnium sanctorum *(= 2. November)* devote peragetur. In huius facti evidentiam nos prepositus et conventus predicti sigillorum[b] nostrorum appensione decrevimus presentia roboranda. In firmitatem quoque maiorem opidi Wilbodessen sigillum prefatus presbiter petivit et optinuit presentibus apponendum. Nos Conradus Currifex, proconsul, Hermannus Rickerssen, Johannes Wolthof, Conradus Ottonis, Henricus Pistoris, Albertus de Indagine, Conradus Byge, consules de Wilbodessen, ad petitionem domini Achillis, sacerdotis, amici nostri, sigillum nostre civitatis apposuimus huic scripto. Superscriptionem ‚sigillorum' approbamus. Datum in die Lucie virginis, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. Archiv Willebadessen, das an Pgt.streifen angehängte Siegel ist abgefallen. Auf dem ersten Streifen der Anfang einer wenig älteren Urkunde (s. o. Nr. 1823). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 649 (mit falschem Datum: 9. Dez. 1319!); INA 4,1 S. 115 Nr. 42.

[a] Urschr.: cuntorumque [b] Über der Zeile nachgetragen

1825

1319 Dezember 19 Avignon

Papst Johann XXII bestätigt den Priester Engelbert von Lüdinghausen als Kaplan der Kapelle im Heiliggeist-Hospital in der Neustadt Lemgo. –

Johannes episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Engelberto de Ludinchusen, presbytero, perpetuo capellano capelle site in hospitali sa[ncti Spir]itus de Nova civitate in Lemego, Padeburnensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Just[is petentium] desideriis dignum est, nos facilem prebere assensum et vota, que a rationis [tramite non] discordant, affectu prosequente complere. Ea propter, dilecti in Domino fili, t[uis iustis] postulationibus grato concurrentes assensu perpetua, capellaniam capelle site in [hospitali] sancti Spiritus de Nova civitate in Lemego cum pertinentiis[a] suis, quam te canonice proponis adeptum, sicut eam iuste possides et quiete, tibi auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Avinione XIIII Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno quarto.

Urschr. StadtA Lemgo, mit Bulle an Seidenschnüren. Unten rechts auf dem Umbug: Johannes de Florentia, *unten links unter dem Umbug:* Petrus Reatinus, *oben rechts:* J *(durchstrichen), auf der Rückseite in derselben Ecke:* N; *oben in der Mitte* Conradus de Bremis *(durchstrichen), darunter* Jacobus de Casalibus. *Spätere Rückschrift:* Ad commendam Spiritus sancti in ecclesia Neopolitana Lemgogiensi. – *Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 649.*

[a] *Zwischen cum und pertinentiis Rasur. Die dadurch entstandene Lücke ist durch einen horizontalen Strich ausgefüllt.*

1826

1319 Dezember 20

Johannes Hennebole *verkauft der Gertrud, Witwe des Konrad* in der Beke *eine Hausrente in Paderborn.*

Vor Johannes Erenfridi et Lentfridus de Kerctorp, proconsules, ceterique .. consules Paderbornensis civitatis ... et presente Godefrido Lelle, iudice nostre civitatis, *verkaufen* Johannes Hennebole et Herburgis, uxor sua, nostri cives, cum pleno consensu et voluntate Gertrudis, eorum filie, et Volburgis, filie ipsius Johannis, ... domine Gertrudi, relicte quondam Conradi in der Beke, nostri civis, vidue, et pueris suis seu veris heredibus annuos redditus sex solidorum Paderbornensium denariorum in domum eorum sitam prope forensem ecclesiam perpetuo et hereditario iure in duobus terminis, scilicet in festo Pasche nunc proxime venturo *(= 30. März 1320)* tres solidos et in festo beati Michaelis inmediate subsequente *(= 29. Sept. 1320)* tres solidos et sic deinceps singulis annis sequentibus in eisdem terminis ipsis per inhabitatorem dicte domus persolvendos nomine pensionis pro septem marcis denariorum Paderborne adeo legalium, quod semper xvj solidi constituebunt[a] marcam puri argenti ... *Stadtsiegel.*

Datum in vigilia beati Thome apostoli, anno Domini millesimo ccc°xix°.

Urschr. StadtA Paderborn, Urk. Nr. 20, mit dem an Pgt.streifen anhängendem Siegel der Stadt (WS II 78,6) mit RS (WS II 86,15). Rückschr. (15. Jh.): super redditibus dimidie marce in domo Wicberti iudicis; *dsgl. (17. Jh.):* 6 β domo ad forensem ecclesiam. – *Regest: INA 3,2 S. 97 Nr. 38.*

[a] Urschr.: constituebant

1827

1319 Dezember 20

Der Ritter Gerhard Spiegel und seine Söhne überweisen der Abtei Corvey für eine Schuld von 16 Mark eine Rente von 1½ Mark aus ihren Gütern in Corbike.

Nos Gerhardus dictus Spechel, miles, Conradus et Ecbertus, filii nostri, famuli, reliquique heredes nostri in hiis scriptis recognoscimus, quod venerabilibus dominis[a] priori, .. preposito et .. conventui ecclesie Corbyensis bona voluntate et consensu unanimi assignavimus et presentibus assignamus marcam cum dimidia puri argenti tolendam omni anno deinceps in festo sancti Michahelis *(= 29. Sept.)* de bonis nostris in Corbike iuxta opidum Borgentrike, donec eis solverimus sedecim marcas argenti puri, in quibus illis tenemur et obligati sumus. *Als Bürgen stellen sie* Conradum nobilem de Sconenberg, Arnoldum de Haversforde, Herboldum de Papenhem, milites, Ravenonem de Papenhem, famulum, filium Conradi militis, qui si, quod absit, quicquam defectus affuerit, opidum Borchentrike antedictum subintrabunt, inde non recessuri, donec talis defectus cum integritate redintegratus fuerit et inpletus, salvis omnibus expensis, si quas fecerit conventus Corbyensis ob hanc causam. *Die Bürgen geloben dies, versprechen im Todesfall einen Ersatzbürgen zu stellen und siegeln mit dem Aussteller.*

Datum et actum in vigilia beati Thome apostoli, anno Domini M°CCC°XIX°.

Urschr. StA Münster, Abtei Corvey, Urk. Nr. 138; die fünf angehängten Siegel sind verloren. – Abschr. (15. Jh.): ebd. Msc. I Nr. 134 S. 123.

[a] quod – dominis auf Rasur

1828

1319 Dezember 21

Bischof Ludwig von Münster quittiert dem Grafen Johann von Bentheim über 550 Mark Münsterscher Denare. Davon schuldet ihm Johann 350 ex parte dotis domine Methildis, uxoris sue, ... et persolvit nobili domino, domino Symoni de Lippea, cui nos una cum ecclesia nostra in dictis denariis, videlicet trecentis et quinquaginta marcis ex parte venerabilis domini Everhardi, quondam Monasteriensis ecclesie episcopi pie memorie[1] iure tenebamur persolvendis ...

Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, die Thome apostoli.

Urschr. FstlA Burgsteinfurt, II Rep. A 3a Nr. 2. – Druck: Jung S. 114f. Nr. 58; dsgl. (Auszug) WUB 8 Nr. 1382 (mit weiteren Hinweisen). – Regest: INA 1,4 S. 83 Nr. 3; Lipp. Reg. 2 Nr. 650.

[1] † 5. April 1301

1829

1319 Dezember 26

Das Kloster Volkhardinghausen verkauft dem Warburger Bürger Johann von Geismar ein Salzwerk in Salzkotten.

... Jutta priorissa totusque conventus ecclesie in Volchardinchusen *verkaufen* discreto viro Johanni dicto de Geysmaria, civi in Wartberg, et suis veris heredibus ... pro duodecim marcis puri argenti salsuginem ..., que ‚soltwerch' dicitur, in opido Soltcoten sitam inter duas meliorem eligendam libere et pacifice perpetuis temporibus possidendam, *vorbehaltlich des Rückkaufsrechtes innerhalb der nächsten vier Jahre.* Preterea idem Johannes de Geysmaria ex libero arbitrio et consensu omnium heredum suorum dedit sive legavit ob salutem anime sue, Grete sue coniugis et suorum parentum marcam denariorum gravium Wartberg usualium de dicta salsugine ecclesie nostre, .. priorisse tantum et non .. preposito aut alicui presentandam, dictam marcam pro cibariis et potibus nobis placentibus expendendam illa die, qua ipse Johannes aut sua uxor .. universe carnis viam fuerint ingressi. Ac prefata cibaria et potus egaliter in conventum distribuenda, postquam vigilie in memoriam predictorum coniugum .. et suorum parentum atque amicorum sero dicte aut lecte fuerint et in crastino missa pro defunctis in memoriam predictorum .. fuerit celebrata. Dicti autem coniuges[a] .. quoad vixerint quolibet anno missam de gloriosa virgine Maria sollempniter debemus celebrare die et hora, qua nobis videbitur expedire. Missa celebrata cum dictis cibariis et potibus faciemus, ut dictum est prius, atque pro salute corporum et animarum sepedictorum nostras preces eadem die debemus fundere cum devocione. In die vero Galli *(= 16. Okt.)* predicta marca est danda et solvenda ab illo vel ab illis, qui prefatam salsuginem possidet aut possident. Quam si memoriam neglexerimus, dicta marca denariorum penitus aboletur et nunquam magis dabitur a suis heredibus vel ab aliis, qui sepedictam salsuginem possiderent. Sepescripta marca dabitur et est data perpetue, dummodo reempcio non fuerit facta et hoc sub condicionibus superius fideliter adiectis. *Mit dem Konvent siegeln Bischof Dietrich von Paderborn und der Rat der Stadt Salzkotten:* Volcmarus dictus Ludekinc, magister, Bertramus Winandi, Everhardus Speygth, Godescalcus Faber, Volcmarus filius Regenhardi, Conradus Weceles, Eylvert, Henricus Alradis, Henricus Ẅgel, Conradus apud molendinum, Bertoldus Slagencop, Conradus Mitterborst, consules ...

Datum anno Domini M°C°C°C°XIX°, ipso die beati Stephani prothomartyris.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 9288 (Kloster Volkhardinghausen) mit drei Siegeln an Seidenschnüren: 1. Konvent Volkhardinghausen (Heiligenfigur, verschlissen?), 2. Bischof

Dietrich von Paderborn (WS II 50,1), 3. Stadt Salzkotten (WS II 78,2), Bruchstück. – Abschr. (16. Jh.) ebd., Kopiar Nr. 2 Bl. 31.

[a] So die Urschrift Richtiger dictis autem coniugibus?

1830

1319 Dezember 26

Der Ritter Raveno von Kalenberg verkauft den Gebrüdern Schuven fünf Höfe in Natzungen.

Nos Raveno de Kalenberge, miles, recognoscimus et presentibus publice testamur[a] quod cum voluntate et consensu uxoris nostre legitime, Johannis, Wernheri, Ravenonis senioris, Ravenonis iunioris et Alexandri, filiorum nostrorum, ac omnium aliorum heredum nostrorum Bartoldo et Frederico dictis Schuven, famulis, et omnibus eorum[b] veris heredibus quinque mansos in inferiori Nathesungen[c] sitos cum omnibus suis usufructibus videlicet silvis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, novalibus nunc et in futuro existentibus pro xliiij[d] marcis examinati argenti vendimus[e] et in pheodum per presentes conferimus perpetuo iure hereditario possidendos, *vorbehaltlich des Rückkaufsrechtes innerhalb eines Jahres von kommendem Lichtmeß (= 2. Febr. 1320) an gerechnet* et non amplius. *Raveno siegelt.*

Datum anno Domini m°ccc°decimo nono, in die beati Stephani protomartiris Christi.

Abschr. (15. Jh.) StA Detmold, Wendt'sches Kopiar (D 71 Nr. 23), Bl. 89^{v} (A) und Bl. 111 (B).

[a] B: protestamur [b] Fehlt in A [c] B: Natesungen [d] B: quadraginta quatuor [e] B: vendidimus

1831

1319 Dezember 27

... Alradus miles dictus de Buscho *schenkt* proprietatem decime ... in Barcholte ad altare unum in Bilevelde, quod fundavit nobilis matrona, dum adhuc viveret, Hadewigis, comitissa quondam in Ravensberg, ... sub ista conditione, cum dominus noster, nobilis Symon de Lippia proprietatem suam, quam habet in dicta decima, ad supradictum altare erogabit. *Alrad siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XIX°, in die beati Johannis apostoli et ewangeliste.

Urschr. StA Münster, St. Marien-Bielefeld, Urk. Nr. 26, mit dem an Pgt.streifen anhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 33). – Druck: Bielefelder UB Nr. 130. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 651; WUB 10 Nr. 693.

1832

1320 Paderborn

Bischof Dietrich von Paderborn gewährt dem Abt von Liesborn die gleichen Privilegien wie der Bischof von Münster.

In nomine Domini amen. Nos Theodericus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis presentia visuris et audituris declaramus publice protestantes, quod abbati monasterii in Liesborn et suis successoribus specialitatis ratione, quam ad eundem abbatem habemus et habuimus, Monasteriensis diocesis,[a] damus et in his scriptis concedimus eandem vim atque potestatem infra climata nostre diocesis, quam sibi Ludowicus Monasteriensis ecclesie episcopus infra climata sue diocesis condonavit. Ut autem

hec rata et firma permaneant in futurum, presens scriptum presenti pagine transfixum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum Paderborne Anno Domini M°CCC° vicesimo.

Transfix zur Urkunde des Bischofs Ludwig von Münster von 1318, in der dieser dem Abt von Liesborn die Ausübung der im päpstlichen (gefälschten) Privileg vom 14. Oktober 1317 bewilligten Vorrechte im Bereich seiner Diözese zugesteht, StA Münster, Liesborn, Urk. Nr. 112, mit dem an Pgt.streifen anhängendem Siegel des Bischofs (WS II 50,1). – Druck: Schmieder Nr. 139, 141 und 145; WUB 8 Nr. 1190 und 1208. – Zur Fälschung des Papstprivilegs vgl. L. Schmitz-Kallenberg, Eine gefälschte Papsturkunde des Klosters Liesborn, WZ 67 (1909) 1 S. 212ff.

[a] Gehört hinter monasterii in Liesborn!

1833

1320

Das Kloster Rinteln nimmt das Kloster Brenkhausen in seine Gebetsbruderschaft auf.

Predelictis sibi in Christo domine .. abbatisse totique conventui sanctimonialium in Beringhusen .. abbatissa totusque conventus in Rintelen[a] post huius vite exitum in paradiso leticie claritatis eterne gloria coronari. Piam devotionem vestram, quam ad ordinem et conventum nostrum vos habere percepimus, debita gratitudine pernoscentes ac pio affectui vestro propulsante divini flaminis inspiratu vicissitudinem salubrem rependere cupientes, recipimus vos ad singula ac universa nostri collegii suffragia, participationem omnium bonorum operum, que apud nos occulte vel manifeste vigent, gracia sancti pneumatis annuente in missis, vigiliis, orationibus, ieiuniis ceterorumque divinorum officiis in vita pariter et in morte tenore presentium conferentes. Datum anno Domini M°CCC°XX°.[b]

Urschr. SchloßA Corvey, Kloster Brenkhausen, Urk. Nr. 25, Siegel verloren. Abschr. (18. Jh.) kgl. Hausarchiv Den Haag, Kopiar Brenkhausen 2 Nr. 15 (mit dem Datum MCCCXXIII!).

[a] Das Kopiar liest Romelen! [b] An die Zahl XX ist noch ein Schnörkel gehängt, der aber nicht als III gelesen werden darf.

1834

1320

Graf Otto von Ravensberg versetzt dem Ritter Johann Vinke einen Hof in Aldendorpe.

Otto comes in Ravensberg de pleno consensu honorabilis viri, domini Bernhardi, prepositi ecclesie Osnaburgensis, germani sui dilecti, necnon domine Margarete, comitisse, coniugis sue carissime, honesto militi Johanni dicto Vinken, castrensi suo in Ravensberg, domum in Aldendorpe titulo pignoris obligat ... 1320

Regest (17. Jh.) StBibl. München, Cod. germ. Nr. 2213 (Redinghoven'sche Sammlung) Bd. 48a S. 40; dsgl. (18. Jh.) StA Hannover, Msc. T Nr. 36,6 (1943 verbrannt) S. 24. – Regest: WUB 8 Nr. 694. Vgl. Angermann S. 210 Nr. 182.

1835

(1320)

Biß anno 1320 hat Themme de Greve daß Untergericht zu Lehen getragen von Corvey, hatte eß der Stadt Huxar vor 100 Marck silberß versetzet. Abbt Robbert aber hat solches anno eodem ihme abgeloset ...

Regest (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 165 Bl. 121 mit dem Zusatz: Vide in copionali fol. 98 pag. 2 etc. in originali in pergameno detractis sigillis. *Damit ist aber die Urkunde vom 7. Mai 1328 gemeint, mit der Abt Ropert das* iudicium seu comiciam *in der Stadt Höxter von Themmo ablöst (StA Münster, Abtei Corvey, Urk. Nr. 1647). Das obige Datum kann demnach nicht richtig sein (vgl. auch oben Nr. 1650)! Vgl. auch ebd., Msc. I Nr. 170A Bl. 207.*

1836

1320 Januar 5

Burggraf Hermann von Stromberg verpfändet mit Zustimmung seines Sohnes Heinrich dem Rodcherus de Bokenevorde, *seiner Frau Beatrix und seinem Sohn Ludolf für 100 Mark die Höfe* Caldehof, *Lehen des Herrn zur Lippe* (domini Lyppensis), Poppincsele *und* Vrilinchusen *mit dem aufsitzenden Johann* Hamer. *Die Abgaben der einzelnen Höfe an den Gläubiger bis zur Rückzahlung des Kapitals binnen zwölf Jahren sind:* Caldehof *vier Mark, ein Schwein oder vier* solidi, *ein halbes Faß Butter oder drei* solidi; Poppincsele: *vier Malter Gerste und Hafer lippischen Maßes für drei Mark sechs* solidi; Vrilinchusen: *drei Malter Getreide und ein Schwein oder vier* solidi. *Die Einzelmast des* Caldehof *bleibt dem Schuldner reserviert, im übrigen wird der Ertrag auf drei Mark, sechs* solidi *festgesetzt. Mit Hermann siegelt sein Bruder Ludolf.*

Datum anno Domini M°CCC°XX°, in vigilia Epiphani Domini.

Urschr. Fstl.A Rheda, Kl. Clarholz, Urk. Nr. 89, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegel: 1. Burggraf Hermann von Stromberg (WS I 26,8), 2. Ludolf von Stromberg (WS I 26,10). – Regest WUB 8 Nr. 1390.

1837

1320 Januar 11

Graf Otto von Ravensberg verspricht dem Kloster Marienfeld, den von seinen Amtmännern angerichteten Schaden zu ersetzen.

Nos Otto nobiles comes in Ravensberg omnibus presencia visuris recognoscimus per presentes, quod licet nostri officiales monasterio de Campo sancte Marie, ordinis Cysterciensis, Monasteriensis dyocesis, dampna quandoque inferant vel intulerint in bonis ipsius monasterii, nos tamen, sicut condecet, consciencie nostre providere super talibus cupientes, cum nichil iuris habeamus in bonis et in hominibus[a)] monasterii iam predicti, eidem monasterio intendimus satisfacere, ut citius potuerimus, ita quod abbas et conventus eiusdem monasterii se de nobis collaudabunt Domino concedente. In cuius rei testimonium presentem litteram nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum feria sexta infra octavas Epyphanie, anno Domini m°ccc°vicesimo. Superscriptionem, que dicit: et in hominibus, firmiter approbamus.

Urschr. (A) StA Münster, Kl. Marienfeld, Urk. Nr. 484, das abhängende Siegel ist verloren. An der zweiten Ausfertigung (B, ohne den Nachsatz) hängt das Siegel des Ausstellers (WS I 12,3) mit RS (WS I 16,9) verstümmelt ab. Regest: WUB 8 Nr. 1391; WUB 10 Nr. 699. Vgl. Angermann S. 210 Nr. 183.

[a)] Über der Zeile nachgetragen

1838

1320 Januar 20 Wiedenbrück

Die Brüder Bernhard, Dompropst zu Osnabrück, und Graf Otto von Ravensberg *versprechen die Burg Reckenberg und die Stadt Wiedenbrück dem Stift Osnabrück gegen Erlegung der Pfandsumme und einer Abschlagssumme von 400 Mark herauszugeben.*

Nos Bernhardus, prepositus maioris ecclesie Osnaburgensis, Otto comes de Ravensberg, fratres, recognoscimus tenore presentium firmiter promittentes domino Baldewino de Varendorpe et Johanni Eyflario in his scriptis, quod nos et nostri heredes castellum in[a] Redikenberg et oppidum in Widenbrug[b] ecclesie et dyocesi[c] Osnabrugensi pro summa pecunie, qua nobis ab eisdem sunt obligata, reddemus et assignabimus, quandocumque a nobis seu a nostris heredibus predictis[d] pro dicta pecunie summa[e] decreverint liberare, et de hac pecunie summa quadringentas marcas successive, quandocumque exponere voluerint, recipiemus ab eisdem. Recognoscimus insuper, si discordia inter nos et dyocesim Osnabrugensem[f] antedictam, quod absit, suborta fuerit, quod nos vel nostri heredes memorate dyocesi[g] ex ipso oppido et castello nulla dampna penitus inferemus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Widenbrug anno Domini M°CCC°XX°, in die sancto beatorum Fabiani et Sebastiani martirum.

Abschr. A (17. Jh.) StBibl. München, Cod. germ. 2213 (Redinghoven'sche Sammlung) Bd. 48a S. 40 bzw. B (18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3117 III Bl. 97. Hier nach WUB 10 Nr. 700. Vgl. Angermann S. 210 Nr. 184.

[a] Fehlt in B [b] B: Widenbruck [c] B: dyocesis [d] A: prius dictis, B: ... dictis [e] B: predictam pecunie summam [f] B: Osnaburgensem [g] B: Dyocesis

1839

1320 Januar 22

Die Gebrüder von Höxter verkaufen der Probstei Marsberg einen Hof in Glindingere.

Vor Conradus de Clinge, iudex, Sifrydus de Buren, proconsul, Rodolfus de Clinge, Thidericus de Kerctorp, Hermannus de Lon, Hermannus Udonis, Henricus de Corbike, Conradus de Vesperde, Johannes Snarmanni, Hermannus Note, Conradus de Adorp, Detmarus Sandri et Gosscalcus Havesaldi, consules Montismartis *verkaufen* Hermannus de Huxaria de pleno consensu Petrisse, uxoris sue, Bertoldi, Henrici et Florencii, filiorum suorum, necnon et Conradus, frater suus, de consensu Adele, coniugis sue, Conradi, Lippoldi, Johannis et Henrici, filiorum suorum, et omnium heredum ipsorum ... honorabili viro, domino Engelberto, preposito, ac conventui ecclesie dicti (!) Montismartis curiam ipsorum sitam in Glindengere, quam Henricus Brunhardi colit, cum omnibus dicte curie iuribus et appendiciis quibuscumque, quam a Bertoldo, filio quondam Rungolfi, iure tenuerant iure pheodali, et quam coram eodem Bertoldo ad manus et possessionem antedictorum domini prepositi et conventus iam dicte ecclesie ore et manu resignarunt, quiete et pacifice in perpetuum possidendam et habendam renunciantes nichilominus penitus et in toto et in presentibus literis renunciant pro se et pro omnibus eorum heredibus tam presentibus quam futuris omni iuri, quod in eadem curia actenus habuerunt seu habere videbantur modo qualicumque. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini m°ccc°xx°, ipso die Vincencii martiris.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 51, mit dem Rest des am Pgt.streifen anhängenden Stadtsiegels (WS II 66,3); Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 545.

1840

1320 Januar 25

Bischof Dietrich von Paderborn überläßt dem Ritter Konrad Schulthete *ein Erbburglehen zu Peckelsheim.*

... Theodericus Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus *überläßt* Conrado Schultheto, militi, Sophie, sue uxori legitime, ac eorum veris .. heredibus in recompensam illius pecunie, quam .. nos et nostra ecclesia ipsis tenemur, quam pecuniam ipsi exposuerunt in edificacione oppidi nostri in Pekilsin, ... redditus quatuor marcarum puri argenti iure, quod est ‚erbeborghlene', hereditarie possidendos singulis annis in festo beatorum apostolorum Simonis et Jude *(= 28. Okt.)* de censu nostro ac aliis nostris redditibus in dicto oppido nostro Pekilsin cedentibus, dandos et ministrandos. Quos quidem redditus quatuor marcarum magister civium, .. consules ac iudex in Pekilsen ex parte nostra et de nostris redditibus dabunt et ministrabunt prefato Conrado militi, Sophie, uxori sue legitime, et eorum veris heredibus in festo beatorum apostolorum Symonis et Jude supradicto, .. nos nec nostri sequaces nolentes eos inpedire nec in posterum inpediri in omnibus, que extra oppidum aut intra oppidum Pekilsen eorum fore dinoscuntur, volentes eciam ipsos proloqui. Insuper dicti Conradus et Sophia, uxor sua legitima ac eorum veri .. heredes a nostris oppidis sive municionibus nostre ecclesie excludi seu repelli non debebunt ullo modo, in quantum coram nobis aut .. nostro capitulo dare et recipere voluerint iusticie complementum. Predicti quoque redditus ipsis ministrentur, sive in Pekilsin seu in Helmirn aut in aliis locis decreverint habitare. Predictos eciam redditus infra duodecim annos a data presencium postulare non debent aliquatenus, quia tam diu dicto oppido nostro concessimus et dedimus libertatem. Finitis vero duodecim annis a data presencium finaliter computatis redditus ipsi Conrado Schultheto militi, Sophie, uxori sue legitime, et eorum veris .. heredibus in dicto festo dari et persolvi debebunt singulis annis omni contradictione procul mota. *Der Bischof und das Domkapitel siegeln.*

Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, ipso die Conversionis sancti Pauli.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 473, mit dem an Pgt.streifen anhängenden Siegel des Bischofs (WS II 50,1) mit RS (WS II 61,14), Bruchstück. Das zweite Siegel ist verloren.

1841

1320 Januar 29

Ropertus Dei gratia ecclesie Corbeyensis abbas *überträgt* ad preces et honorem Engilberti prepositi et .. conventus Montismartis proprietatem trium mansorum in Glindeger sitorum, quos Henricus Brunhardescen colit, civis in Montemartis, cum ipsorum mansorum universis iuribus et appendiciis ipsi ecclesie Montismartis ... *Er siegelt.*

Datum anno Domini m ccc vigesimo, ipso die Valerii episcopi.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 53; das abhängende Siegel ist verloren. Rückschr. (15. Jh.): super Glindingher iii mansi nobis appropriati. *Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 545.*

1842

1320 Februar 2 Marsberg

Der Knappe Bertold Rungolf *teilt dem Abt von Corvey mit, daß er das Lehnsrecht an dem Hof zu Glindengern der Propstei Marsberg abgetreten habe.*

.. Honorabili domino suo, domino Roperto, abbati Corbeiensi Bertoldus famulus dictus Rungolf cum debita fidelitate dilectionem et obsequium suum tam debitum quam paratum. Noveritis, quod ius feodale, quod a vobis tenebam in quadam curia, in villa dicta Glindengere sita, quam curiam eodem iure Hermanno et Conrado fratribus de Huxaria contuleram, resigno in hiis scriptis per Fredericum, Conradum milites et per Olricum famulum, dictos de Horhusen, et sub sigillis eorum ad manus domini Engelberti prepositi et totius conventus in Mersberg et renuncio penitus pro me et meis veris heredibus tam presentibus quam futuris. Super quo facto dictis preposito et conventui faciam, ut promitto, iustam et firmam warandiam super impeticione, si quam .. frater meus vel alia persona quecumque facere posset de iure vel de facto, locis et temporibus oportunis. *Die Gebrüder von Horhusen siegeln.*

Zeugen: Hermannus et Conradus fratres de Huxaria, Sifridus de Buren, Gerbodo de Molhusen, Ludolfus, famulus de Horhusen, Henricus de Wentberg, Albertus dictus Pris et alii quamplures.

Datum Mersberg in Purificacione Marie, anno Domini m°ccc°vicesimo.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 52, mit dem Rest des am Pgt.streifen anhängenden ersten Siegels: Friedrich von Horhusen (wie WS IV 226,1 u. 2). Rückschr. (15. Jh.): super curiam in Glindiger. *Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 545.*

1843

1320 Februar 6

.. Everwinus et Mechthildis, coniuges, nove civitatis Lemegogensis oppidani, *verkaufen mit Zustimmung ihrer Erben* Hadewigis, Mechthildis, Elizabet, Constantie, Wichmanni et Arnoldi, ... ad VI annos priorisse et sororibus inclusis dicte civitatis, ordinis predicatorum, pro viginti duabus marcis denariorum usualium agros nostros viginti duos, qui vulgariter dicuntur ‚stucke landes', sitos in superiore parte eiusdem civitatis cum iuris omni integritate, prout ad nos dinoscuntur a nostris progenitoribus, iure hereditario devenisse, ... *vorbehaltlich des Rückkaufsrechtes nach vier Jahren jeweils auf St. Agatha (= 5. Febr.).* Quem diem, si in hiis duobus annis supersederimus vel neglexerimus, omnis deinceps facultas reemptionis dictorum agrorum[a] nobis denegabitur et tolletur, et sic sepedicti agri[b] apud memoratas priorissam et sorores ad usum et officium camerarie inperpetuum permanebunt. Huius rei testes sunt frater Johannes de Lothen, frater Heynricus de Lutbeke et frater Thidericus, conversi, Conradus de Etlen, iudex, Reynerus et Hermannus, oppidani nostri, et quam plures alii fide digni. In huius facti evidens testimonium sigillis[c] domini Hermanni dicti Went et domini Alradi de Buscho, militum, presens scriptum fecimus roborari. Datum anno M°CCC° vicesimo, sequenti die Agathe virginis.

Urschr. StA Detmold, Stift St. Marien-Lemgo, Urk. Nr. 55; an Hanffäden hängendes Siegel des Hermann Wendt (WS IV 252,18), 2. unkenntliche Reste.

[a] Davor Rasur [b] Nachträglich übergeschrieben [c] Urschr.: sigilla!

1844

1320 Februar 7

Vgl. u. Nr. 1865 vom 13. Mai 1320.

1845

1320 März 4

Bischof Dietrich von Paderborn bestätigt die Stiftung und Dotierung eines Altars in der Marienkirche zu Marburg durch Johann von Geismar.

In nomine Domini amen. Nos Theodoricus dei gratia Paderbornensis ecclesie[a] episcopus recognoscimus presentibus publice protestantes, quod Johannes de Geismaria, civis Warburgensis, illustratione sancti Spiritus preventus de nostro consensu et de voluntate Hermanni plebani veteris oppidi Warburgensis in ecclesia beate Marie virginis oppidi predicti ob honorem Dei omnipotentis, beate Marie virginis, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac omnium sanctorum quoddam altare fundavit, construxit ac omnibus suis heredibus approbantibus dotavit decimam sitam in campo, qui dicitur Velle, iuxta Wecherlingherhaghen, sibi cum omni iure proprietarie adtinentem, pensionem sex solidorum Warburgensis monete, que eidem iure hereditatis de agris iuxta Hungherborne et Cunnelbike sitis debetur, et hortum eiusdem situm extra secus portam balneaream, qui quondam dicebatur Schardenberges garde, cum omni iure, quo sibi pertinere dinoscitur, ad illud pro dote dando et eidem altari perpetuo dotis nomine assignando, ut ibidem sue, Grete, uxoris sue, Bertholdi et Bertradis, parentum eius, et omnium heredum et coheredum suorum vivorum et defunctorum memoria feliciter peragatur. Quorum omnium scilicet defunctorum fiat commune anniversarium singulis annis in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli predictorum ad altare predictum sollenni cum officio divinorum. Item prenotati altaris presbiter prefate ecclesie plebano aut cuiquam successorum ipsius non erit ad aliquod obsequium ex debito obligatus, sed dumtaxat[b] altare suum provida sollicitudine respiciat, ubi qualibet feria secunda pro defunctis et omni feria quarta pro vivis familiaribus eiusdem Johannis, reliquisque diebus, prout tempus requisierit et ipse commode potuerit, missas dicat hora debita et sibi competenti, diebus tamen, quando funus plures missas requirens presens fuerit,[c] prefati altaris presbiter non nisi post inceptionem ultime misse, quam idem plebanus celebrare cum suis capellanis decreverit, celebrabit. Item oblationes spontaneas, quas fideles ad idem altare, ut licenter poterunt, attulerint, dicti plebanus et altaris presbiter, qui pro tempore fuerint, inter se equaliter partientur. Ceterum Johanni de Geismaria, Gretae, uxori sue, Bertholdo et Berthradi, parentibus eius, iuxta hoc altare, cum obierint, licentiamus ecclesiasticam sepulturam, ita quod dies obitus eorundem et in vigilia beati Martini episcopi *(= 10. Nov.)* Ricquini de Dalhem ac feria secunda post dominicam, qua imponitur ‚Invocavit', Margrete, uxoris ipsius Ricquini, parentum uxoris Joannis, memorie et anniversaria[d] cum defunctorum officio sollenniter peragantur. Preterea si quis consanguineorum vel familiarium Joannis prenotati iuxta idem altare ecclesiasticam elegit sepulturam, hoc ipsis et cuilibet ipsorum, dummodo ad sustentationem capellani, qui pro tempore fuerit, unum fertonem denarii annui census comparet, presentibus indulgemus. Ad hec concedimus prefato Johanni propter sue probitatis merita suis diebus et eius heredibus post ipsum, ut dictum altare idoneo viro intra debitum tempus possint conferre hoc modo, quod heres senior et in linea consanguinitatis propinquior solus ius conferendi habeat. Et si de iure conferendi inter heredes questio suborta fuerit, consules utriusque civitatis, cui heredum ius collationis potius pertineat, discutient et eorum iudicio sive ordinationi heredes dissentientes sine contradictione parere tenebuntur. Et si processu temporis successio heredum dicti Johannis totaliter sublata fuerit, consules oppidorum de universitatibus suis tres viros, duos videlicet de novo et unum de veteri oppido idoneos ac fide dignos munera et carnalitatis affectum non sequentes assument et eligent, qui predictum altare alicui viro idoneo et bone fame ipsis vel[e] altero ipsorum consanguinitatis vel affinitatis genere non astricto conferant pure et[f] simpliciter propter Deum. Et hunc modum conferendi circa predictum altare quotiescunque vacaverit consules perpetuis temporibus in hoc casu observabunt. In quorum omnium evidentiam pleniorem sigilla nostrum scilicet et Hermanni plebani in Warburgh presentibus sunt appensa

pro testomonio veritatis. Ego vero Hermannus, plebanus predictus, universa et singula predicta sub appensu mei sigilli profiteor esse vera.

Actum et datum feria tertia post dominicam, qua imponitur ‚Oculi mei semper', anno incarnationis Domini millesimo CCC vicesimo.

Hec omnia premissa commitimus[g] sacerdoti, qui pro tempore fuerit, in animam suam fideliter observare. Datum anno et die ut supra.

Abschr. (1656) nach der Urschrift mit zwei Siegeln, beglaubigt vom Notar Johannes Schmedt, ErzbA Paderborn, Hs. XIII Nr. 6 Bl. 194–195; Reg. (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 242b S. 114 Nr. 8. Die Dotationsgüter heißen hier: decima in Camphelle iuxta Weschelingeshagken et agris iuxta Hungkerborne et Can ...

[a] Hier und im folgenden schreibt der Kopist stets ae [b] Abschr.: duntaxat [c] Vom Notar aus fuit verbessert [d] Abschr.: anniversarii [e] in ut (?) verbessert, durchgestrichen und neu übergeschrieben [f] Fehlt in der Abschrift. [g] Vom Notar aus commendamus verbessert

1846

1320 März 4 Osnabrück

Bischof Engelbert von Osnabrück schließt mit dem Edelherrn Simon zur Lippe ein Freundschafts- und Schutzbündnis.

Nos Engelbertus Dei gratia episcopus et dyocesis Osnaburgensis protestamur et notum facimus universis, quod nos propter pacem, concordiam et specialem amicitiam, quibus nobilem virum dominum, Symonem de Lippia prosequimur, fecimus et ordinavimus mutuam amiciciam et confederacionem cum eodem viro nobili in hunc modum, videlicet quod nos dictum dominum de Lippia iuvabimus bona fide, quamdiu nos Engelbertus episcopus vixerimus, contra quosquam Lippensensem dominum iniuriis et violenciis perturbantes, qui iure a domino Lippensi sufficienter exhibito noluerint contentari. Et de huiusmodi nos posse habere volumus et debemus, ut dominus de Lippia iusticia sit contentus, que ipsi ab iniuriantibus exhibetur.

Item quod nos dominus Engelbertus episcopus domino Lippensi bona fide commanebimus et ipsum consiliis et auxiliis iuvabimus et promovebimus in eo videlicet, quod Baldewinus de Varendorpe et Nycholaus Eyflere, milites, et Johannes dictus Eyflere servent domino de Lippia litteras suas, quas sibi super obligacione castri et oppidi Wydenbrugge tradiderunt.

Nos Symon nobilis dominus de Lippia protestamur, recognoscimus et notum facimus universis, quod nos[a] propter pacem, concordiam et specialem amiciciam, quibus Osnaburgensem ecclesiam prosequimur, fecimus et ordinavimus mutuam amiciciam et confederacionem cum reverendo patri et[b] domino, domino[c] Engelberto, episcopo Osnaburgensi, et sua dyocesi in hunc modum videlicet, quod nos dictum dominum Engelbertum episcopum et ecclesiam suam[d] iuvabimus bona fide, quamdiu vixerimus, contra quoslibet ecclesiam Osnaburgensem iniuriis et violenciis perturbantes, qui iure ab Osnaburgensi ecclesia sufficienter exhibito noluerint contentari et de huiusmodi nos posse habere volumus et debemus, ut dominus .. episcopus Osnaburgensis et sua dyocesis iusticia contenti sint, que ipsis ab iniuriantibus exhibetur.

Item quod nos Symon dominus de Lippia domino episcopo Osnaburgensi et sue dyocesi predictis bona fide commanebimus et ipsos consiliis et auxiliis iuvabimus et promovebimus in eo videlicet, ut castrum et oppidum Wydenbrugge Baldewyno[e] de Varendorpe, Nycholao[f] dicto Eyfler, militibus, et Johanni dicto Eyfler nunc obligata ecclesia Osnaburgensis recuperet ab eisdem. Et ut eciam dicti .. milites et Johannes Eyfler servent litteras suas, quas super obligacione premissa Osnaburgensi ecclesie tradiderunt.

Item si dictus dominus de Lippia vel aliquis de dominio Lippensi voluerit incusare quemquam de nostra dyocesi Osnaburgensi, nos incusandum huiusmodi domino Lippensi et suis iuri statuemus, quod respondeat eisdem et faciat, que fuerint rationis. Quod si non poterimus efficere et incusandus dictis nostris stare noluerit, extunc eidem domino de Lippia et suis omnia castra nostra et municiones aperiemus et ipsos in eis recipiemus, ut de hiis defendant iniurias sibi factas. Nos eciam pro totis nostris viribus ipsum dominum de Lippia et suos iuvabimus in premissis.

Preterea si necesse fuerit, ut alter nostrum vocet alterum cum armatis viris in suum auxilium, quam cito vocati venerint in dominium vocantis[a], statim ipse vocans debet in expensis vocatis huiusmodi providere. Hanc autem vocacionem armatorum fieri volumus inter Renum et Albiam et non ultra. Et si deventum fuerit ad conflictum, in quo tam vocans quam vocati dampnum receperint, quilibet dampnum suum sustinebit et restaurum ab altero non requiret.

Si vero nutu divino nos et dominus de Lippia de nostris inimicis victoriam obtinebimus, captivos, si qui fuerint, penes numerum armatorum divisione, que ‚mantal' dicitur, inter nos equaliter dividemus.

Item si nos castrum et oppidum Wydenbrugge per nos recuperare poterimus amicabiliter[b], id domino de Lippia placebit.

Attamen nos ratione premisse confederacionis commanebimus et iuvabimus dominum de Lippia, ut littere sibi tradite a predictis Baldewino et Nycholao, militibus, Johanne Eyflere et ipsorum sociis inquantum ius habuerat, ipsi effectualiter observentur. Et si dictum nobilem premori contigerit, idipsum fieri debet suis heredibus per nostram dyocesim viceversa. Item si nos Engelbertum Osnaburgensem episcopum mori contigerit, dycesis Osnaburgensis modis premissis commanebit domino de Lippia, donec littere a prefatis Baldewino et Nicholao, militibus, Johanne ac eorum sociis sibi tradite super castro Rydekenberg et oppido Wydenbrugge inquantum dominus de Lippia habuerit sibi finaliter observentur.

Item si dictus episcopus Osnaburgensis aut aliquis de sua dyocesi voluerit incusare quemquam de nostro dominio, nos incusandum huiusmodi domino .. episcopo Osnaburgensi et suis iuri statuemus, quod respondeat eisdem et faciat, que fuerint rationis. Quod si non poterimus efficere et incusandus dictis nostris stare noluerit, extunc eidem domino episcopo et suis omnia nostra[g] castra et municiones aperiemus et ipsos recipiemus, ut de hiis defendant iniurias sibi factas. Nos eciam pro totis viribus nostris ipsum dominum episcopum et suos iuvabimus in premissis.

Preterea si necesse fuerit, ut alter nostrum vocet alterum cum armatis viris in suum auxilium, quam cito vocati venerint in dominium vocantis, statim ipse vocans debet in expensis vocatis[h] huiusmodi providere. Hanc autem armatorum vocacionem fieri volumus inter Renum et Wiseram et non ultra. Es si deventum fuerit ad conflictum, in quo tam vocans quam vocati dampna receperint, quilibet dampnum suum sustinebit et restaurum ab altero non requiret.

Si vero nutu divino nos et ecclesia Osnaburgensis de nostris inimicis victoriam obtinebimus, captivos, si qui fuerint, penes numerum armatorum divisione, que ‚mantal'[i] wlgo dicitur, inter nos equaliter dividemus.

Item si dominus episcopus Osnaburgensis et sua dyocesis castrum et oppidum Wydenbrugge per se recuperare poterunt, id nobis placet et de nostra erit omnimoda voluntate.

Attamen ipse dominus episcopus et sua dyocesis nobis ratione premisse confederacionis commanebunt et nos iuvabunt, ut littere nobis tradite a predictis Baldewyno, Nicholao, militibus, Johanne Eyfler et ipsorum sociis, in quantum ius habebamus, nobis effectualiter observentur. Item si dominum Engelbertum episcopum Osnaburgensem mori contigerit,[k] nos ecclesie Osnaburgensi modis premissis commanebimus, donec sibi recuperaverint castrum et oppidum Wydenbrugge et dicta dyocesis Osnaburgensis nobis aut veris nostris heredibus, si nos premori contigerit, viceversa commanebit, donec littere nobis a prefatis Baldewyno, Nicholao, militibus, Johanne ac eorum sociis tradite super castro Redekenberg[l] et oppido Wydenbrugge nobis inquantum ius habeamus, finaliter observentur.

Insuper recognoscimus, quod si castrum et oppidum Wydenbrugge capi quocumque modo[c] contingeret, dominus de Lippia et heredes eius in castro et oppido predictis aut ipsorum areis aut aliis universis attinenciis nichil iuris habebit[d] neque sibi aliquid vendicabit[d], sed hec premissa sunt nostre ecclesie Osnaburgensis et eidem ecclesie remanebunt.

Preterea si reverendus pater et dominus noster, dominus .. archiepiscopus Coloniensis seu conservatores pacis, concepte per eundem dominum archiepiscopum Coloniensem, .. episcopum Monasteriensem, comitem de Vyrneborch aliasque civitates et oppida guerras domino de Lippia moverint, in hoc domino de Lippia nostra dyocesis auxilium non prestabit.

Insuper composiciones olim ordinate tempore domini quondam Ludewici, episcopi Osnaburgensis, predecessoris nostri, inter nostram dyocesim atque ipsum dominum de Lippia et pacta[e] ac condiciones seu promissiones et quecumque alie[f] composiciones cum pactis et condicionibus[g] suis hinc inde facte et ordinate, observari debent et firmiter[h] in suo robore permanere.

Acta sunt hec presentibus honorabilibus viris Symone thesaurario, Johanne[i] scolastico ecclesie nostre,[k] Frederico sancti[l] Johannis Osnaburgensis et magistro Hermanno[m] Brameschensis ecclesiarum prepositis[n], Thiderico dicto Stempel, Liborio de Alen,[o] Giselberto et Johanne dictus[p] Bere, Amelingo de Varendorpe, militibus,[q] et aliis fide dignis. In horum omnium testimonium nos Engelbertus episcopus Osnaburgensis, .. capitulum et .. ministeriales ecclesie Osnaburgensis sigilla nostra duximus presentibus apponenda.

Datum Osenbrugge[r] anno Domini m°ccc vicesimo, quarto Nonas Marcii[s].

Urschr. A (Konzept) BistA Osnabrück, DomA, unbesiegelt. Rückschr. (15. Jh.): Nota confederacionis et amicicie inter dominum episcopum et dominum Symonem de Lippia etc. – *Abschr. (Henselers) Ratsgymn. Osnabrück (Nachlaß Hen-*

Insuper recognoscimus, quod si castrum et oppidum Wydenbrugge capi quocumque modo contingeret, nos et nostri heredes in predictis castro et oppido aut ipsorum areis aut aliis universis attinenciis nichil iuris habemus neque nobis vendicabimus, sed hec premissa omnia sunt ecclesie Osnaburgensis et eidem ecclesie remanebunt.

Preterea si reverendus pater et dominus noster, dominus .. archiepiscopus Coloniensis gverras nobis[m] moverit, ad hoc domini episcopi Osnaburgensis et sue dyocesis auxilium nullo modo requiremus. Similiter contra conservatores pacis, concepte per reverendos dominos .. archiepiscopum Coloniensem, .. episcopum Monasteriensem, .. comitem de Virneburg[n] aliasque civitates et oppida a domino episcopo Osnaburgensi et sua dyocesi nullatenus auxilium requiremus.

Insuper arbitramur et volumus, ut composiciones olim ordinate tempore domini quondam Lodewici, episcopi Osnaburgensis, inter nos et ipsam dyocesim Osnaburgensem et pacta ac condiciones seu promissiones et quecumque alie composiciones cum pactis suis et condicionibus hinc inde facte et ordinate, observari debent et firmiter in suo robore permanere.

Acta sunt hec presentibus domino Henrico, scolastico ecclesie Monasteriensis, fratre Hoyero de Sterenberg[o], Ludolfo[p] burchgravio in Stromberg[q], Conrado de Avenstrot[r], Godescalco dicto Wenet[s], militibus, et aliis fide dignis. In horum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum Osenbrugge anno Domini m°ccc°vicesimo, quarto Nonas Marcii.

Urschr. (B) BistA Osnabrück, DomA, mit Rest des Siegels (Abb. II 86); von der Hand des Schreibers zu A! Rückschr. (14. Jh.): Confederacio inter Engelbertum episcopum et dominum de Lippia.

seler) Bd. 4 S. 203ff. (danach angeblich eine Abschr. im StA Detmold, die aber dort nicht nachzuweisen ist). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 653; WUB 8 Nr. 1397; RegErzbKöln 4 Nr. 1168.

a) Urschr.: vocatis b) Ausradiert! c) Auf Rasur. Es stand vorher da casu .. d. (?) d) Hier müßte die Pluralform erwartet werden e) p aus f (?) verbessert f) Über der Zeile nachgetragen g) Auf Rasur. Es stand vorher vielleicht composicionibus da h) Über der Zeile nachgetragen i) Auf Rasur statt Gerhardo dicto Hake k) Aus Osn. verbessert l) Davor pp̄s ausradiert m) Über ausradierten pp̄o nachgetragen n) Am Rande nachgetragen o) Der Name ist über der Zeile nachgetragen p) Jōh dcūs unter der Zeile nachgetragen q) Davor et Josep de Selincdorpe durchgestrichen r) Über der Zeile eingeschoben s) Unter dem Text sind die Namen der Ritter noch einmal im Zusammenhang geschrieben: Thiderico dicto Stempel Liborio de Alen, Giselberto et Johanne dictis Bere, Godscalco dicto Weneth, Amelingo de Varendorpe, militibus

Urschr. (C) ebd. (von anderer Hand) mit beschädigtem Siegel des Ausstellers (Abb. II 86). Rückschr. (14. Jh.): Privilegium confederacionis domini de Lippia et episcopi Osnaburgensis. – *Regest: WUB 8 Nr. 1398; RegErzbKöln 4 Nr. 1169. Erwähnt Lipp. Reg. 2 Nr. 653 Anm.*

a) Fehlt C b) C: ac c) Fehlt C d) C: suam dyocesim e) C: Widenbrugge, Boldewino. So immer! f) C: Nicolao. So immer! g) C: castra nostra h) C: vocantis i) C: manthal k) C: cotigerit l) C: Redenkenberch m) C: nobis guerras n) C: Virneborch o) C: Hogero de Sterrenberghe p) C: domino Ludolfo q) C: Strombergh r) C: Avenstroth s) C: Goscalco dicto Wendh

1847

1320 März 4

Die Gebrüder von Oddenhusen *verpfänden dem Dietrich von* Kerptorp *zwei Ackerstücke bei* Horhusen.

Vor Steffanus senior et Conradus, fratres, milites, dicti de Horhusen *verpfänden* Henricus et Hermannus, fratres de Oddenhusen, de nostro speciali consensu … Thiderico de Kerptorp, Meyghildi, uxori sue, et eorum veris heredibus duo frustra agrorum, sita iuxta Horhusen, quorum unum frustrum colit vidua Ludolvesce et aliud quidam dictus Ecke, pro quinque marcis denariorum Mersberg solvencium titulo pignorum quiete possidenda, de quibus agris antedictus Thidericus et uxor sua vel eorum heredes nobis et nostris heredibus quolibet anno semper in festo beati Dyonisii *(= 9. Okt.)* unum solidum denariorum Mersbergensium iure emphiteotico dabunt expedite. *Die Verkäufer geloben Währschaft. Die Gebrüder von Horhusen behalten sich das jederzeitige Rückkaufsrecht vor und siegeln.*

Datum anno Domini m°ccc°xx°, feria tercia post dominicam, qua cantatur Oculi.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 54, mit den Resten der zwei an Pgt.streifen anhängenden Siegel: 1. Stephan von Horhusen *(Abb. II 63), 2. Konrad von* Horhusen *(Abb. II 61); Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 40 S. 545. – Druck: Seibertz UB 2 Nr. 579 (mit falsch aufgelöstem Datum: 18. März!).*

1848

1320 März 7

Hermann von Oddenhusen *verkauft dem Gerlach von Büren seine Hälfte des Zehnten in* Velsebergh.

Vor Thidericus, famulus de Weten, *als Lehnsherrn, verkauft* Hermannus de Oddenhusen cum consensu et bona voluntate Bertoldi et Henrici, suorum fratrum, ceterorumque omnium heredum suorum ... suam dimidietatem decime in villa dicta Velsebergh site cum singulis iuribus et appendiciis universis ad ipsam dimitatem spectantibus ubicumque locorum sitis Gerlaco de Buren et omnibus suis heredibus veris, unde ad resignationem dicte dimidietatis decime cum suis omnibus appendiciis per dictos fratres Hermannum, Bertoldum et Henricum necnon per Agnetem de Bilinchusen, quondam legitimam Gotfridi dicti Boldeken, usufructus ipsius dimidietatis decime, quem ad tempora vite sue habuit. ... *Er überträgt* eandem dimidietatem decime prescripte cum omnibus appendiciis prefato Gerlaco de Buren et omnibus suis veris heredibus perpetue et hereditarie iure feodali possidendam, *und gelobt Währschaft. Da er selbst kein Siegel hat, siegeln für ihn* Conradus miles de Horhusen *und die* consules in Mersberg Sifridus de Buren, proconsul, Thidericus de Kertorp, Rodolfus de Clinge, Henricus de Corbeke, Hermannus Udonis, Conradus de Vesperde, Hermannus Nothe, Hermannus de Lon, Detmarus Sandri, Johannes Snarman, Conradus de Adorp et Gotscalcus Havesaldi ... Testes astiterunt in homagium electi Conradus de Huxaria, Henricus de Adorp, Henricus Monetarii, Bertoldus Monetarii et alii plures fidedigni.

Datum feria sexta ante Letare proxima, anno Domini M°CCC°vicesimo.

Urschr. StA Münster, Kl. Dalheim, Urk. Nr. 65, mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel des Konrad von Horhusen (Abb. II 61), und der Stadt Marsberg (WS II 66,3). Erwähnt in Urkunde vom 2. Aug. 1469 (ebd., Reichskammergericht, Buchst. B Nr. 62,7 Bl. 1211^{v} (Aders-Richtering 1 S. 37 Nr. 225).

1849

1320 März 15

Die Edelherren von Büren (Bertoldus nobilis dominus de Buren et Bertoldus cognatus noster nobilis de Buren dictus de Wevelsburg cum omnibus nostris veris heredibus et coheredibus, scilicet nobilibus Walraveno, Bertoldo et Henrico, canonico sancti Pauli in Monasterio, et Joanne, fratre predicti cognati nostri nobilis de Buren dicti de Wevelspurg) *bekunden, daß vor ihnen* Wilhardus miles, dictus de Holthusen, cum unanimi consensu et voluntate uxoris sue Lise et omnium heredum et coheredum suorum Bernhardi, Henemanni, Eremfridi, Thymmonis, Sifridi, Wilhardi et Heylewigis ac Mechildis, filiarum suarum *an Äbtissin und Konvent in* Holthusen iuxta Buren duodecim agros, qui vulgariter ‚morgen' nuncupantur, quorum septem siti sunt in loco, qui dicitur Brunlith, et alii quinque in loco dicto Brugelen *für 24 Mark Soester Pfennige verkauft und dazu Währschaft gelobt hat. Die Edelherren von Büren siegeln mit dem Verkäufer.*

1320 März 15.

Abschr. (17. Jh.) StA Münster, Herrsch. Büren, Akten Nr. 277 Bl. 21, nach der Urschrift mit vier Siegeln, von denen das zweite und vierte einen Löwen zeigte. Reg. (17. Jh.) ohne Tagesdatum ebd. Bl. 15^{v}; dsgl. (18. Jh.) Archiv Erpernburg, Abt. Erpernburg, Akte Nr. 5.

1850

1320 März 17 Hannover

Graf Adolf von Holstein-Schaumburg schließt mit seinem Oheim, Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg, Frieden. Er verspricht u. a., ihm zu helfen uppe alle, de dar levet sunder up usen heren

van der Lippe unde uppe usen heren, den bisscop van Hildensem unde uppe greven Hermanne van dem Polle,[1] des nimt us use om in sinen vrede thegen dat stighte van Minden ...

Dusse bref is ghescreven unde ghegheven to Honovere na Godes bort dusent iar, drehundert iar, in deme twintegesten iare, an sunte Ghertrude daghen.

Urschr. StA Hannover, Celle, Or. Des. 8 Nr. 51; das an Pgt.streifen anhängende Siegel des Grafen ist verloren. Hier nach Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Regesten und Urkunden 3, 1894, S. 221f. Nr. 407. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 654; UB Hochstift Hildesheim 4 Nr. 509; WUB 10 Nr. 705.

[1] = Graf Hermann von Everstein!

1851

(1320 März 18)

Vgl. o. Nr. 1847 vom 4. März 1320!

1852

1320 März 22

Ritter Heinrich Went *verspricht, die Bürger der Stadt Brakel, die ihm zu einem Drittel verpfändet ist, in ihren Rechten nicht zu kränken.*

Nos Henricus dictus Went, miles, Alheydis, uxor nostra, publice recognoscimus in hiis scriptis lucide protestando, quod nos et nostri .. heredes posteri et presentes omne ius et iura, que bůrgenses de Brakele habebant a Bůrchardo de Assebůrch, milite[a] bone memorie, et Wernhero de Assebůrch, famulo, filio suo, eorumque heredibus debemus ipsis in nullo minuere sed pocius aucmentare, promittentes eisdem burgensibus ob favorem specialem, nobis in subiectione exhibitum, eadem iura in omnibus rata et inconvulas observare, adiecta huiusmodi condicione, quod quandocumque predictus Wernherus de Assebůrch vel sui .. heredes a nobis vel nostris heredibus fecerint redempcionem tercii partis opidi Brakele pro centum marcis argenti examinati, quod extunc burgenses de Brakele prenarrati debent eidem Wernhero de Assebůrch in omnibus obedire seu wlgariter ‚hulden' ad manus suas et subiecti esse, sicut prius, aut suis .. heredibus antedictis. In premissorum testimonium duximus nostrum sigillum presentibus apponendum. Testes presentes fuerant Hereboldus de Papenhem, miles, Wernherus de Brakele, Alradus de Busche, Olricus de Nedere, Fredericus de Immessen, Godfridus de Modikessen, Henricus de Immessen, Hermannus de Coven, Everhardus de Mengersen, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum sabbato ante festum Palmarum, anno Domini M°CCC°XX°.

Urschr. StadtA Brakel, Urk. II Nr. 41 (11); das abhängende Siegel ist abgefallen. Druck: Asseburger UB 2 Nr. 822.

[a] Urschr.: militi

1853

1320 März 25

Die Priesterbruderschaft von Ohsen schließt mit dem Kloster Kemnade eine Gebetsbruderschaft.

Nos Johannes, plebanus in Bodeke ac decanus, ceterique confratres sacerdotalis confraternitatis in Osen omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem et sempiternam in Domino karitatem.

Quoniam oratio et singula pietatis opera in sui participatione non minuuntur, sed fructus eorum et effectus integer in singulis invenitur, ideoque merito redarguitur pietatis defectus, si in illis rebus communicandis aliqua servetur parcitas, in quarum distributione non violatur integritas. Hinc est, quod volumus esse notum, quod quedam unio inter nos ac confratres et consorores sanctimonialium in Kaminatis est taliter ordinata, quod ipsi et eorum successores necnon Winandus, honorabilis dominus, quondam prepositus ibidem, necnon Bertrammus, Bruno et Meynricus, nunc sacerdotes monasterii eiusdem, exnunc et in perpetuum nostri confratres ac consorores spirituales sunt. Propterquod in nomine Dei presentium tenore concedimus et donamus eis plenam et specialem participationem omnium et singulorum bonorum operum tam in vita quam in morte, que in nostra confraternitate nunc et in perpetuum operari dignabitur clementia Salvatoris. Et econverso nos et nostri successores confratres et consorores spirituales sumus ipsorum et participes debemus esse omnium et singulorum bonorum operum in vita pariter et in morte, que per congregationem eorum fiunt et fient in perpetuum ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi. In quorum omnium evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini m°c°c°c°vicesimo, in die Annuntiationis beate Marie virginis.

Urschr. StA Münster, Kl. Kemnade, Urk. Nr. 29; das an Pgt.streifen angehängte Siegel ist verloren. Abschr. (18. Jh.) ebd. (nach der Urschr. ohne Siegel), Msc. II 102 Bl. 51 (danach Abschr. Mooyers ebd., Msc. VII 5214); dsgl. ebd., Msc. I Nr. 139 Bl. 549.

1854

1320 März 25

Heinrich Seghenandi *verkauft der Gertrud, Witwe des Konrad* in der Beke *eine Hausrente in Paderborn.*

Vor Ecbertus Top et Conradus de Molendino, proconsules, ceterique consules Paderburnensis civitatis et ... presente Regenhardo, iudice nostre civitatis, ... *verkauft* Henricus Seghenandi de Buren, civis noster, accedente pleno consensu Gertrudis, uxoris sue legitime, et Segenandi, Lutfridi, Grete, Mechildis, Walburgis et Grete, puerorum[a] eius ... domine Gertrudi vidue, relicte quondam Conradi dicti in der Beke, nostre civi, et .. pueris eius ac heredibus veris annuos redditus sex solidorum Paderbornensium denariorum in domum suam, sitam ante valvam occidentalem, olim Andree fabro pertinentem, iuxta domum Henrici dicti Jordans, pro septem marcis predictorum denariorum, quas recognovit se a dicta .. vidua in parata pecunia recepisse, singulis annis exnunc instantibus et sequentibus ipsis per inhabitatorem[b] dicte domus in duobus terminis, scilicet in festo beati Michahelis *(= 29. Sept.)* tres solidos et in festo Pasche tres solidos solvendos nomine pensionis. *Stadtsiegel.*

Actum et datum feria tercia post festum Palmarum, anno Domini m°ccc°xx°.

Urschr. StadtA Paderborn, Urk. Nr. 21, mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel der Stadt Paderborn (WS II 78,6) mit RS (WS II 86,15). Rückschr. (15. Jh.): super redditibus viij (!) solidorum in domo Segenandes. – *Regest: INA 3,2 S. 97 Nr. 40.*

[a] Auf Rasur [b] Urschr.: inhabitorem

1855

1320 März 29

Das Busdorfstift bekundet, daß der Kanoniker Arnold Endhachte *der Magd Wolradis des Vikars Heinrich von* Dalpenhosen *eine Rente aus seiner Kurie verkauft hat, die diese dem Stift zu ihrem Gedächtnis schenkt.*

Nos Ludolfus decanus et totum capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderburne recognoscimus et notum facimus universis lucide protestando, quod dominus Arnoldus Endachte, canonicus ecclesie nostre, vendidit et se vendidisse recognovit perpetuo coram nobis Woldradi, ancille domini Henrici de Dalpenhosen, vicarii ecclesie predicte, annuos[a] redditus sex solidorum Paderburnensium denariorum ex domo sua et curia claustrali, quam inhabitat, per inhabitatorem et possessorem eiusdem domus ac de redditibus prebende sue universis ipsi Wolradi persolvendos singulis annis exnunc in antea in festo beati Michaelis *(= 29. Sept.)* expedite pro sex marcis eorundem denariorum, quos recognovit, se ab ipsa in parata percunia vendicionis titulo recepisse. Hos quidem redditus sex solidorum ipsa Wolradis pia mota devocione dedit, legavit et tradidit capitulo nostro post ipsius obitum tollendos et retinendos pro anniversario suo apud nos in ecclesia nostra perpetuo peragenda ita videlicet, quod quatuor solidi nobis dabuntur et inter nos equaliter dividentur, duo vero solidi distribuentur inter duos vicarios, dominos lectores et quinque altarium rectores ecclesie nostre in hunc modum scilicet, quod cuilibet vicario dabuntur quatuor denarii, cuilibet lectori duo denarii et cuilibet sacerdoti de predictis quinque altaribus duo denarii ac campanario nostre ecclesie duo denarii ad hunc anniversarium tam in vigillis quam in missis singulis annis devote peragendum hiis condicionibus adiectis, quod si prefatus dominus Arnoldus alios redditus sex solidorum in bono situ comparaverit empcionis titulo pro nostra voluntate et prout nobis videbitur expedire, extunc predicta curia sua de huiusmodi redditibus libera erit et soluta. Preterea post decessum ipsius domini Arnoldi vel ipso vivente quicumque predictam domum suam et curiam subintraverit, eosdem redditus singulis annis dabit de eadem domo et curia aut tantum de pecunia, quod huiusmodi redditus sex solidorum valeant comode comparari. *Kapitelssiegel.*

Actum et datum in vigilia Pasche, anno Domini MCCCXX.

Abschr. (um 1408) StA Münster, Msc. I Nr. 121 Bl. 6^{v}f. – Druck: Prinz, UB Busdorf Nr. 112.

[a] Abschr.: annos

1856

(1320 April 1)

Dieses Datum (actum feria tertia Pasche, anno millesimo trecentesimo vigesimo), *das eine Einzelabschrift (Pap.) des 17. Jhs. (StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 474) dem großen Landesprivileg Bischof Bernhards vom 25. März gibt, ist falsch. Es fehlen der Abschrift die Einer* (sexto). *Eine Urschrift des Privilegs, in dem Bischof des Stiftsständen verspricht über die einmalige Gebäudesteuer hinaus keine weiteren* bede eder cyse *zu fordern, in niederdeutscher Sprache ist im Archiv Erpernburg, 1. Erpernburg, Rep. II D Nr. 1 erhalten (vgl. INA 3,1 S. 52 Nr. 20). Das Datum lautet hier richtig,* des dynxedages na Paschen. *Druck: Einzeldruck 17. Jh., Exemplar im Archiv Erpernburg, 1 Erpernburg, Rep. II K Nr. 4 (zusammen mit den Zustimmungsurkunden der Stände vom 4. und 12. April 1326 (ebd. Nr. 2 und 3); dsgl. Weddigen, Westfäl. Magazin 3, S. 424ff. – Regest: INA 3,1 S. 52 Nr. 20; 3,2 S. 98f. Nr. 49 und S. 163 Nr. 82; INA 4,1 S. 46 Nr. 56. Eine Urschrift der lateinischen Fassung ist mir nicht bekannt.*

1857

1320 April 3

... hat Herman von Brackele, famulus, mit Bewilligung Gistae, seiner Frawen, und Bigge, seiner Schwiegermutter, Raven und Herbolt von Papenheim, Brüdern und Vettern, seinen Zehndten und zwei Güter, welche vier Huben haben und zu Ostheimb gelegen seind, mit ihrer Zubehorung, Nutzen und Rechten fur 110 Marck (r)eines Silbers solcher gestalt verpfandet, daß wan er solche sechs Jahren nicht wieder lösen würde, die von Papenheimb dieselbe erblich behalten solten.

Datum anno Domini m ccc xx, feria quinta infra octavam Pasche.

Regest StAM, Dep. Herrsch. Desenberg, Akten Nr. 5590, Bl. 5 (nach dem Papenheimische große Copeybuch in folio S. 28). Vgl. auch ebd. Nr. 5044 Bl. 4. Hierher gehört zweifellos das im Archiv Erpernburg, Hs. B Nr. 21 Bl. 236^{v} überlieferte Bruchstück eines Regestes: Hermannus de Brakele, famulus, decimam in Oistheim Ravenoni et Herboldo de Papenheim, militibus de bona ibidem sua, quatuor mansos ... *(1320).*

1858

1320 April 8

Lodwich, Johans und Hugen Poste *(Belehnung durch die Äbtissin von Herford)* super bona in Fulen.

(Datum) anno etc. 1320, sexto Idus Aprilis.

Regest (16. Jh.) StA Münster, Abtei Herford, Lehen, Akten Nr. 11 S. 69.

1859

1320 April 9

... Raveno de Calenberge, miles, *verkauft* cum consensu et libera voluntate uxoris mee legitime, Johannis, Wernheri, Ravenonis, Sandri et Ravenonis, filiorum nostrorum, ac insuper omnium heredum nostrorum Ludolpho, consanguineo nostro, plebano in Papenheim, et suis veris heredibus pro viginti et tribus marcis puri argenti rite atque rationabiliter ... curiam nostram sitam in Germete, quam quondam Heinricus dictus de Asche habuit, cum omnibus suis usufructibus et proventibus, ubicumque etiam siti vel locati fuerint, perpetuo possidendum, *vorbehaltlich des Rückkaufsrechtes binnen den vier nächsten Jahren.* In qua redemptione si nos seu nostri heredes negligentes fuerimus, extunc possessio et dominium sepe dicte curie ad memoratum dominum Ludolphum et suos heredes eternaliter devolvetur. *Raveno siegelt und mit ihm der Ritter Johannes Bercule.*

Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, feria quarta proxima post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

Abschr. (16. Jh.) StA Marburg, Dep. v. Pappenheim Nr. 2 (Kopiar) Bl. 50; Reg. (18. Jh.) Archiv Erpernburg, Bibl., Hs. B Nr. 21 Bl. 236^{v}.

1860

1320 April 9

Der Rat der Stadt Königsberg teilt dem Rat der Stadt Paderborn mit, daß vor ihm Johann von Kericdorp *seinem Bruder Willikin seinen Erbanteil abgetreten habe.*

Honorabilibus viris dominis .. consulibus civitatis in Paderborne communitas consulum civitatis in Koninghesbergh salutem et promptam benivolenciam omnis reverencie et honoris. Vestre honestati notum facimus in hiis scriptis, quod Johannes dictus de Kericdorp cum fratre suo Willikino, exhibitore presencium, i[n n]ostram presenciam comparuit et iamdictus Johannes eidem Willikino coram nobis resignans parten suam totam in h[ere]d[it]ate eorundem tali condicione, quod Willekinus predictus potest vendere partem suam in hereditate iamdicta et facere cum illa, quicquid sue fuerit voluntatis. Insuper predictus Johannes vendiderat Johanni concivi vestro de Dest unam hereditatem in c[ivit]ate predicta Paderborne et illud ipse fecerat cum voluntate amborum suorum fratrum scilicet Willekini et Theoderici, q[ui et]iam dicti eidem Johanni in nostra presencia illam publice resignaverunt, tali condicione, quod Johannes predictus posset in hereditate illa facere, quicquid sibi utilius videretur. Que predicta nos ulterius in hiis literis, quia acta erant in nostra presencia firmiter testamur. Datum anno Domini m°ccc°xx^{mo}, in proxima feria quarta post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

Insert in Urkunde vom 14. Juli 1321, in der der genannte Willekin mit dieser Vollmacht versehen, den Besitz in Balhorn verkauft (Urschr. Archiv Alt.Ver. Paderborn).

1861

1320 April 24

Herzog Erich von Sachsen entscheidet eine vom Kloster Loccum gestellte Frage nach der Verbindlichkeit von Schenkungen für die Söhne und Erben des Schenkgebers.

Nos E(ricus) Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie tenore presencium protestamur, quod vir religiosus .. dominus abbas in Lůcken coram nobis et vasallis nostris questionem quandam proposuit et per nostros vasallos sibi petiit sententialiter diffiniri, que talis est: utrum patris factum vel alienatio bonorum vel contractus facta eo tempore, antequam filii ad annos discretionis perveniant, vel filiis in minori etate constitutis stabilia et ra[ta] debeant permanere vel filii ea possint, cum ad annos discretionis pervenerint, revoca[re] et reclamare? Nos igitur usi nostrorum consilio vasallorum dictam questionem taliter diffinimus, quod ea, que pater sana mente donaverit, vendiderit aut quolibet alio modo alienaverit aut ordinaverit, filiis in minori etate constitutis, nullo umquam tempore filii debebunt aut poterunt retractare. In cuius testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M°CCC°xx, in die Georgii martiris.

Urschr. Archiv Loccum, Urk. Nr. 801, mit dem am Pgt.streifen anhängendem Reitersiegel des Herzogs (Umschrift weggebrochen). Rückschr. (15./16. Jh. in Stichworten): filii debeant / et (?) rata permaneat / pervenerint revocare. – *Regest: Calenb. UB 3 (Loccum) S. 419 Nr. 691. Fehlt in WUB 10.*

1862

1320 Mai 1

Konrad von Modexen, seine Frau und Kinder verzichten auf alle Ansprüche an das Kloster Brenkhausen wegen eines Hofes in Heynhosen.

Nos Conradus de Modekessen, Cůnegundis, uxor eius, dicta de Hemedessen, Gotfridus et Geroldus, liberi coniugum eorundem, harum serie litterarum recognoscimus publice protestantes, quod informati consilio saniori renunciamus simpliciter et precise omni actioni seu impeticioni, si quam nobis quamvis indebite vendicavimus seu vendicare potuimus eatenus contra religiosas personas .. abbatissam et conventum sanctimonialium monasterii in Berinhosen occasione cuiusdam mansi in terminis ville Heynhosen siti, cuius mansi cultor et colonus exstiterat quondam Geroldus dictus Kroyz cum .. uxore sua, quem mansum Gerhardus de Modekessen, frater meus Conradi predicti, Hildegundis, conthoralis ipsius, Thidericus, Gerhardus et Ernestus, filii eorundem dictis .. religiosis iusto et legali vendicionis titulo vendiderunt perpetuo possidendum sicut in instrumento super hoc confecto plenus continetur.[1] Nos quoque Geroldus et Godfridus, germani prefatorum Conradi et Gerhardi de Modikessen, una cum universis heredibus nostris presentibus profitemur, quod numquam iuris quippiam in dicto manso vel eius cultoribus habuimus nec habemus. In quorum omnium evidentiam munimen presens instrumentum conscribi fecimus et sigillis nostris Conradi et Gerhardi sepedictorum, quibus nos alii prenominati contentamur, tradidimus roboratum. Testes vero, qui aderant, sunt Bertoldus, plebanus in Brakel, Everhardus de Mengersen, Bernhardus[a] de Koven aliique complures fidedigni. Datum anno Domini mccc vecesimo, Kalendas Maii.

Urschr. StadtA Brakel II Nr. 42 (96), mit nur noch dem zweiten beschädigten Siegel am Pgt.streifen: Gerhard von Modexen (Abb. II 91). Auf den Pgt.streifen Reste des Konzeptes: Conradus de ... Cunegundis ... Gotfridus ... Gerhardus ... Hildegundis uxor ... filii eorum ... item Gotfridus ... recognoscimus ... iuris habere ... Heyhosen ...

[1] Nicht erhalten.
[a] Urschr.: Berhardus

1863

1320 Mai 6

Vor Richter und Rat der Stadt Marsberg verkaufen die Gebrüder von Bilinchusen *dem Gottschalk* Udonis *ihren Garten* Koldehof.

Vor Conradus de Clinge iudex, Sifridus de Buren, proconsul, Thidericus de Kertorp, Rodolfus de Clinge, Detmarus Sandri, Hermannus Udonis, Hermannus Nothe, Henricus de Corbeke, Hermannus de Lon, Conradus de Vesperde, Conradus de Adorp, Johannes Snarman et Gotscalcus Havesaldi, consules in Mersbergh, *verkaufen* Johannes et Hermannus fratres de Bilinchusen ... cum consensu Udonis et Johannis, filiorum predicti Johannis de Bilinchusen ... domino Gotscalco Udonis ortum dictum Koldehof situm apud Horhusen scilicet intra valvam, que dicitur Osterdor et tiliam, que dicitur Osterlinde, qui ortus fuerat ipsorum proprius, et quem quondam Hartvico vendiderunt, unde eciam cum hoc dicti Johannes et Hermannus fratres de Bilinchusen, Udo et Johannes, ipsius Johannis filii, pro se et pro suis heredibus coram nobis omne ius, quod in predicto orto habuerunt et habere possent de iure vel de facto, penitus resignaverunt ad manus prefati domini Gotscalci Udonis. *Stadtsiegel.*

Datum die Johannis ewangeliste ante portam latinam, anno Domini m°ccc°xx°.[a]

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 55, mit dem Bruchstück des am Pgt.streifen anhängenden Stadtsiegel von Marsberg (WS II 66,3); Rückschr. (15. Jh.): Super ortum extra den Osterndore (et est alia litera appropriationis monasterio).

[a] Ein hinter der letzten x stehender Schnörkel hat gewiß nichts zu bedeuten (etwa = 1), da die Ratsliste nur für das Jahr 1320 gilt.

1864

1320 Mai 10

Das Kloster Abdinghof verkauft der Alheid Gast *Land in der Paderborner Feldflur.*

... Johannes Dei gratia abbas, Hermannus prior, totusque conventus monasterii sanctorum apostolorum Petri et Pauli sancti Benedicti in Paderborne *verkaufen* Alheydi puelle, filie quondam Detmari dicti Gast, agros capientes viginti duo iugera, sitos extra valvam occidentalem civitatis Paderbornensis in una ‚breda' seu particula apud locum, qui vulgariter nomine ‚Getestruch' nuncupatur, in quibus habemus annuatim in redditibus dua moldra et dimidium tritici, quod ‚sunderwete' vulgariter dicitur, olim Henrico dicto Endeachte, civi Paderbornensi, pertinentes, cum omni iure, utilitate et integritate habendos, retinendos ac possidendos pacifice, libere et quiete ad tempora eius vite pro viginti sex marcis denariorum Susati legalium nobis per ipsam in parata pecunia numeratis, traditis et solutis. Cum quibus denariis comparavimus agros memoratos dimittentes eidem Alheydi propter sua beneficia nobis inpensa dicta duo moltia et dimidium tritici cum eisdem agris tollenda singulis annis, quoad vixerit, et habenda. Post ipsius vero obitum predicti agri ad nos redibunt libere et ad officium karitatis nostri conventus perpetue pertinebunt, duo autem moldra et dimidium tritici ad officium cellerarie revertentur. *Sie geloben Währschaft.* In recompensationem vero huiusmodi beneficii nobis facti concedimus et damus predicte Alheydi, quod in anniversario obitus sui memoria sua et eius parentum apud nos perpetue et dies beate Barbare virginis sub duplici festo in salutem anime eius sollempniter peragentur, pro quo festo omni anno peragendo dabuntur conventui nostro sex solidi Paderbornensium denariorum et unus solidus custodi nostro pro luminibus, organis et campanis pulsandis de agris supradictis. *Abt und Konvent siegeln.*

Actum et datum sabbato post Ascensionem Domini, anno incarnationis eiusdem M°CCC°XX°, presentibus Conrado, plebano in Kerchtorp, Conrado de Hobracen, sacerdote, Johanne de Barchosen et Godescalco de Cothosen, vasallis nostris.

Urschr. StA Münster, Kl. Abdinghof, Urk. Nr. 100, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln des Abtes (Ws III 124,3) und des Konventes von Abdinghof (WS III 106,1); Rückschr. (14. Jh.): Super agris Ghedestruk xxii iugeribus. *Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 242a Bl. 17 Nr. 26; Msc. VII Nr. 4206 Bl. 11°; Msc. VII Nr. 4210 Bl. 14; Msc. VII Nr. 4217 Bl. 167.*

1865

1320 Mai 13

Schlußabrechnung des päpstlichen Kollektors Petrus Durandi über seine Einnahmen und Ausgaben.

Expense per dominum Petrum Durandi solum facte. In nomine Domini amen. Anno Nativitatis eiusdem 1320, videlicet 13ª die mensis Maii. Hec est ratio expensarum factarum per me Petrum Durandi, canonicum Ebredunensem et dudum nuncium domini nostri summi pontificis in partibus Alamannie pro colligendis fructibus beneficiorum ecclesiasticorum, que per certi temporis spatium vacaverunt, et pro aliis debitis camere domini nostri, scilicet a 14ª die mensis Januarii anno Domini 1319 usque ad 7^{am} diem mensis Februarii anni sequentis scilicet 20^{mi}, quam rationem reddo vobis, reverendis dominis camerario et thesaurario domini nostri pape ... *(es folgt der Auszug o. Nr. 1795 vom 23. Juni 1319).*

Nach dem Druck bei Kirsch S. 33ff. Vgl. WUB 8 Nr. 1343; RegErzbKöln 4 Nr. 1217.

1866

1320 Mai 13 Bielefeld

Graf Otto von Ravensberg bekundet das Recht des Klosters Marienfeld am Sterbefall seiner Eigenbehörigen, die in Bielefeld wohnen.

Nos Otto comes de Ravensberge omnibus presentia visuris et audituris cupimus fore notum, quod cum beneplacito et consensu unanimi domini Bernardi, prepositi Osnabrugensis, fratris nostri predilecti, Margarete, uxoris nostre, Hadewigis et Margarete, filiarum nostrarum, cum adhuc alios heredes non habemus, conscientie nostre consulentes in remedium anime nostre religiosis viris abbati et conventui de Campo sancte Marie, ordinis Cisterciensis, Monasteriensis diocesis, plenarie indulgemus et concedimus per presentes, ut homines quosque ecclesie sue pertinentes in Bylevelde opidum nostrum se tranferentes, inibi commorantes vel servientes seu qualitercunque venientes infra annum et diem a tempore sue defunctionis in bonis suis tam mobilibus quam etiam inmobilibus libere possint hereditare omni tempore in futurum, sive sint viri seu femine coniugate vel non coniugate, et omni tempore vite sue vendere sive permutare secundum ius ecclesie sue et consuetudinem ab antiquis temporibus in suis hominibus atque bonis libere semper observatam. Consuetudinem tamen circa exuvias, que vulgo ‚gherade et herwede' nuncupantur, in opido nostro Bylevelde predicto antiquitus observatam ex hoc nolumus variari, nec illa debebit a claustro supradicto quoquomodo virtute huiusmodi indulti in aliud commutari, hac etiam adiecta conditione, ut domos aut agros, si quos habent ad habere contigerit, infra annum et diem, ut dictum est, homines tales a die sue defunctionis religiosi viri prelibati per se vel per alios vendant, cui voluerint, intra vel extra Bylevelde, quia per se talia nolumus ipsos indistracta possidere. Datum in Bylevelde anno Domini M°CCC°XX°, in die beati Servatii episcopi et confessoris.

Urschr. (A) StA Münster, Kl. Marienfeld, Urk. Nr. 486a, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Graf Otto von Ravensberg (WS I 12,3) mit RS (WS I 16,9), 2. Bernhard von Ravensberg (WS I 35,8), 3. Gräfin Margaretha von Ravensberg (WS I 12,6) mit RS (WS I 16,10), 4. Stadt Bielefeld (WS II 67,1). Urschr. (B) ebd., Urk. Nr. 486b; alle Siegel ab. Abschr. (17. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 11 S. 153ff.; dsgl. (um 1800) ebd., Msc. II Nr. 197 Bl. 148 Reg. 505. – Druck: Kindlinger, Hörigkeit S. 372f. Nr. 68; dsgl. (Auszug): Bielefelder UB S. 81 Nr. 131. – Regest: WUB 8 Nr. 1413; WUB 10 Nr. 714. Vgl. Angermann S. 210 Nr. 185.

1867

1320 Mai 14 Höxter

Der Rat der Stadt Höxter beurkundet die Rentverpflichtungen des Adolf beim Mühlentor und Anderer an den Pfarrer Dietrich von Albaxen.

Nos Bertoldus de Ponte, Lambertus de Voltessen, Johannes Aurifaber, Thidericus dictus Loghere, Thidericus Lapicida, Johannes Luna, Lambertus de Halle, Nycolaus de Curia, Johannes Bokholti, Bertoldus dictus Struve, Henricus Monetarii et dictus Ringele, consules Huxarienses, recognoscimus presentibus publice protestando, quod Adolfus, manens apud stupam valve dicte Molendor in Huxaria, suique heredes de domo sua quatuor solidos gravium denariorum Huxariensium in festo Pasce et quatuor solidos graves eiusdem monete in festo beati Michaelis proxime succedente[a] *(= 29. Sept.)* domino Thiderico, plebano in Albachtessen, filio quondam Thiderici dicti Keseberch, burgensis nostri, pro pensione annua, quam ab ipsis et ab aliis infrascriptis legitime emit et comparavit, perpetuo persolvere tenebuntur: item Johannes dictus Windeveld et sui heredes tres solidos graves in eodem festo Pasce, item tres solidos graves monete supradicte extunc in festo beati Michaelis proximo; item Bertoldus dictus

Operman, piscator, et sui heredes quindecim denarios graves eciam in festo Pasce et quindecim denarios graves eiusdem monete cum uno pullo similiter in festo beati Michaelis; item quidam dictus Menneken pistor et sui heredes quindecim denarios graves in ipso festo Pasce et quindecim denarios graves dicte monete in festo beati Michaelis continuo; item Conradus dictus Sote et sui heredes unum pullum in Carnisprivio necnon unum solidum gravium denariorum in dicto festo Pasce et similiter unum solidum gravem monete supradicte in festo beati Michaelis extunc proximo domino Thiderico, plebano supradicto, seu cui vel quibus plebanus assignaverit pro pensione annua singulis annis persolvere perpetuo tenebuntur. Preterea recognoscimus, quod constitutus coram nobis Johannes Dormitor fatebatur publice et expresse coram nobis, quod predictam pensionem duorum solidorum gravium denariorum Huxariensium, quam ei persolvere debuit Conradus dictus Kothe supradictus, vendidisset[b] pro necessitate vite sue domino Thiderico, plebano ante dicto. Insuper presentibus protestamur, quod domino Thiderico licitum est, pensiones suas memoratas obligare, vendere, dare et locare aliis et quidquid ipse decrevit cum eisdem pensionibus ordinare. In cuius rei robur et perpetuum testimonium omnium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum Huxarie feria proxima post diem beati Servacii episcopi, anno Domini M°CCC°XX°.

Abschr. (15. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 109,1 Bl. 77f. Vgl. WestfZeitschr. 54. 1896, 2 S. 32.

[a] Abschr.: succedenti [b] Abschr.: vendisset

1868

1320 Mai 16

Arnold Endachte, *Kanonikus am Busdorfstift in Paderborn, verkauft dem Kloster Abdinghof Land in der Paderborner Feldflur.*

... Arnoldus Endachte, canonicus ecclesie sanctorum Petri et Andree in Paderborne, *verkauft mit Zustimmung* Johannis dicti Crevet, avunculi mei, ac omnium illorum, quorum consensus ad hoc erat merito requirendus, ... domino .. abbati et .. conventui monasterii sancti Pauli in Paderborne agros meos capientes viginti duo iugera vel citra, in quibus idem .. abbas et .. conventus annuatim habent[a] in redditibus duo moldra et dimidium tritici, quod vulgariter nomine ‚sunderwete' nuncupatur, et quos olim pater meus bone memorie in pheudo tenuit a domino .. abbate predicto et .. conventu eiusdem monasterii, sitos extra valvam vel portam occidentalem civitatis Paderbornensis in campo iuxta locum, vulgariter dictum ‚Getestruch' in una ‚breda' et particula coniunctim et divisim cum omni iure, integritate et utilitate perpetuo adtinendos pro viginti sex marcis denariorum Susati legalium michi ab eodem .. abbate et .. conventu numeratis, traditis in parata pecunia et solutis, resignans huiusmodi agros libere predicto domino .. abbati tamquam feudi domino et suo .. conventui. *Arnold und sein Oheim verzichten auf alle weiteren Rechte, geloben Währschaft und siegeln.* Nos vero Ecbertus Top, Conradus de Molendino, proconsules, Hermannus Stevens, Johannes Inderbike, Henricus Longus, Cristianus Vinitor, Hermannus de Wartberg, Henricus Neppelin, Wicbertus dictus Belle, Godescalcus Scheme, Conradus Katerbike, Henricus Pennynch, Heynemannus de Molendino, Henricus Godeken, Johannes Alberen, consules, Regenhardus et Hermannus de Molendino, iudices Paderbornenses, *hängen das Stadtsiegel an. Zeugen:* dominus Wernherus de Volmestene, cellerarius ecclesie Paderbornensis, dominus Widekinus, thesaurarius, dominus Ecbertus de Asseborg, cantor, dominus Henricus de Dalpenhosen, vicarius ecclesie beatorum apostolorum Petri et Andree ibidem, Wernherus Stapel, famulus, et Arnoldus de Driburgh, civis Paderbornensis.

Actum et datum feria sexta ante festum Pentecostes, anno Domini M°CCC°XX°, VXI. Kalendas Junii.[1)]

Urschr. StA Münster, Kl. Abdinghof, Urk. Nr. 101; die drei Siegel abgefallen. Rückschr. (14. Jh.): Super viginti et duobus iugeribus prope Gedestruk apud Paderborne. De agris domini Arnoldi Endachte. – *Regest: Asseb. UB 2 Nr. 828.*

[a)] Urschr.: habet

[1)] Die Daten stimmen nicht überein. XVI. Kalendas Junii ist der 17. Mai! Die Wochentagsbezeichnung verdient aber wohl den Vorzug!

1869

1320 Mai 18 Himmelpforten

Die Diffinitoren des zu H. versammelten Provinzialkapitels der Provinz Thüringen-Sachsen des Augustiner-Eremiten-Ordens bestimmen als die nächsten Tagungsorte der Prov.Kapitel Magdeburg, Monrestadt, *Lippia,* Stargardia, Erfordia, Helmestadt, Osenbrugg, Herbipoli, Eschenewege, Königsberg, Quedelburg, *Herbordia,* Gotha, Northusen, Grimmis, Embeke. Auf keinem der zukünftigen Kapitel soll die Zahl der Teilnehmer 100 überschreiten, nicht gerechnet die Konventualen am Orte, es sei denn, der Provinzial oder die Diffinitoren des voraufgehenden Kapitels erlaubten es anders. Die vier Kapitel in Magdeburg, Erfurt, Würzburg und Osnabrück dürfen außer den ortsansässigen Konventualen 200 Väter besuchen.

Der Provinzial Bruder Johannes, der Vikar des Ordensgenerals Alexander, Bruder Heinrich, und die Diffinitoren, Bruder Hermann, Hauptlektor in Magdeburg, und Bruder Johannes, Lektor in Helmstädt, Bruder Heinrich, Lektor in Erfurt, siegeln.

Actum et datum in nostro capitulo provinciali in festo Pentecostes, anno Domini M°CCC°XX°, in Porta celi celebrati.

Hier nach dem Druck im UB der Deutschordenskommende Langeln und der Klöster Himmelpforten und Waterler in der Grafschaft Wernigerode, bearb. v. Eduard Jacobs (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen 15). 1882 S. 131 Nr. 49.

1870

1320 Mai 18

Vor Johannes miles dictus de Dinclaghe, dapifer in Vechta, *lassen* Hugho dictus Glode, famulus, *und dessen Sohn* Fredericus dictus de Dolne, *dem Ritter* Wescelo dicto de Pennete *und seinem Sohne* Gotscalcus *alle Rechte am Zehnten zu* Halen *und in* Borstel *auf. Johann nimmt den Zehnten in Hahlen für seinen Herrn, den Bischof von Münster als dessen Lehnsherrn an und der Ritter* Fredericus de Sacghen *den Zehnten in Börstel* ad manus nobilis domini de Lippia, ut ipse ultra inpheodator sit decime predicte. *Die Kastellane (von Vechta) siegeln. Zeugen:* Fredericus de Sacghen, Hermannus Grip, milites, Borchardus de Honstede, Nycolaus Hoved, Johannes Grip, Liborius Spric, Wescelus Dukere, Syfridus de Herte, famuli.

Datum anno Domini m°ccc° vicesimo, in festo Pentecostes.

Urschr. Archiv H. Assen; das Siegel ist verloren. Druck: H. Sudendorf, Geschichte der Herren von Dincklage 1. 1842 S. 32f. Nr. 5 (nach Vorlage im Archiv H. Hopen); Oldenb. UB 8 Nr. 20. Regest: WUB 8 Nr. 1414.

1871

1320 Mai 20

Der Knappe Hermann von Ebbestorpe *einigt sich mit dem Kloster Hardehausen.*

Nos Hermannus dictus de Ebbestorpe, famulus, recognoscimus in litteris presentibus, quod causam, quam dominus Allecander(!) et frater Gerhardus, dictus Vatescilt, nobiscum tractabant ex parte domini abbatis ac sui conventus in Hersdehusen, hoc firmum et ratum servamus, et quod nobis octo solidos causa amicicie dederunt, quos recepimus in usus nostros, ut omnia maneant rata. Huius rei testes sunt Fredericus miles Vatescilt, Gerwinus, plebanus in Holtesminne, Henemannus, Conradus fratres de Everstene, Henricus, Fredericus, fratres dicti Rebocke, Bertoldus dictus Preÿit et alii quam plures viri honesti. Quia nos Hermannus sigillo proprio caremus, usi sumus sigillo Bertoldi dicti Preeyit, officialis in Holtesminne. Ad evidenciam et in signum testimonii nos iam dictus Bertoldus nostrum sigillum appendimus huic carte anno Domini M°CCC°XX°, in festo beate Saturnine virginis.

Urschr. StA Münster, Kl. Hardehausen, Urk. Nr. 457; das Siegel ist verloren.

1872

1320 Mai 23

Das Stift St. Marien-Bielefeld beauftragt seine Kapläne, zum Zweck des Wiederaufbaues der durch Brand zerstörten Stiftsgebäude Almosen zu sammeln.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, decanus et capitulum ecclesie sancte Marie Bileveldensis cum orationibus in Christo devotis salutem in Domino sempiternam. Cum ad reedificationem monasterii nostri in honorem Dei glorioseque virginis, eius genitricis Marie, sancti Georgii omniumque sanctorum fundati, dedicati et de novo, ut persone inibi Deo famulantes rationabile obsequium hostiamque Deo placentem avidius offere satagerent, decentibus edificiis ampliati, nuper inopinato quodam et infortuito eventu, quod dolentes referimus, ignis incendio extenuati, proprie non suppetant facultates, universitati vestre discretos viros, dominos Hartwicum, Wynandum et Hermannum, nostros et ecclesie nostre predicte clericos et cappellanos, et unumquemque eorum insolidum, de quorum prudencia et fidelitate confisi ad petendas et colligendas elemosinas et grata mutue caritatis amminicula ab hominibus utriusque sexus in Christo devotis divine missionis[a)] extreme operibus misericordie cupientibus pervenire nuncios et questores ad hoc specialiter deputamus, duximus destinandos, qui vobis in parrochialibus vestris ecclesiis de omnium, quorum interesse dinoscitur, petita licencia et optenta necessitatem nostram exponant monasteriique predicti discrimina denuncient et ruinam, que tamen in confinio nulli prorsus ambigimus occultari, exhortantes et obsecrantes in eo, qui est omnium salus perpetua,[b)] quatinus ipsius monasterii destructioni compacientes dictos nostros nuncios, cum ad vos pro negotio questus fabrice monasterii antedicti coniunctim vel divisim se transtulerint, benigno favore prosequamini, ipsis de facultatibus vobis a Deo collatis adiutrices porrigere dignemini manus vestras, ut per vestram subventionem ipsius monasterii ruine consultius succurratur et vos id, quod per huiusmodi elemosinarum largitionem eternorum intuitu[c)] in terris seminaveritis, in celis reddente Domino cum fructu multiplicato recolligere valeatis. Damus nichilominus et concedimus dictis nostris clericis et nunciis potestatem libere per presentes recipiendi quempiam fidelem pietatis viscera super exaltationem ipsius monasterii exhibentem in nostram et ecclesie nostre predicte fraternitatem, facientes ipsos et quemlibet ipsorum ab ipsis vel eorum receptum seu recipiendum participem omnium bonorum operum, que in nostra ecclesia in missis, matutinis, vesperis, vigiliis, horis canonicis et aliis

orationibus spiritualibus exnunc fieri dignabitur clementia salvatoris, perpetuis temporibus duraturam nec non XXIX claustrorum et monasteriorum fraternitatem et participationem eorum piorum operum et orationum, que fecerint, que dignati eisdem benefactoribus impertiri una cum indulgenciis septingentorum dierum et VII carenarum veris et approbatis ab apostolica sede, ab archiepiscopis et episcopis benefactoribus eiusdem ecclesie concessis et indultis et legitime confirmatis, exhibentes igitur vos adeo benivolos in negotio antedicto, ut ad spiritualia obsequia vobis ex debito teneamur et vos nostris bonis operibus et orationibus recommendati apud Deum meritum exinde vobis in districto iudicio cumuletur. Datum sub sigillo capituli nostri anno dominice Incarnationis M°CCC°XX°, feria sexta post festum Penthecostes.

Urschr. (A) StA Münster, Stift St. Maria-Bielefeld, Urk. Nr. 28, mit dem Stiftssiegel (WS III 118,6), dsgl. (B) gleichlautend, ebd., Nr. 28b, Siegel verloren. – Druck: Bielef. UB S. 81ff. Nr. 132.

[a] Urschr.: messionis [b] Urschr.: perpetuus [c] Urschr.: intui

1873

1320 Mai 25

Der Ritter Friedrich von Padberg belehnt den Marsberger Bürger Gerlach von Büren mit dem halben Zehnten in Enemuden.

... Fredericus miles, prefectus maioris castri Patberch, de consensu Frederici et Johannis, filiorum meorum, ac eciam ex speciali voluntate ac assensu Goscalci de Patberch, militis, fratris mei, et omnium verorum heredum meorum *überträgt* ad resignacionem Hermanni de Huxaria, civis Montismartis, Petrisse, uxoris sue, Bertoldi, Henrici et Florencii, filiorum suorum ... dimidietatem tocius decime in Enemuden cum omnibus eiusdem dimidietatis decime iuribus et appendiciis in villa et extra villam, videlicet agris cultis et incultis, novalibus et innovalibus Gerlaco de Buren, Ode, coniugi sue, et Sifrydo, fratri ipsius Gerlaci, Fredeburgi, uxori sue, civibus in Mersberch, et omnibus eorum veris heredibus et legitimis successoribus iure pheodali in perpetuum quiete et pacifice possidendam et habendam. Quam vero resignacionem per eundem Hermannum de Huxaria, uxorem suam et eorum filios predictos coram me factam Conradus de Huxaria, frater ipsius Hermanni, Conradus, Lippoldus[a], Johannes et Henricus, filii eiusdem Conradi de Huxaria, multis probis viris astantibus benivole in mea presencia consenserunt. *Die von Padberg geloben den Belehnten Währschaft. Zeugen* (nobis in homagium electi): Goscalcus Udonis, sacerdos, Conradus de Horhusen, miles, Rodolfus de Clinge, Hermannus Udonis, Henricus de Adorp, Conradus de Etlon, Conradus de Wiseke et dictus Isfogel et alii quam plures fidedigni. *Die Brüder Friedrich und Gottschalk,* domini castrorum Patberch, *siegeln.*

Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, octava Pentcostes.

Urschr. StA Münster, Kl. Bredelar, Urk. Nr. 165, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Friedrich von Padberg (wie WS IV 220,2; Umschr.: + SIGILLUM FRIDERICI DE PADBERG), 2. Gottschalk von Padberg (Abb. II 98): / S(IGILLUM) GOTSCALCI DE PADBERCH; Rückschr. (15. Jh.): dimidietatem decime in Edemüne.

[a] Urschr.: Lipplodus!

1874

1320 Mai 27

Bischof Dietrich von Paderborn beauftragt Genannte mit der Investitur des neugewählten Abtes Reimbold von Helmarshausen.

Theodericus Dei gracia episcopus ecclesie Paderbornensis discretis viris, domino Johanni, abbati monasterii sancti Pauli Paderbornensis, Gysoni, preposito in Wilbodessen, et Arnoldo, plebano in Borghentrike, salutem in Domino. Significavit nobis honorandus vir, dominus Reymboldus, abbas monasterii in Helmwordeshusen, ordinis sancti Benedicti, Paderbornensis dyocesis, quod ipse ad eandem abbaciam nuper vacantem per obitum quondam Adolphi, abbatis ibidem, canonice et concorditer electus fuerat et quod auctoritate privilegiorum apostolice sedis, cui monasterium suum tamquam exemptum immediate subesse dicebat, a loci ordinario, scilicet ab .. episcopo Paderbornensi, qui pro tempore preesset, petere ac recipere licite posset donum benedictionis, usum sacri crismatis, ordinationes fratrum et clericorum eiusdem monasterii et alia ecclesiastica sacramenta, dummodo per ordinarium ei et eis impenderentur absque aliqua pravitate. Horum siquidem privilegiorum pretextu et confirmationis eorum noviter impetrate, que tam in copia transsumpta quam eciam in prima et originali forma videri, legi et examinari fecimus diligenter,[1] petivit a nobis graciam confirmationis et donum sacre benedictionis sibi impendi cum sollempnitate debita et consueta, addiciens pro se, quod propter meram monasterii sui paupertatem et rerum temporalium evidentem defectum premissa a nobis petita apud sedem apostolicam, licet cum gravibus expensis et cum summa diligencia hoc actemptaverit, prout asserit, cicius impetrare non valebat et propter hoc lapsus temporis, sub quo in prosecutione sui iuris cum diligencia debita laborabat sibi imputari vel abesse merito non debebat. Nos itaque viso electionis decreto[2] de observatis omnibus observandis electionem de persona predicti Reymboldi canonice celebratam confirmavimus et eum monasterio in Helwordeshusen prefecimus in abbatem donumque benedictionis sibi imposuimus auctoritate previlegiorum apostolice sedis et nomine sacrosancte Romane ecclesie. Ab ipso abbate sic electo, confirmato et benedicto obedienciam recepimus manualem, privilegiis seu libertatibus monasterii de Helmwordeshusen et iure nostre ecclesie salvis utrobique. Quocirca discrecioni vestre committimus et mandamus, quatenus predictum dominum Reymboldum abbatem in corporalem possessionem abbacie Helmwordeshusen sollempniter inducatis, in sedem ponatis, de iuribus, iuriditionibus, districtibus, honoribus, fructibus et redditibus ad eandem abbaciam pertinentibus sibi et suis procuratoribus responderi integre faciatis, precipientes monachis et confratribus atque clericis eiusdem monasterii auctoritate privilegiorum apostolice sedis, quibus monasterium ipsum gaudere dinoscitur, ut prefato domino Reymboldo abbati suo iuxta antiquam loci illius consuetudinem obedientiam faciant et eum pro abbate recipiant eiusque salutaribus monitis et preceptis humiliter obediant et intendant. Contradictores et rebelles, si quos inveneritis, eadem auctoritate apostolica ratione previa compescendo, proviso quod predictus .. abbas coram suo conventu iuramentum fidelitatis, quod vobis sub sigillo nostro transmittimus interclusum,[3] Romane ecclesie prestare publice teneatur. Altero vestrum[a] impedito presens mandatum ceteri exequantur et pro executionis testimonio sigilla vestra presentibus apponatis. Datum VI° Kalendas mensis Junii, anno incarnationis dominice millesimo trecentesimo vicesimo.

Urschr. StA Marburg Urk. Kl. Helmarshausen, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Bischof Dietrich (WS II 50,1), Bruchstück, 2. Abt Johann von Abdinghof (WS III 124,3), 3. und 4. ab.

[a] Urschr.: vestro

[1] Gemeint ist wohl das Privileg des Papstes Johannes XXII vom 22. Juni 1319 (o. Nr. 1793). [2] Nicht erhalten, doch vgl. o. Nr. 1773 vom 13. April 1319. [3] Nicht erhalten

1875

1320 Juni 1 Marienfeld

Das Kloster Marienfeld bekundet, daß das von ihm erworbene Haus in Herford der Jurisdiktion der Äbtissin von Herford unterworfen bleibt.

.. Omnibus presencia visuris et audituris nos frater L(utbertus),[1] abbas totusque conventus monasterii in Campo sancte Marie, ordinis Cysterciensis, notum esse cupimus tenore presencium publice protestantes, quod cum nos domum quandam in Hervordia sitam in Indagine sub districtu et iurisdictione venerabilis domine abbatisse ecclesie Hervordensis a baghinis empcionis titulo nobis rite comparaverimus, domum ipsam cum inquilinis et familia iurisdictioni ipsius domine abbatisse omnino et penitus volumus subiacere nec quidquam infringere vel minuere de iure, quod hactenus in domo et area predicta sibi usurpavit et ad ipsam ab antiquo pertinere dinoscitur de consuetudine vel de iure. Preterea pensionem annuam videlicet octo[a] denariorum, que olim[b] solvi consuevit de area antedicta ipsi abbatisse, volumus nichilominus, ut solvatur. Insuper ut exuvias, que in vulgo ‚herwede' vel ‚gerade' dicuntur, de familia nostra, si quam ad domum locaverimus antedictam, hii[c], qui de iure eas recipere tenentur, tollant aut recipiant, arbitramur, et si alium vel alios quam ipsam dominam abbatissam exuvias recipere contingerit, extunc recipiens ipsas solidum denariorum, qui ‚weregelt' dicitur, dicte domine abbatisse presentabit eas non alias recepturus. In hiis et aliis iuribus ipsius domine abbatisse quoad dictam domum et aream in nullo volumus derogari, nam indecens iudicaremus hoc, si aliis, quod absit, faceremus, quod nobis in consimili casu indebite fieri non vellemus. Datum in Campo sancte Marie sub sigillo[d] nostro, quod presentibus in testimonium omnium premissorum apposuimus anno Domini M°CCC°XX°, in die Nycomedis martiris.

Urschr. StA Münster, Abtei Herford, Urk. Nr. 154, mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel des Abtes (Abb. I 25), Abschr. (1393) ebd., Msc. VII Nr. 3324 B Bl. 89v. – Druck: WUB 8 Nr. 1418.

[a] Aus octorum verbessert [b] Davor Rasur [c] Aus hiis verbessert [d] Urschr.: gillo!

[1] In einer Anmerkung im WUB 8 Nr. 1418 zum Namen L(ubbertus) des Abtes von Marienfeld wird bemerkt, daß dieser Name unmöglich sei, da um diese Zeit bereits der Abt Nikolaus regiert habe. Tatsächlich erscheint in zwei urschriftlich (!) erhaltenen Urkunden von 1318 und vom 28. Mai 1320 bereits dieser Abt (WUB 8 Nr. 1211 und 1416). Nach der Marienfelder Chronik (Friedrich Zurbonsen, das „Chronicon Campi s. Mariae: Münsterische Beiträge zur Geschichtsforschung, hgg. von Theodor Lindner 5). 1884 S. 40f. und der von Wilhelm Dorow, Museum für Geschichte, Sprache, Kunst und Geographie. 1827 S. 154 mitgeteilten Grabschrift resignierte Lubbert erst am 4. Juni (1320).

1876

1320 Juni 1

Die Äbtissin Irmgard von Herford genehmigt den Verkauf eines Hauses in Herford durch die dortigen Beginen an das Kloster Marienfeld.

Nos Yrmegardis Dei gratia .. abbatissa secularis ecclesie Hervordensis universis presentia visuris et auditurs cupimus esse notum, quod, cum religiosi viri .. abbas et conventus monasterii in Campo sancte Marie, ordinis Cysterciensis, domum quendam, sitam in Indagine infra muros Hervordenses, quam baghine, cum adhuc congregationem mutuam haberent, dudum inhabitaverant, ab ipsis baghinis sibi emptionis titulo compararint.[a] Cum igitur domus predicta prout alie domus et aree in eadem Indagine situate oppidale ius habentes nobis et abbatisse cuicumque, que pro tempore ecclesie prefuerit antedicte, utroque iure videlicet ecclesiastico et mundano et non aliis sit subiecta, iidem .. abbas et conventus ex una et baghine predicte parte ex altera constituti in presencia iudicis et officiati nostri, quem prefecimus indagini[b] antedicte, contractum emptionis predicte mutuo consumantes, ius quod nobis in emptione et

venditione domus eiusdem ratione dominii[c] nostri competere dinoscitur de consuetudine vel de iure, quod in vulgo ‚burscap'[d] dicitur, debite persolverunt[e] una cum aliis sollempnitatibus ad hoc debitis et consuetis, obligantes se[f] nichilominus .. abbas et conventus predicti pro se et fratribus eorum una et familia si quam locare contigerit[g] ad domum et aream supradictam, ad omne ius ecclesiasticum vel mundanum, quod abbatisse ab antiquo[h] pertinere dinoscitur in eadem, cum pensione octo denariorum, que[i] ipsi abbatisse exinde solvi consuevit. Item ad dandas exuvias, que vulgariter ‚herwadia' vel ‚gerade'[k] dicuntur, si que obvenerint de familia eorum, nobis aut abbatisse, que pro tempore fuerit, debite ipso iure, vel si aliis saniori iure competerent, extunx unum solidum denariorum, qui ‚weregelt' nuncupatur, recipiens, ipsas exuvias nobis aut nostris successoribus presentabit, ipsas non alias recepturus. Et generaliter ad omnia se astringunt, que nobis et omnibus nostris predecessoribus in eadem domo ab ipsis baghinis competebant a temporibus retroactis. Nos igitur contractum emptionis et venditionis predicte salvo iure nostro et ecclesie nostre habitum approbantes et ratum habentes in signum et testimonium ratihabitionis et omnium premissorum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum in die Nicomedis martiris, anno Domini M°CC°XX°.

Abschr. A (14. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 106 Bl. 129f. bzw. B ebd., Msc. VII Nr. 1326 Bl. 137f. Reg. (16. Jh.) ebd., Abtei Herford, Lehen, Akte Nr. 11 S. 37 und ebd., Msc. II Nr. 197 Bl. 148 Nr. 508. – Druck: WUB 8 Nr. 1419.

[a] B: comparavit. Hier fehlt übrigens der Nachsatz, wie etwa in der Urkunde des Klosters Marienfeld vom selben Tage (vgl. Nr. 1875), oder es müßte das cum hinter quod gestrichen werden und hier comparaverunt zu lesen sein! [b] B: davor statim [c] A: domini, B: dominii [d] B: huscop [e] B: persolverent [f] Fehlt in A [g] A: quos locare contigerit, B: quos locare contingerit [h] B: antiquo tempore [i] A: qui [k] B: herwede vel gherade

1877

1320 Juni 2

Hermann von Höxter verkauft den Gebrüdern von Büren den halben Zehnten in Enemuden.

Vor Conradus de Clinge, iudex, Thidericus de Kertorp, Rodolfus de Clinge, Hermannus Udonis, Henricus de Corbeke, Hermannus Nothe, Hermannus de Lon, Conradus de Vesperde, Detmarus Sandri, Gotscalcus Havesaldi, Conradus de Adorp et Jhohannes Snarman, consules in Mersbergh, *verkauft* Hermannus de Huxaria *mit Zustimmung seiner Frau* Peterschen *und seiner Söhne* Bertoldus, Henricus et Florencius, *sowie seines Bruders* Conradus de Huxaria, *seiner Gattin* Adela *und seiner Söhne* Conradus, Lippoldus et Jhohannes, *ihrem jetzigen Bürgermeister* Sifridus de Buren *und dessen Bruder* Gerlacus *seine Hälfte des Zehnten in* Enemuden *mit allen Gerechtigkeiten zu erblichem Besitz, die er den Lehnsherren, den Gebrüdern und Rittern* Fredericus et Gotscalcus de Padberg *aufgelassen hat.*

Datum anno Domini M°CCC°XX°, feria secunda post dominicam ‚Domine in tua misericordia' etc.

Urschr. StA Münster, Kl. Bredelar, Urk. Nr. 166, mit abhängendem Siegel der Stadt Marsberg (WS II 66,3). Vgl. o. Nr. 1873 vom 25. Mai 1320.

1878

1320 Juni 2 Avignon

a) *Papst Johann XXII. überträgt dem Egbert* Westfali, canonico ecclesie Nortunensis, Maguntine diocesis, *ein Kanonikat an der Kirche in Fritzlar* (Frieslariensis) *mit Präbende, falls eine solche frei ist,*

anderenfalls reserviert er ihm die nächste freiwerdende ... non obstantibus .., quod in ecclesia Nortunensi dicte diocesis canonicatum et prebendam noscaris obtinere. – Laudabilia tue probitatis merita –

Datum Avinione, Nonis Junii, pontificatus nostri anno quarto.

b) *Der Papst schreibt* in eundem modum *an den Bischof von Hildesheim, den Propst in Mainz und dem Bernardo Hardenbergae, Kanoniker zu Hildesheim.*

VatA, Vat. Register Bd. 70, Nr. 888. – Regest: Mollat 3 S. 111 Nr. 11568.

1879

1320 Juni 5

Abt Ropert von Corvey belehnt den Gerbodo de Mulehusen *mit Gütern in* superiori Mulehusen *nach Dienstmannenrecht.*

Nos Ropertus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas universis presentem paginam inspecturis vel audituris cupimus fore notum, quod nos quedam bona ministerialia[a] sita in superiori Mulehusen, que quondam Albertus de Mulehusen, miles, et Gerlacus, fratrer suus, ab antecessoribus nostris iure possiderunt ministeriali, Gerbodoni de Mulehusen, filio eiusdem Alberti militis, puerisque suis Alberto, Bertoldo, Cunegundi et Soffye, qui secundum veram lineam ministerialium ab omnibus progenitoribus suis ad eadem bona iusti ministeriales sunt procreati necnon et Margarete, uxori eiusdem Gerbodonis, etiam ecclesie nostre ministeriali, contulimus in perpetuum quiete ac pacifice iure ministerialium nostrorum possidenda. *Der Abt siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XX°, ipso die Bonifacii et sociorum eius.

Urschr. StA Marburg, Dep. von Dalwigk, Urk., mit abhängenden Siegel des Abtes (WS III 124,8), zerbrochen.

[a] Urschr.: ministeria

1880

1320 Juni 5

Der Knappe Ancelinus de Engere *läßt dem Hermann* de Boclon *ein Gut in* Haren *auf.*

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, quod cum ego Ancelinus de Engere, famulus, quoddam bonum in Haren situm, aliquot annis tenuerim loco pignoris pro denariis, quos Borchardus de Brobike, miles, mihi dum adhuc viveret, se promiserat soluturum, Hermannus de Boclon, consanguineus meus, assumptis ad hoc utriusque nostrum amicis asserebat, se in dicto bono ius habere eo, quod idem miles ei cum filia sua predictum bonum in dotalicium donavisset. Quapropter ego predictus Ancelinus de concilio amicorum meorum receptis a dicto Hermanno de Boclon tribus marcis denariorum Susati usualium resignavi et per presentes litteras resigno simul cum uxore et heredibus meis prefato Hermanno sepedictum bonum cum omnibus suis appendiciis liberum et solutum protestando, me et meos heredes in dicto bono nullum amplius ius habere. In cuius rei testimonium, quia sigillo proprio careo, presens scriptum cum sigillo honesti militis Odelrici de Westhem pecii sigillari. *Dieser siegelt.*

Actum et datum ipso die beati Bonifacii, anno Domini MCCCXX°, presentibus Theoderico de Wethene, Swickero de Westhem, Bertoldo dicto Hase, Hermanno Bylevelt, Godescalco de Essenthe, castrensibus in Blanckenrode, item Johanne plebano in Nutlon, et aliis qum pluribus fidedignis.

Abschr. (15. Jh.) ErzbA Paderborn, Erpernburger Kopiar des Kl.s Böddeken Bl. 340^{v} (alt 256^{v}) Nr. 745. Regest: INA 3,1 S. 131 Nr. 79.

1881

1320 Juni 16 Lemgo

Das Kloster St. Marien-Lemgo verkauft dem Kloster Loccum mehrere Eigenbehörige.

Soror Berta, priorissa, et conventus sororum apud sanctam Mariam in Lemgow, Paderbornensis diocesis, inclusarum[a], Christi fidelibus universis, ad quorum notitiam presentes litere pervenerint,[b] salutem et cognoscere veritatem subscriptorum. Universitati vestre notum facimus per presentes, quod cum Thiderico, Reinolfi et Bertradis filio, ac Bertradi[c] ipsius Thiderici uxori, ac eorum liberis Johanni, Tidemanno, Henrico et Reinolfo, Bertradi, Fyeken ac Elizabet, quam eadem Berteradis de primo marito suo genuerat, necnon et Johanni ac Fyeken, liberis Lamberti quondam Storcman et Mechtildis, ad nos et nostrum monasterium iure proprietatis pertinentibus aliquo tuitionis subsidio efficaci adesse non possemus, ipsos et eorum liberos iam natos ac eorum posteritatem adhuc nascituram religiosis viris, domino abbati et conventui in Lucka, Cisterciensis ordinis et Mindensis diocesis, vendidimus, eosdem in ipsorum possessionem in his literis transferentes. In cuius testimonium etc.

Actum et datum in Lemgow anno Domini M°CCc°XX°, in crastino Viti martiris.

Abschr. (16. Jh.) Archiv Kl. Loccum, Kopiar S. 237 Nr. 379. Im Loccumer Kopiar des StA.s Hannover (1943 verbrannt) aus dem 14. Jh. fehlte das betr. Blatt (S. 72f.). Auszugsweiser Druck: Calenb. UB 3 (Loccum) Nr. 693. – Erwähnt Lipp. Reg. 2 Nr. 630 Anm.

[a] Gehört hinter sororum! [b] Abschr.: pervenerunt [c] Abschr.: Bērtradis

1882

1320 Juni 16

Die von Wenthusen *verzichten zugunsten des Klosters Amelunxborn auf alle Ansprüche an zwei Höfe in* Lotbeke.

... nos Johannes senior, Conradus et Johannes iunior, fratres dicti de Wenthusen, famuli, plene et sufficienter expediti et instructi sumus, nichil iuris habere in duobus mansis sitis in campo ville Lotbeke, quos mansos Henricus de Wenthusen, miles bone memorie, noster pater, quondam Renero de Vornholte, militi vendiderat, a quo Renero dicti religiosi[a] eosdem mansos legitime comparuerunt, unde renunciamus omni actioni seu impeticioni, quam contra prefatos religiosos super premissis mansis habuimus, nichil omnino iuris nobis ac heredibus nostris seu coheredibus in sepedictis mansis ammodo reservantes. *Johann d. Ält. siegelt.* Actum presentibus Johanne priore, Johanne cellerario, monachis in Amelungesborn, Heynemanno et Johanne fratribus dictis de Eversten, Henrico Reboc et Johanne de Bokenem, famulis ... Datum anno Domini M CCC XX, in crastino beati Viti martyris.

Abschr. (15. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 109 Bl. 87.

[a] *Sind aber vorher nicht erwähnt. Gemeint sind natürlich die Mönche von Amelunxborn*

1883

1320 Juni 25

Die Brüder Lubbert und Friedrich von Arnholte *verzichten auf alle Ansprüche an dem Meier zu* Knolle *zugunsten des Stifts auf dem Berge vor Herford.*

... nos Lubbertus et Fredericus fratres dicti de Arnholte, famuli, una cum nostris heredibus notificamus evidenter recognoscentes, quod Conradus villicus to Knolle et due sorores ipsius, quarum una est uxor Ludekini et altera Everhardi, fratrum dictorum Bôkeman, et ipsorum pueri penitus ac proprietatis iure pertinent .. conventui ecclesie montis beate Marie prope Hervordiam, ita quod nos nichil iuris[a] in eisdem habemus, nisi quod idem .. conventus de dictorum hominum bona voluntate appositioneque consensus ipsos dimiserunt[b] sub nostram protectionem usque dum hoc dignum duxerint revocare, cuius, quandocumque decreverint, liberam habebunt facultatem. *Lubbert siegelt.*

Datum in crastino beati Johannis baptiste, anno incarnationis dominice millesimo ccc^{mo}vicesimo.

Urschr. StA Münster, Stift auf dem Berge-Herford, Urk. Nr. 29, mit dem abhängenden Siegel des Lubbert von Arnholte (Abb. II 183); Rückschr. (15. Jh.): up egene lude to Knolle.

[a] Fehlt [b] Urschr.: dimisarunt

1884

1320 Juni 25

Die Gebrüder von Osdagessen *verkaufen dem Kloster Wormeln vier Höfe auf dem Berge bei* Osdagessen.

Nos Johannes, plebanus in Ricke, Godeschalcus et Hinricus, fratres dicti de Osdagessen unacum Conrado et Harthmanno, nostris fratruelibus, *verkaufen* bona deliberatione prehabita et unanimi consensu omnium heredum nostrorum ... quattuor mansos, sitos in monte apud villam Osdagessen, cum omnibus usufructibus eisdem mansis attinentibus, scilicet in pratis, in silvis et in pascuis et unam aream cum casa in dicta villa sitam domino Johanni preposito et conventui sanctimonialium in Wormelen pro undecim marcis Wartbergk legalium libere et quiete possidendos, *vorbehaltlich des Rückkaufsrechtes zu Michaelis übers Jahr (= 29. Sept. 1321).* Si vero reemere nollemus nec possemus tempore prelibato, extunc dictus prepositus vel suus successor et conventus nobis vel nostris heredibus duas marcas Wartbergk legalium immediate superaddent et statim nominatos mansos cum omnibus suis attinenciis prepositus et conventus quiete perpetuis temporibus possidebunt, et dominus prepositus et conventus dictos mansos ex nostra peticione a strenuo milite Corvo reemerunt pro summa memorata. *Zeugen:* plebanus in Osdagessen, Ludolffus proconsul, Johannes de Scherve, Hinricus Pipennis et Conradus frater suus, Theodericus Unrowe, Hermannus de Hesperinghusen, Volgkwinus de Reckene et Johannes de Reckene, consules in Roden, et alii quam plures fide digni. *Siegel des* Henrici strenui militis de Aslenn et dictorum consulum.

Datum anno Domini M°tricentesimo vigesimo, in crastino Nativitatis beati Johannis baptiste.

Abschr. (16. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 4519 S. 131f.

1885

1320 Juni 26

Conradus nobilis de Sconenberg quartam partem decime in campo Dedenhusen prope Luthardessen, quam Rudolfus dictus de Eschershusen in feudo tenuerat a patre Conradi, Conrado nobili de Sconenberg, denuo imperitur Rudolfo predicto.

Actum anno Domini M CCC XX, in die beatorum martyrum Johannis et Pauli.

Regest Falkes in seinem Codex traditionum Corbeiensium S.881 nach unbekannter Vorlage.

1886

1320 Juli 2

Dieses falsche Datum geben die Lipp. Reg. 2 Nr. 649 Anm. der Urkunde des Papstes Johann XXII. vom 2. Juli 1321 (IIII. Nonas Julii, pontificatus nostri anno quinto). *Das fünfte Jahr des Papstes begann am 7. August 1321!*

1887

1320 Juli 6

Graf Günther von Schwalenberg belehnt Johann Stapel mit genannten Gütern nach Mannrecht.

Noverint universi presentem litteram visuri ac etiam audituri, quod nos Guntherus comes de Svalenberghe contulimus Johanni dicto[a] Stapel, filio Arnoldi[b] Stapel, bona infra scripta eo iure, quo patruus suus etiam Johannes dictus[c] Stapel a nobis dinoscitur tenuisse, videlicet superiorem curiam, sitam in Colstede, nemus quod vulgariter ‚sundere' nuncupatur, ac silvam, que ‚marcha' dicitur in Osterholte sitam, decimam etiam in Amelgodessen iure homagii, quod vulgariter ‚mannegot' appellatur. Actum presentibus discretis viris Conrado de Avenstrot, Conrado de Bige, Igenhusen[d], militibus, Henrico dicto Denzale[e], Wetzelo de Lusteringen[f], famulis, ac etiam aliis quam pluribus fidedigni. Datum anno Domini m ccc xx, octava beatorum Petri et Pauli apostolorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus[g] est appensum.

Fehlerhafte Abschr. (A) (19. Jh.) StA Detmold, L 1 E VIII/10 Nr. 2 (B); dsgl. (Archivar Wasserfall) ebd. D 72 (Wasserfall) Nr. 1. Teildruck: Grupen, Origenes Germaniae 3 S. 112f. (mit Abbildung des Siegels!). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 655.

[a] Die Abschriften lesen irrig domino. Nur Grupen hat richtig dicto [b] B und Grupen haben Bertoldi! [c] Die Abschriften haben dominus [d] B: Iggenhusen [e] Die Abschriften lesen domino D., B und Grupen: Densale [f] B: Wezelo de Lustringen, G: Lustringen [g] Die Abschriften haben publicum!

1888

1320 Juli 8

Der Knappe Ysherus verkauft dem Kloster Wormeln eine Gartenrente.

... Ysherus famulus *verkauft* cum consensu et voluntate bona conthoralis mee Adelen legitime, aliorumque heredum meorum ... honorabili viro, domino Johanni preposito et suo conventui in Wormlon pro bono pacis et amicicie redditus sex solidorum gravium denariorum Warberg currencium in

quodam orto humuli sitos, quem ortum Heinricus Faber colit, pro quinque marcis denariorum gravium libere, quiete et hereditarie possidendos. Item cum dictus dominus prepositus et suus conventus maius et melius ius in iam dicto orto humuli habuerint racione cuiusdam iuris, quod vulgariter dicitur ‚gemene weyde', quod inquam ius mihi aliqualiter[a] usurpaveram minus iuste, consilio proborum virorum nobis ex utraque parte faventium pro pace et concordia ordinanda inter nos ab omni iure, si quod habui in iam dicto orto humuli, cessavi penitus et recessi condicione, qua in littera superius est expressum. Huius vendicionis testes sunt Conradus de Volcmersen dictus faber, Hermannus de Rode, Johannes capellanus in Wormlen, sacerdotes, Volpertus de Eysen, famulus, et alii quam plures fide digni. Ad evidenciam eciam et certitudinem habendam in premissis sigillum meum proprium in verius testimonium premissorum est appensum. Datum anno Domini M CCC XX, in die beati Kyliani.

Urschr. StA Münster, Kl. Wormeln, Urk. Nr. 45, mit dem an Pgt.streifen anhängenden Siegel des Ausstellers (WS IV 258,17); Rückschr. (16. Jh.): up enen hoppenhoff. – *Unvollständige Abschr. (16. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 4519 S. 83. – Regest: INA 4,1 S. 128 Nr. 22.*

[a] Auf Rasur

1889

1320 Juli 16

Otto comes in Ravensberg *verpfändet* Alberto et Henrico fratribus dictis Leitbur, castellanis nostris in Ravensberg, *für eine Schuld von 20 Mark in* Osenbrughe *gängiger Pfennige mit Zustimmung* honorabilis viri, domini Bernhardi, Osnaburgensis ecclesie prepositi, germani nostri dilecti, necnon inclite domine Margarete, coniugis nostre karissime, ... domum nostram dictam Torwich in villa Berghusen sitam *mit allem Zubehör bis zur Ablösung der genannten Schuld. Er siegelt.*

Datum anno M CCC vicesimo, in crastino Divisionis apostolorum.

Abschr. A (18. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3117,3 Bl. 98f.; Reg. (16./17. Jh.) ebd., Kriegs- und Dom.Kammer Minden IV Nr. 388 Bl. 311; dsgl. (B; 17./18. Jh.) ebd. Nr. 380 Bl. 15; dsgl. (um 1600) ebd., Msc.VII Nr. 3104 B Bl. 4. – Regest WUB 10 Nr. 724. Vgl. Angermann S. 210 Nr. 186.

[a] B: tor Wincke. Richtiger wäre tor Wiek!

1890

1320 Juli 18

Vor Irmegardis, Dei gratia sancte ecclesie Hervordensis abbatissa, *verspricht* Rabodo presbiter ... warandiam abbati et conventui Campi sancte Marie pro duabas mulieribus, consanguineis suis, Cunegundi scilicet et Berte sororibus dictis Steninc, recepta portione, que ipsis de domo quadam beghinarum contingebat, de dictis abbate et conventu faciendam et firmiter observandam, presentibus fratre Gerlaco, officiali nostro, qui loco iudicis aderat, Theoderico Ruffo, proconsule opidi nostri, Ludolfo Barleban, Arnoldo prope fossam, Arnoldo rectori scolarum, Marquardo de Offleten et aliis pluribus fide dignis. *Die Äbtissin siegelt.*

Actum anno Domini m°c°c°c°xx°, feria vi[a] post Divisionem apostolorum.

Gleichzeitige Abschr. StA Münster, Msc. VII Nr. 1326 Bl. 137; Abschr. (14. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 106 Bl. 130. – Reg. (18. Jh.) ebd., Msc. II Nr. 197 Bl. 148 Nr. 506 (nach der Urschrift mit zwei Siegeln). – Regest: WUB 8 Nr. 1432.

1891

1320 Juli 18

Das Kloster Marienfeld kauft von den Beginen in Herford ein Haus. Zeugen: Irmegardis abbatissa Hervordensis ...

Datum anno Domini M°CCC°XX°, feria sexta post Divisionem apostolorum.

Regest (17. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 (Nachlaß Overham) Bd. 5 Bl. 200. – Regest: WUB 8 Nr. 1433.

1892

1320 Juli 22

Der Konverse Arnold erwirbt für das Kloster Willebadessen 30 capisteria *Salz aus einem Salzwerk in Salzkotten.*

Universis, ad quos presentes littere pervenerint, nos Gyso prepositus, Jutta priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii Wilbodessen, volumus esse notum, qud frater Arnoldus, nostre ecclesie conversus, cum propria pecunia, quam suis laboribus contraxit, redditus salis triginta capisteriorum, quod in vulgo ‚soltmoden' dicitur, nostre ecclesie comparavit, singulis annis de domo relicte quondam Bertoldi de Osdinchusen, et Henrici, filii eius, et opere salis eorum, quod proprie ‚soltwercke' dicitur, in oppido Soltkotten duobus temporibus, videlicet sabbato proximo ante festum beati Johannis baptiste *(= 24. Juni)* et proximo sabbato ante festum sancti Michahelis *(= 29. Sept.)* persolvendos. Ne suum pium desiderium in hoc seculo irremuneratum transeat, nos sibi concedimus, ut hos redditus, quoad vixerit, tollat et percipiat in sue prebende subsidium et iuvamen, licencia et consensu honorabilis viri, domini Johannis, abbatis nostri, ecclesie Abdinchowe Paderborne abbatis, accedente. In huius testimonium nos Johannes Dei gratia abbas in Paderborne ecclesie Abdinchofe, munimine nostri sigilli una cum sigillis domini prepositi et conventus predictorum duximus presencia perhennari. Datum in die beate Marie Magdalene, anno Domini M°CCC°XX°.

Urschr. Archiv Willebadessen, Urk. Nr. 43, mit noch einem am Pgt.streifen anhängenden Siegel: 2. Abt Johann von Abdinghof (WS III 124,3); Abschr. (16. Jh.): StA Münster, Msc. VII Nr. 4522 Bl. 65; Reg. (17. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 242b S. 65 Nr. 9. – Regest: INA 4,1 S. 115 Nr. 43.

1893

1320 Juli 25

Edelherr Heinemann von Itter und seine Söhne übertragen dem Kloster Berich die Hälfte des Zehnten in Creneren.

Nos Henemannus nobilis de Ittere necnon Thylemannus, Johannes, Hermannus, Wilhelmus, nostris filii ac ceteri nostri heredes tenore presencium publice profitemur, quod intuitu divine pietatis atque ad salutem animarum nostrarum appropriavimus dimidiam partem decime in villa Creneren, quam a nobis Conradus et Isfridus fratres, filii Isfridi, tenuerunt in feodo, cenobio beate Katerine virginis in Beryche ad usus sanctimonialium ibidem perpetuo ministrandam. *Heinemann von Itter und sein Sohn Thilemann siegeln.*

Datum temporibus domini Henrici, prepositi in Beriche, dicti de Epe, anno Domini M°CCC°XX°, in festo beati Jacobi apostoli.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 8369 (Kl. Berich); beide abhängenden Siegel sind verloren; Rückschr. (15. Jh.): de medietate decime in Kleyner; *Abschr. (16. Jh.) ebd., Kl. Berich, Kopiar Nr. 2 Bl. 17v; dsgl. Kopiar 3 Bl. 16.*

1894

1320 August 5

Bernhardus de Ravensberghe, ... prepositus ecclesie Osnaburgensis, *verschreibt* in bonis nostris super Smetha, domo scilicet Themonis de Ebbinchusen et Lamberti de Holte Henrico Top, castellano in Redekenbergh, et suis veris heredibus quatuor marcas denariorum Osnaburgensium annuatim tamdiu tollendas ..., usque dum viginti quatuor marcas dicte monete successive percepit[a)], in quibus sibi tenebamur ... Si vero dicte domus extenearentur in tantum, quod ad solutionem dicte pecunie non sufficient, defectum, qui in hoc fuerit, in aliis bonis nostris in Smetha dictus Henricus recuperabit. *Bernhard siegelt.* Item si ... episcopi Paderbornensis, a quo dicta bona habemus in pignore, ea redimeret antequam ipse Henricus pecuniam suam sustulisset, defectum, qui fuerit in parata pecunia, supplebimus in aliis bonis nostris.

Datum anno Domini M CCC vicesimo, tercia feria post Petri vincula.

Abschr. (18. JH.) StA Münster, Msc. VII Nr. 3117 III Bl. 99. Hier nach WUB 10 Nr. 728. Vgl. Angermann S. 210 Nr. 187.

a) So die Abschr. statt richtig perceperit

1895

1320 August 16

Graf Adolf von Berg schreibt seiner ältesten Schwester Margareta, vermählten Gräfin von Ravensburg und ihren rechten Erben, die Erbfolge in seiner Grafschaft Berg, „mit gutem Rath seiner Freunde, seiner Männer, Dienstmänner, Burgmänner, Ritter und Knapen, mit dem Beding, daß die Grafschaft und alles, was dazu gehöret, bei einander bleiben solle ewiglich unversplissen".

... geschahe na Goitz geburt dusent druhundert ind zwenzich jair, des neisten dags na unser vrauen dage, als sie zu hemel vaire.

Erwähnt bei Lamay S. 61f. – Regest WUB 10 Nr. 731.

1896

1320 August 19

Edelherr Simon zur Lippe zieht einen Rechtsstreit um den Hof in Werther vor sein Lehngericht.

.. Honorabili viro .. preposito ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis et archidyacono in Werthere Symon nobilis dominus in Lippia salutem cum affectu sincero. Quia causa, que coram vobis vertitur ... inter Lutgardim de Bermentlo, viduam, parte ex una necnon Ecbertum Vinken, militem, parte ex altera super questione quadam pheodali de curte Werthere et casis tribus cum quodam parvo mansiculo dicto ton Brinke spectantibus ad curtim eandem, mere est pheodalis nec ad forum vestrum dinoscitur pertinere, sed potius, cum predicte curtis, mansiculi et casarum predictarum simus proprietarius et verus ac legitimus dominus pheodi, coram nobis debeat tractari, rogamus, ne iuri nostro privemur in hac parte,

ut dicte cause supersedeatis ipsasque partes ad nos remittatis ad tractandum coram nobis de premissis, quia predictum Ecbertum Vinken cum curte, casis et mansiculo iure omagio inpheodavimus[a] et talis pheodi warandiam ad presens per litteram nostram patentem prestamur et prestare volumus ubique locorum. Super hoc, quod magis est, si dictus Vinko casas et mansiculum predictum a nobis in pheodo possidere et cum aliis substancialibus ad curtim Wertere pertinere legitimis probacionibus, quemadmodum vasallus coram suo domino pheodi inter vasallos pheudum probare tenetur, probare non sufficeret, quod non speramus, ipsas partes ad forum vestrum ad litigandum super premissis remittimus, ad quod nos condicionaliter obligamus. Datum anno Domini M°CCC°XX°, feria tercia ante festum Bartholomei apostoli.

Urschr. StA Osnabrück, Dep. H. Sondermühlen, Urk. Nr. 1, mit einem Bruchstück des Siegels (Abb. II 86). Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. II Nr. 20 Bl. 35. – Druck: von Ledebur, Archiv 14 S. 283; WUB 10 Nachträge Nr. 9 (731a). – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 656.

[a] Urschr.: inphedavimus

1897

1320 August 23

Johann von Siddessen *verkauft dem Kloster Gehrden seinen Hof* ‚bi der bruggen' *in* Siddessen.

Ea, que geruntur in tempore, ne simul cum lapsu temporis evanescant, testimonio proborum virorum atque litterarum solent approbari et fiunt firmiora. Hinc est, quod ego Johannes de Siddessen, famulus, notum facio universis presentes litteras visuris seu audituris et publice recognosco, quod cum bona voluntate unaninmique consensu et consilio Geremodis, uxoris mee, Helenburgis, matris mee, Hermanni, filii mei, ceterorumque meorum verorum heredum vendidi hereditarie et in perpetuum curtem meam sitam in villa Siddessen, que ‚de hof bi der bruggen' vulgariter nuncupatur, cum omnibus suis attinentiis et usufructibus necnon casis in campis, aquis, pratis, pascuis atque silvis tam in villa Siddessen quam extra villam tam in minimis quam in magnis conventui ecclesie in Gerdene pro quadraginta et quattuor marcis argenti examinati, quas mihi et meis heredibus persolvit in pecunia ponderata, tradita et soluta, renuncians omni iuri, quod ego meique heredes habuimus in tali curte et unquam essemus habituri, arbitrans nihilominus, quod predicto conventui in Gerdene, a quo prefata curtis descendit et in feodo habui, prestabo pre omni impetitione meorum heredum, ubicumque necesse habuerit, plenam warandiam. Ut hec autem rata permaneant et inconvulsa, rogavi una cum meis heredibus antefactis Wernerum de Asseborch, famulum, necnon consules de Brakele, quod sigilla eorum apposuerint huic scripto. Ego vero Wernerus de Asseborch, famulus antedictus, duxi meum sigillum ad petitiones prefatorum Joannis et suorum heredum presentibus apponendum in testimonium premissorum. Nos vero Lutbertus de Vorhus et Henricus de Valhusen, proconsules, Lambertus Hartwisci, Bertoldus apud pontem, Johannes de Monte, Henricus dictus Langebrughe, Henricus de Ertlen, Boltekinus de Stenhem, Henricus de Pumessen, Johannes Volperti, Johannes Nicolai et Geroldus de Risele, consules opidi Brakele, duximus presens scriptum ad petitiones prescriptorum Johannis de Siddessen et suorum heredum nostro sigillo solidari. Testes presentes fuerunt discretus vir dominus Bertoldus, plebanus in Brakele, Joannes de Asseborch, famulus, Fredericus de Ymessen, Olricus de Nedere, Everhardus de Menghersen, Hermannus de Coven, Gotfridus de Modikessen, famuli, Hermannus de Herse et alii quam plures fidedigni. Datum in vigilia beati Bartolomei apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo.

Abschr. (16. Jh.) Archiv Driburg, Gehrdener Kopiar Bl. 34v ff. Reg. (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 242b S. 40 Nr. 3. – Regest: Asseb. UB 2 Nr. 830.

1898

1320 September 20 Avignon

Papst Johann XXII. befiehlt seinem Kaplan und Nuntius, Magister Petrus Durandi, *in den Städten, Diözesen und Provinzen Trier, Mainz und Köln den von einigen geistlichen und weltlichen Personen und Körperschaften dem Papst und der römischen Kirche jährlich zu zahlenden Zins zu erheben und die Säumigen durch kirchliche Strafen oder durch Zuhilfenahme der weltlichen Macht zur Zahlung zu zwingen.* – Cum nonnulle ecclesie –

Datum Avinione, XII. Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

VatA, Vat. Akten Bd. 111 Nr. 208. Mollat 3 S. 350 Nr. 14098; Sauerland 1 S. 264 Nr. 559. Hier nach RegErzbKöln 4 S. 273 Nr. 1196.

1899

1320 September 20 Avignon

Papst Johann XXII befiehlt demselben, in den Städten, Diözesen und Provinzen Trier, Mainz und Köln das Geld, das für den Kreuzzugszehnten gesammelt und in Kirchen und anderen Orten zu verschiedenen Zeiten hinterlegt, später aber nicht abgeliefert worden ist, einzutreiben, eventuell unter Anwendung kirchlicher Strafen und Zuhilfenahme der weltlichen Macht. – Cum sicut ad nostri apostolatus pervenerit auditum. –

Datum Avinione, XII Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

VatA, Vat. Akten Bd. 111 Nr. 209. Mollat 3 S. 350 Nr. 14099; Sauerland 1 S. 265 Nr. 560. Hier nach RegErzbKöln 4 S. 272 Nr. 1197.

1900

1320 September 20 Avignon

Papst Johann XXII befiehlt demselben, ebenda wegen der Einkünfte des ersten Jahres, mit deren Einsammlung Petrus Durandi *und Bernhard von* Mont Valérien *beauftragt waren, von den Subkollektoren Rechenschaft über die Eingänge zu fordern und die Ablieferung der betr. Einkünfte aus den letzten drei Jahren zu bewirken.* – Dudum volentes –

Datum Avinione, XII Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

VatA, Vat. Akten Bd. 112 Nr. 210. Mollat 3 S. 350 Nr. 14100; Sauerland 1 S. 266 Nr. 561. Hier nach RegErzbKöln 4 S. 273 Nr. 1198.

1901

1320 September 20 Avignon

Papst Johann XXII befiehlt demselben, die Erträgnisse des ersten Jahres der vakanten Benefizien während der nächsten drei Jahre auch von den Benediktinern, Augustinern, Praemonstratensern, dem Deutschen Orden und anderen Orden in den Provinzen Trier, Mainz und Köln zu erheben. – Dudum volentes –

Datum Avinione, XII Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

VatA, Vat. Akten Bd. 112 Nr. 211. Mollat 3 S. 350 Nr. 14101; Sauerland 1 S. 267 Nr. 562. Hier nach RegErzbKöln 4 S. 273 Nr. 1199.

1902

1320 Oktober 10

Johannes de Plettenbragcht, famulus, *verkauft* Gobelino de Brokhusen et suis heredibus bona ... in Bunschede ... pro viginti duabus marcis Susatiensium denariorum iure perpetuo libere et quiete possidenda, cum idem Gobelinus sit iustus et verus ministerialis ad prenarrata bona nobilis domini comitis de Arnesbergh. *Johannes siegelt.*

Datum anno Domini 1320, ipso die sanctorum Gereonis et Victoris, presentibus Dethmaro de Slippenbecke, Engelberto cellerario, Engelberto de Wesselberg, Engelberto de Poppensel, Bolle et Thiderico Findele, Alberto de Wismere et aliis multis fidedignis in testimonium convocatis, bibentibus vinicopium super prenarrata.

Abschr. Grothaus SJ (17. Jh.) StA Münster, Fst. Paderborn, Landstände, Akten I Nr. 21 Bl. 133^{v}.

1903

1320 Oktober 14

Die Stadt Salzkotten verkauft dem Stift Geseke eine Rente.

... iudex, magistri burgensium, consules ac universitas oppidanorum in Zoltkoten *verkaufen* ... venerabilibus dominabus ..abbatisse et conventui ecclesie in Gyseke redditus unius marce denariorum in Sûsato legalium et bonorum pro XIIII^{or} marcis denariorum nobis numeratis in nostro oppido predicto iure hereditario perpetuo possidendos. Quos quidem denarios dictis dominabus in ipsarum ecclesia singulis annis assignabimus in vigilia beati Martini episcopi hyemalis *(= 10. Nov.)* occasione et impedimento quibuslibet proculmotis, promittentes premissa nos et nostri successores a generacione in generacionem firmiter servaturos. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini M°CCC°vicesimo, in die beati Kalyxti pape.

Dabei ein Pergamentstreifen, von der Hand des Schreibers beschrieben: Isti, quorum nomina subscripta sunt, fuerunt consules in Zoltkoten, scilicet Bernhardus de Othelmesdorp, Hermannus dictus Tuio, Hermannus dictus Rodekinch, Henricus filius Uden, Volquinus dictus Aldewerelt, Everhardus de Gelvelinchusen, Conradus dictus Medele, Gotfridus dictus Snelhart, Bernhardus dictus Hegere, Hermannus de Tulo, Ulricus de Ostinchusen et Henricus de Ostinchusen; item Johannes dictus Boc fuit iudex ibidem.[1)]

Urschr. StA Münster, Stift Geseke, Urk. Nr. 40; das Siegel ist vom Pgt.streifen abgefallen. Abschr. (um 1400) ebd., Msc. VII Nr. 5925 Bl. 85.

[1)] Diese Liste paßt aber ganz und gar nicht zu der in der nur wenige Tage jüngeren Urkunde vom 6. November 1320 (s. u. Nr. 1907)!

1904

1320 Oktober 22 Marsberg

Lambert von Beffete *quittiert dem Kloster Bredelar über den Rückkauf einer Kornrente.*

Vor Hermannus de Hildeboldessen, vicearchidiaconus sedis in Horhusen, et Conradus de Clinge, iudex fori secularis Montis Martis, *bekundet* Lambertus, filius Henrici de Beffete ..., viros religiosos .. dominum abbatem et .. conventum monasterii in Breydelare dimidietatem redituum videlicet

quatuordecim moldrorum annone, quos Lambertus dictus Spileman et Alheydis, uxor sua, Greta filia sua ac idem predictus Lambertus de Beffede comparaverant ab eidem titulo empcionis secundum gratiam eis indultam quemadmodum apparet in litteris super huiusmodi redditibus confectis,[1] pro principali summa pecunie sibi integraliter tradita et soluta rite et recionabiliter reemisse cum omni iure, quod sibi virtute litterarum super huiusmodi contractu emptionis edito competere potest quoquo modo in sepedictis redditibus seu litteris, spontanea voluntate in manus .. abbatis et .. conventus monasterii predicti plane et simpliciter resingnando contulisse et donasse. *Der Vicearchidiakon siegelt für sich und den Richter, der kein eigenes Siegel hat. Zeugen:* Johannes Stephani, Gherlacus de Buren, Wernherus Vettinch, Conradus de Adorp, Henricus de Corbike, Johannes vamme Ravene et Johannes Rust, et alii quam plures fide dingni.

Datum et actum in Monete Martis anno Domini M°CCC°XX°, in crastino undecim milium virginum.

Urschr. StA Münster, Kl. Bredelar, Urk. Nr. 167, mit dem am Pgt.streifen anhängenden Siegel des Archidiakons (Abb. II 146). Abschr. (17. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 201,1 Bl. 187^{v} Nr. 19.

[1] Nicht erhalten

1905

1320 Oktober 23

Abt Heinrich von Fulda belehnt Graf Heinrich von Waldeck mit einer Kornrente aus der Feldmark von Vrigentain.

Nos Henricus Dei gratia Fuldensis ecclesie abbas recognoscimus publice profitendo, quod nobilis vir Henricus comes de Waldecke necnon domina Alheidis, sua conthoralis legitima, coadunatis manibus suo et omnium heredum suorum nomine ob favorem et amiciciam, quibus nos et ecclesiam nostram[a] specialiter prosequi dinoscuntur, redditus ducentorum modiorum annone de mansis suis propriis sitis in campo opidi Vrigentain annis singulis provenientes ad manus nostras libere resignarunt. Nos quoque Henricum et Alheidim, nobiles predictos, et eorum heredes universos, ita ut ipsi nostri et ecclesie nostre memorate vasalli existant et in perpetuum existere debeant, cum prefatis ducentorum modiorum redditibus infeodavimus et infeodamus litteras per presentes, dantes ipsis easdem in premissorum testimonium sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, X°Kalendas Novembris.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 486 (Passivlehen des Fürstenhauses, Fulda), mit dem abhängenden Siegel des Abtes (im spitzovalen Feld sitzender Abt mit Stab in der Rechten, darunter zwei Wappenschilde: r. Fuldaer Kreuz, l. im Schildhaupt drei Kreuze; Umschr.: HEINRICUS DEI GR(ATI)A FULDENSIS ECCL(ESI)E ABBAS). – Abschr. (16. JH.) ebd., Ältere Waldecker Kanzleien, Abt. 25 (Lehen) Gen. Hs. Nr. 8 Bl. 159^{v}.

[a] Über der Zeile nachgetragen

1906

1320 Oktober 28 Bredelar

Vor Godeschalcus prefectus novi castri in Pathberh, Conradus de Horhusen, Johannes de Brobeke, Stephanus iunior de Horhusen, milites, *bekundet* Lambertus, filius Heynrici de Beffete, *dasselbe wie am 22. Oktober (s. o. Nr. 1904) noch einmal. Die Genannten siegeln.*

Datum et actum in Bredelare anno Domini M°CCC°XX°, in die apostolorum Symonis et Jude.

Urschr. StA Münster, Kl. Bredelar, Urk. Nr. 168, mit den abhängenden Siegeln: 1. Gottschalk von Padberg (Abb. II 97), 2. Konrad von Horhusen (Abb. II 61), 3. ab. 4. Stephan von Horhusen (Abb. II 63). Abschr. (17. Jh.) ebd., Msc. I Nr. 201,1 Bl. 187 Nr. 18.

1907

1320 November 6

Der Rat der Stadt Salzkotten bekundet den Verkauf eines Hauses durch den Bürger Elfridus *an das Stift in Geseke.*

Vor Volquinus dictus Ludekinch, Bertrammus, magistriburgensium, Everhardus dictus Speyth, Conradus aput molendinum, Volmarus Reghenhardinch, Conradus Wescelinch, Johannes dictus Polene, Johannes dictus faber, Hinricus Alradinch, Albertus de Tudorp, Hinricus dictus Vogel et Bertoldus dictus Slaghenkop, consules in Zoltkotten, *verkaufen ihr Mitbürger* Elfridus, Hadewigis uxor ipsius, Rabodo, Johannes, Hermannus et Hildeburgis, eorundem coniugum legitimi heredes ... venerabilibus dominabus abbatisse et conventui ecclesie beati Cyriaci in Ghesike redditus sex solidorum denariorum in Susato legalium et bonorom ex domo et area ipsorum vendencium, sita in nostro opido predicto iuxta plateam, que wlgariter dicitur ‚helewech', singulis annis in vigilia beati Martini episcopi *(= 10. Nov.)* recipiendos et iure hereditario perpetuo possidendos *gegen eines Jahreszins von* sex solidi *zu dem genannten Termine. Stadtsiegel.*

Datum feria quinta post festum Omnium sanctorum, anno Domini M CCC XX°.

Abschr. (15. Jh.) StA Münster, Msc. VII Nr. 5725 Bl. 84v f.

1908

1320 November 7

... grave Ditherich von Cleven *bekundet,* daz wi alle unses rechtes, daz wi hebben an der gulde zu Lůbbede, haben gegangen zů unsem herren, de bischove von Munstere, und hern Johanne, unsem brodere, dem thomdekene von Kolne, unsich unde unse suster Alheyde, gravinnen von Woldeke zů scheidende mit fruntschaft oder mit rechte. *Er siegelt.*

... in dem jare, dů man tzalde von Gotes geborde dusint drihundirt unde tzwentich iar, an dem frigetage vor sinte Mertines dage.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 2317; das Siegel ist verloren. Hier nach dem Druck im WUB 8 Nr. 1447.

1909

1320 November 13 Lemgo

Der Weihbischof von Paderborn verlegt das Dedikationsfest des St. Urban-Altares in der Kirche von Stapelage.

Nos frater Hermannus, Dei gratia Belonvilonensis ecclesie sancti Johannis baptiste episcopus, gerentes vices in pontificalibus venerabilis in Christo patris et domini, domini Theoderici Paderbornensis

ecclesie episcopi, omnibus hoc scriptum intuentibus notum facimus, quod dedicationem altaris in Stapelage, que fuit die Urbani *(= 25. Mai)*, transferimus ad dominicam secundam[a] post Nativitatem beati Johannis baptiste, unde omnibus Christifidelibus, qui Dedicacionem ecclesie et altaris visitaverint et manum adiutricem porrexerint, sacerdotem vero, quando infirmis viaticum prestaverit, sequentibus[b] vere confessis et contritis auctoritate domini nostri predicti duas quadragenas cum duabus karenis de misericordia omnipotentis Dei in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lymego anno Domini m°c°c°c°vicesimo, quinta feria post festum beati Martini episcopi.

Urschr. StA Detmold, I D V Nr. 2 S. 262 (dem Ablaßbrief für die Kirche in Stapelage vom 8. Juli 1321 nachträglich angenäht). Das abhängende Siegel ist abgefallen.

[a] Mit hellerer Tinte auf Rasur von anderer (gleichzeitiger?) Hand nachgetragen [b] Über der Zeile nachgetragen

1910

1320 November 13

Lippoldus filius Ernesti quondam de Stemne, *verpfändet mit Zustimmung seiner Schwester* Ghertrudis *dem erwählten Bischof Otto von Hildesheim drei Hufen in der Feldmark von Nettlingen* (Netelinghe) ... Protestor eciam, quod Nicolao fratre meo et aliis sororibus meis apud monasterium Corbeyense, cui ex materno pertinemus utero, iure ministerialium permanentibus prefata soror mea et ego solummodo ex causa permutationis ad ecclesiam Hildensemensem sumus transpositi et translati et ipsi .. terna retinent bona de monasterio Corbeyensi, nos vero bona .. terna de Hildensemensi possidemus ecclesia viceversa. *Die genannten Zeugen siegeln.*

Datum anno Domini m°ccc°xx°, die Yduum Novembris.

Urschr. StA Hannover, Domstift Hildesheim, Urk. Nr. 546 (1943 verbrannt) mit fünf Siegeln. Hier nach dem Druck im UB Hochstift Hildesheim 4 Nr. 560.

1911

1320 November 18 Lemgo

Der Weihbischof von Paderborn erteilt den Besuchern der Messe in der Marienkirche der Neustadt Lemgo Ablaß.

... frater Hermannus Dei gracia Belonvilonensis ecclesie sancti Johannis baptiste episcpus, gerentes vices in pontificalibus venerabilis in Christo patris et domini, domini Theoderici Paderbornensis ecclesie episcopi, *verleiht allen Christgläubigen,* qui ecclesie sancte Marie in novo opido Lemegogensi manum porrexerint adiutricem vel causa devocionis ad audiendam missam intraverint, vere confessis et contritis in festivitatibus Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis Domini nostri, Pentecosten, in quatuor festis beate virginis Marie, patroni, ecclesie Dedicacionis et beati Johannis baptiste, in festis duodecim[a] apostolorum et Omnium sanctorum, in festis[b] Augustini, .. Dominici, Petri, Anne, Marie Magdalene, item quantum ad illos, qui Corpus Christi, cum ad infirmos deportatur, devote subsequuntur, duas quadragenas cum duabus karenis auctoritate domini nostri predicte ac nostra misericorditer in Domino relaxamus. *Er siegelt.*

Datum Lemego anno Domini M°C°C°C°vicesimo, in octava beati Martini episcopi.

Urschr. StA Detmold, Dep. St. Marien-Lemgo, Urk. Nr. 56, mit dem stark beschädigten, abhängenden Siegel des Ausstellers (Abb. II 51). Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 657.

[a] Urschr.: duocim [b] Aus festo korrigiert

1912

1320 November 23

Bischof Dietrich von Paderborn überläßt dem Ritter Lubbert Westfal auf Lebenszeit den Hagen ‚to der Breghmen'.

Nos Theodericus Dei gracia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus et profitemur, quod cum consensu honorabilium virorum .. decani et .. capituli ecclesie nostre deputavimus et concedimus honesto militi Lutberto dicto Westphal, domine Willen, uxori sue legitime, et Frederico, eorum filio, quem habent in presenti, ad tempora vite singulorum indaginem dictam ‚to den Breghmen' cum omnibus utilitatibus et pertinenciis, sicut fratres dicti de Milinctorp, armigeri, eam a nobis hactenus tenuerunt. Post obitum vero istorum trium predicta indago cum suis utilitatibus ad nos et ad .. nostros successores libere et integraliter revertetur. Pro concessione autem usufructus predicti Lutbertus Westphal, miles supradictus, redemit prefatam indaginem a predictis fratribus, qui eam tenuerant obligatam. Et ad hoc absolvit et quitos dimisit nos et ecclesiam nostram de septuaginta quinque marcis denariorum Wartbergensium, quas in edificatione castri et opidi Pekelsen expendit et in quibus racione illius structure sibi fuimus obligati. *Bischof und Domkapitel siegeln.*

Datum ipso die Clementis, anno Domini millesimo ccc[mo]vicesimo.

Urschr. StA Münster, FamA von Wesphal, Urk. Nr. 1; von den an grün-weißen Leinenschnüren anhängenden Siegeln nur noch ein geringes Bruchstück des domkapitularischen Siegels (WS II 102,2) an 2. Stelle erhalten. Rückschr. (14. Jh.): de indagine ton Brechtmen.

1913

1320 November 25

Der Ritter Lubbert Westphal quittiert dem Bischof von Paderborn über die Rückzahlung der von ihm beim Bau der Festung Peckelsheim vorgelegten 75 Mark.

Ego Ludbertus Westphal, miles, publice recognosco, quod de voluntate, beneplacito et consensu venerabilis patris, domini Theoderici episcopi et .. capituli ecclesie Paderbornensis liberavi et redemi indaginem dictam ‚to den Breghtmen' a fratribus dictis de Milinctorpe, armigeris, qui eam pluribus annis detinuerant obligatam. Ad hec prefatum dominum .. episcopum absolvi et quitum dimisi de septuaginta quinque marcis denariorum Wartbergensium, in quibus ipse suo et ecclesie sue nomine michi et meis heredibus fuerat obligatus, quia in edificatione castri et munitionis Pelelsem illas septuaginta quinque marcas expendi et persolvi. In reconpensam vero et restaurum predicte pecunie prefatus dominus Theodericus episcopus cum consensu sui capituli contulit michi, domine Willen, uxori mee legitime, et Frederico filio meo, ex eadem uxore mea iam genito, quoad usufructum prefatam indaginem ‚to den Breghtmen' cum suis utilitatibus ad tempora vite omnium nostrum et singulorum quiete et pacifice possidendam sub ea forma et modo, quod nobis tribus de medio sublatis eadem indago cum omni iure suo ad ecclesiam Paderbornensem et ad .. episcopum, qui pro tempore fuerit, absque contradictione et impedimento alicuius heredis nostris plene et integre revertatur, sicut in literis prefati domini .. episcopi

et sui .. capituli desuper confectis et nobis traditis lucide continetur.[1] *Mit Lubbert siegelt der Ritter* Fredericus dictus Posth.

Datum in die beate Katherine virginis, anno Domini millesimo CCC^mo^ vicesimo.

Urschr. StA Münster, Fst. Paderborn, Urk. Nr. 475, mit den an Pgt.streifen anhängenden Siegeln: 1. Friedrich Post (WS IV 231,7), 2. Lubbert Westfal (WS IV 223,7).

[1] Vgl. o. Nr. 1912.

1914

1320 November 25

Der Ritter Henricus de Roderykessen *schenkt mit Zustimmung aller seiner Erben, nämlich* domini Gysonis, prepositi in Wylbodessen, domini Ade, canonici in Bicheym, filiorum meorum, atque generorum meorum, videlicet Conradi dicti Sculthete, militis, Hartradi de Richenbach et Hereboldi de Amelungessen, famulorum, ... *alle seine Rechte an den Gütern in* Eschebergh ... abbatisse et ecclesie in Coufungen, *von denen er diese zu Lehen besitzt. Seine Erben stimmen dem zu und siegeln.*

Datum anno Domini m°ccc°xx°, in die beate Katherine virginis.

Urschr. Archiv Stift Kaufungen, mit noch dem 2., 4. und 6. Siegel an Pgt.streifen anhängend: 1. ab. 2. Propst Giso von Willebadessen (Abb. II 42), 3. ab, 4. Konrad Scultetus (Abb. II 85), 5. ab, 6. Herbold von Amelunxen (wie Abb. II 4). Druck: UB Kaufungen Nr. 148 (mit Siegelbeschreibung).

1915

1320 November 28

Das Kloster Gehrden bittet den Rat der Neustadt Warburg, den von ihrem Propst aufgesetzten Pachtvertrag über die Güter in Rothen, *mit zu besiegeln.*

Viris honorabilibus et discretis, proconsuli ac universitati consulum nove civitatis Wartberg, H., priorissa totusque conventus in Gerdene cum orationibus suis quicquid poterunt dilectionis et honoris. Notum ess cupimus vestre universitati, quod expositionem bonorum nostrorum in Rothen, prout dominus Raveno, noster prepositus, cum suis amicis ordinavit sive placitaverit, ratam habemus unanimiter et acceptam, unde petimus, ut literis super hoc facto conscriptis sigillum vestre civitatis apponere non negetis. Datum anno Domini m°ccc°xx°, quarto Kalendas Decembris.

Urschr. Archiv Alt.Ver. Paderborn, mit geringem Rest des abhängenden Siegels (WS III 105,5). Abschr. (Lic. Koch) StadtA Warburg, Coll. Rosemeyer 1, Nr. 17 zum 1. Dez. 1324! Regest: Stolte S. 144; INA 4,1 S. 46 Nr. 54 (gleichfalls zum 1. Dez. 1324).

1916

1320 November 30

Der Paderborner Weihbischof verleiht den Besuchern der von ihm geweihten Minoritenkirche in Höxter und deren Heiltümer einen Ablaß.

Frater Hermannus Dei gratia Belonvilonensis ecclesie sancti Johannis baptiste episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, salutem et pacem in Domino sempiternam. Cum

nos dedicaverimus auctoritate domini Theoderici, episcopi Paderbornensis, fratribus minoribus in Huxaria ecclesiam, duo altaria et cimiterium ex divina misericordia et auctoritate domini Theoderici, episcopi Paderbornensis et nostra omnibus advenientibus in anniversario dedicationis supradicte vere contritis et confessis duos annos indulgentie de ecclesia, quatuor quadragenas et totidem karenas de altaribus et centum dies de cimiterio misericorditer relaxamus. Insuper feria quarta et sabbato visitantibus imaginem virginis gloriose, quam in eodem loco consecravimus, concedimus XL dies et ob reverentiam gloriosissimi sanguinis Christi, cuius reliquie in eodem loco sunt reconditae, omni sexta feria devote visitantibus XL dies liberaliter indulgemus. Datum anno Domini M CCC XX, in die beati Andree apostoli.

Abschrr. (17. Jh.) StA Wolfenbüttel, Hs. VII B Nr. 100 (Nachlaß Overham) Bd. 1 S. 99 und 103; dsgl. (17. Jh.) StA Münster, Msc. I Nr. 146; Msc. VI Nr. 90 und Abtei Corvey, Akten B III C Nr. 82 Bl. 8^{v}.

1917

1320 Dezember 3 Höxter

Derselbe verleiht den Besuchern der von ihm geweihten Klosterkirche in Brenkhausen einen Ablaß.

Nos frater Hermannus Dei gratia Belonvilonensis ecclesie sancti Johannes baptiste episcopus, gerentes vices in pontificalibus venerabilis in Christo patris et domini, domini Theoderici Paderbornensis ecclesie episcopi, omnibus hoc scriptum intuentibus notum facimus, quod in crastino beati Andree *(= 1. Dez. 1319)* ecclesiam et duo altaria in Berinchusen in honore beate Marie virginis, sancte Crucis et Omnium sanctorum consecravimus cooperante nobis gracia Spiritus septiformis, quam dedicacionem ecclesie et altarium anno vero elapso transferimus ad dominicam proximam post octavas Pentecostes, unde cunctis Christi fidelibus, qui ad structuram ecclesie predicte manum porrexerint adiutricem vel causa devocionis ad audiendam missam intraverint vere confessis et contritis in festivitatibus Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis Domini, Pentecostes, in quatuor festis Marie virginis, Johannis baptiste, duodecim apostolorum, patroni, dedicacionis ecclesie, sancte Crucis et Omnium sanctorum duas quadragenas cum duobus karenis auctoritate domini nostri Paderbornensis ac nostra misericorditer in Domino relaxamus. *Er siegelt.*

datum Huxarie anno Domini M°CCC°vicesimo, feria quarta post festum beati Andree.

Urschr. SchloßA Corvey, Kl. Brenkhausen Urk. Nr. 18; das Siegel ist von den rotseidenen Schnüren abgefallen. Abschr. (18. Jh.) kgl. HausA Den Haag, Niederlande, Kopiar Brenkhausen 2 Nr. 11; dsgl. (18. Jh.) StA Münster, Msc. II Nr. 102 S. 99 (nach der Urschr., dem schon damals das Siegel fehlte).

1918

1320 Dezember 6

Die Witwe Ermendrudis de Nedere *versetzt dem Kloster Wormeln die Hälfte ihres Hofes in Wormeln.*

... Ermendrudis, relicta quondam Cononis dicti de Nedere, famuli premortui, bone memorie, *versetzt* cum scitu et voluntate Cononis, sui filii et mei privigni, aliorumque heredum meorum consensu dimidiam partem curie seu hereditatis mee in villa Wormlon et in terminis eiusdem sitam, a Conrado et Kunegunde de Eysen, coniugibus, myhi pro quadam summa argenti inpingnoratam, cum eisdem

conditionibus et eo iure, quo ab ipsis habui, tenui et possedi, cum scitu et voluntate eorum, cum duabus filiabus meis tytulo pingnoris obligo et presentibus obligavi pro viginti sex marcis argenti examinati honorabili viro, domino Johanni, preposito, et suo conventui in Wormlon proprietatem et ius pheodi in dicta curia habentibus libere et quiete cum omnibus usufructibus et iuribus suis prout superius expressum est, pro iusto pingnore tenendum et habendum. Cum quibus inquam viginti sex marcis argenti dotavi tamquam veras heredes meas filias antedictas et iam apud dictum conventum locavi ad serviendum Deo sub habitu regulari. *Sie gelobt unter Vorbehalt des Rückkaufsrechtes jeweils zu Lichtmeß (= 2. Februar) Währschaft. Zeugen:* dominus Hermannus, plebanus veteris opidi Warberg, dominus Hermannus, scolasticus orientalis ecclesie in Paderborne, Dethardus de Wellede, dictus de Wagenbach, famuli, et alii quam plures fide digni. *Auf die Bitte aller Beteiligten siegeln* Hermannus de Brune, proconsul, Rabado, Conradus Cripsus, Tymmo longus, Hermannus Lupus, Olricus Drenkere, Gerhardus de Holte, Ludolfus de Monte, Tylo Ordemari, Conradus Herbordi, Johannes de Bracle et Conradus dictus Ruce, consules veteris opidi Warberg.

Datum in die Nycolai, anno Domini M°C°C°C°X°X°.

Urschr. StA Münster, Kl. Wormeln, Urk. Nr. 46; das Siegel ist verloren. Abschr. (16. Jh.) ebd., Msc. VII Nr. 4519 S. 63 (unvollständig). – Regest INA 4,1 S. 128 Nr. 23.

1919

1320 Dezember 13

Äbtissin Megthildis *und der Konvent zu Möllenbeck bekunden, daß die Pröpstin* Bertradis de Rottorpe *zwei Höfe in* Nederencallendorpe *und in* Erdere *sowie sieben Äcker in* Eckersten *für 20 Mark erworben und für eine Memorie nach ihrem Tode bestimmt hat.*

Datum anno Domini M CCC vigesimo, Lucie virginis.

Urschr. StA Bückeburg, Kl. Möllenbeck, Urk. Nr. 23, mit dem Siegel des Konventes von Möllenbeck. Abschr. (15. Jh.) StA Detmold, Reichsstände M (Möllenbeck) (L 44 Nr. 19/6); dsgl. ebd., Directorium super bona Möl. (D 71 Nr. 2) S. 262; ebd. (16. Jh.), Wendtsches Kopiar (D 71 Nr. 13) S. 245. – Druck: Möllenb. UB 1 Nr. 23 S. 22f. – Regest: Lipp. Reg. 2 Nr. 658, WUB 10, Nachträge S. 372 Nr. 738a.

1920

(1320 Dezember 20)

Unter diesem Datum (Anno Domini 1320, in vigilia Thome apostoli) *verzeichnet INA 4,1 S. 129 Nr. 24 eine Urkunde aus dem Archiv des Klosters Wormeln, in der der Warburger Bürger Johann* Bisschop *auf seine Ansprüche an das von seinem (†)Vater Heinrich den Klosterfrauen Gertrud* Osdagessen *und Alheid von* Sledere *verkaufte Land zugunsten des Klosters verzichtet. Das Datum lautet indeß:* anno Domini M CCC LXXX, in vigilia Thome apostoli *(StA Münster, Kloster Wormeln, Urk.Nr. 85)! Zudem fand der Verkauf des Landes durch Heinrich* Bischop *erst 1356 statt (ebd. Nr. 70; INA 4,1 S. 133 Nr. 47), der im Jahre 1362 wiederholt wurde (ebd. Nr. 72; INA 4,1 S. 133 Nr. 49).*

1921

1320 Dezember 24

Vor Richter und Rat der Stadt Marsberg überläßt der Bürgermeister Siegfried von Büren der Propstei Marsberg Renten.

Vor Conradus de Clinge, iudex, Thidericus de Kertorp, Rodolfus de Clinge, Hermannus Udonis, Henricus de Corbeke, Hermannus de Lon, Hermannus Nothe, Detmarus Sandri, Gotscalcus Havesaldi, Conradus de Vesperde, Johannes Snarman et Conradus de Adorp, consules in Mersberg, *überläßt* Sifridus de Buren, nunc noster proconsul existens, ... domino .. preposito et conventui in Mersbergh in concambium pensionem unius solidi denariorum Mersbergensium singulis annis semper in festo beati Andree *(= 30. Nov.)* apostoli dandam ex domo et area, que quondam fuerat .. dicti Quernhorst, et pensionem unius solidi denariorum Mersbergensium singulis annis semper in festo beati Michahelis *(= 29. Sept.)* dandam ex domo et area dicti Scriveres, textoris, apud domum Henrici de Adorp, ita quod dicti .. prepositus et conventus huiusmodi duorum solidorum pensionem possident et habere debent hereditarie eo iure et modo, quibus idem noster proconsul Sifridus habebat et possidebat. *Stadtsiegel.*

Datum anno Domini m°ccc°xx°, in vigilia Natalis eiusdem.

Urschr. StA Münster, Propstei Marsberg, Urk. Nr. 56; abhängendes Stadtsiegel verloren.

1922

1320 Dezember 29

Graf Otto von Ravensberg bestätigt dem Kloster Marienfeld erneut eine Schenkung seines Vaters.

Nos Otto nobilis comes de Ravensberg universis presencia visuris et audituris cupimus fore notum, quod cum olim bone memorie reverendus pater noster proprietatem bonorum Gotfridi dicti Carpen in parrochia Olede, que de manu eius iure feodali tenuerat, religiosis viris .. abbati et .. conventui de Campo sancte Marie ordinis Cysterciensis, Monasteriensis dyocesis, rite ac rationabiliter vendidisset pro certa pecunie quantitate perpetuo possidendam, nosque postmodum ore et manu resignassemus, ut moris est, proprietatem antedictam ad manus religiosorum predictorum cum omni iuris integritate, presentibus denuo protestamur. *Er gelobt Währschaft und siegelt.*

Datum anno Domini M°CCC°XX°, ipso die Thome episcopi et martyris.

Urschr. StA Münster, Kl. Marienfeld, Urk. Nr. 488; das abhängende Siegel ist verloren. Regest: WUB 8 Nr. 1457; WUB 10 Nr. 740. – Vgl. Angermann S. 210 Nr. 188.

1923

um 1320

Dietrich, Schreiber der Edelherren von Büren, bittet Gerhard, Notar des Mainzer geistlichen Gerichtes, um Hilfe zu seiner Befreiung aus der Gefangenschaft.

Gerharde, mi fratrum predilecte. Ego Th(eodericus) significo tibi, quod Echardus de Bychen me cepit per suos complices die dominico proximo post festum beati Kyliani *(= 8. Juli)*, cum spoliaret domicellum Walramum de Buren Grůnenbeke et in illius ville adiacentibus. Tunc eum fui secutus pro duabus vaccis nobis ablatis. Gratiose me salutavit et promisit michi reddere valde benivole. Tandem cum ab eo bono animo discessi, istud ordinavit etc., ac Cunrado de Dydenzhusen promisi Vrowenbergh

castrum, cuius prefectus est dominus Fridericus de Kesterburgh, clericus, frater suus, intrare die beati Jacobi *(= 25. Juli)*, prout feci more captivorum. Non inponit aliud, nisi quod sim clericus et notarius dominorum de Buren, non permittens me frui clericali libertate, cum sim subdyaconus et beneficio curatus. Videas ergo, quod nobis ambobus, quia bonum ambulatorium habeo, quem intendit michi auferre, videatur expedite, detrimentum enim sui honoris minime curans. Vale. Visita nos in Burin. Omnes nostri bene habent. Nullo signo signavi.

Gerhardo notario sedis Moguntine

Urschr. StA Marburg, Deutschordensballei. Am unteren Rande des Briefes steht die Adresse auf einem schmalen Streifen, der offensichtlich zum Verschluß des Briefes diente. – Druck: Hess. UB 1, UB Deutschordensballein Hessen 3 (Publ. Preuß. StArchive 73) 1899 S. 281f. Nr. 1307.

1924

um 1320

Zeugenverhör über das Patronatsrecht an der Kapelle in Sunrike.[1)]

Dominus Johannes, viceplebanus in Roden, primus testes iuratus et riquisitus (!) super primo intentionum articulo, dicit, eum esse verum.

Item requisitus super secundo, dicit, eum esse verum prout iacet.

Item requisitus super tertio, dicit, eum esse verum prout iacet.

Item requisitus super quarto, dicit, eum esse verum.

Item requisitus super quinto, dicit, eum esse verum.

Item sextum dicit esse verum prout iacet.

Item septimum dicit esse verum et addidit, quod sciat ex vera scientia, quod dominus bone memorie comes de Waldecke nomine Otto et sui progenitores tres personas presentaverint ad capellam in Sunrike, videlicet Mathiam tamquam vicarium et Thidericum de Wormelon et Bertoldo, addidit etia ...[a)]

Item octavum ignorat.

Item nonum dicit esse verum.

Item decimum dicit esse verum.

Item undecimum dicit esse verum.

Item dominus[b)] Iserus, plebanus in Bune, secundus testes in primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo concordat cum primo teste, sed de septimo articulo addidit, quod bome memorie dominus Otto, comes de Waldecke, pater nunc domini Henrici comitis, fuerit in possessione presentandi vel quasi. De iure aut progenitorum suorum presentandi[b)] conferendo, ignorat.

Item octavum articulum dicit esse verum, causam scientie reddidit, quod olim bone memorie dominus Otto[b)], episcopus Paderbornensis, inpetiit felicis recordationis dominum Ottonem, comitem de Waldecke, super curiis et bonis, quibus capella dicitur esse annexa et idem dominus Otto dixit[c)], se velle probare per testes et instrumenta, quod curie et bona, quibus capella dicitur esse annexa, essent sua.

Item nonum et decimum dicit esse verum.

Item requisitus de undecimo, dicit, quod sciat, quod bone memorie dominus Otto comes presentaverit Bertoldum, qui immediate capelle in Sunrike prefuit sine contradictione alicuius.

Item Heinricus de Asle, miles,[b] tertius testes iuratus et requisitus, dicit, se simpliciter scire super toto negotio et super omnibus articulis[d], quod bone memorie[e] quondam comes Adolfus, proavus[f] nunc Henrici comitis, illam capellam cuidam clerico Thiderico de Wormelon contulit, Otto vero, pater nunc comitis, Bertoldo clerico capellam antedictam contulit, qui inmediate obiit, Heinricus vero nunc comes Tylemanno contulit[g].

Item Johannes de Reen, miles, quartus testes iuratus et requisitus super omnibus intentionum articulis, concordat cum milite supradicto, addens, quod nuncquam audiverit, fieri oppositionem aliqualem contra predicta.

Item Borghardus de Asle, quintus testes iuratus et requisitus super omnibus intentionum articulis, concordat cum militibus supradictis.

Item Thidericus de Medericke, miles, quintus (!) testes iuratus et requisitus, dicit, quod habeat exauditu, quod dominus Adolfus comes, proavus[h] nunc comitis, capellam in Sunrike contulit cuidam clerico de Wormelon, dicit etiam, se scire ex vera scientia, quod dominus Otto, pater nunc comitis, sine oppositione cuiuscumque contulerit Bertoldo nunc mortuo.

Urschr. StA Marburg, Waldecker Archiv, Urk. Nr. 3989 (Orte und Familien: Sunrike), mit 14 Einschnitten.

[a] Text abgebrochen! [b] Über der Zeile [c] Dahinter (getilgt): et op [d] et – articulis über der Zeile [e] Davor: q getilgt [f] Urschr.: proavuus, davor getilgt avuus [g] Dahinter getilgt: Item Heinricus [h] Urschr.: proavuus

1925

(um 1320) s. d.

Dietrich von Mederich und Heinrich von Rehen entscheiden den Streit zwischen den Grafen und Herren von Waldeck und Itter.

Wir her Diderich[a] von Mederiche[b] unnd her Johann[c] von Rein[d], rittere, gekorn unnd gesatzt, recht zu sprechende umb zwital unnd stucke, die hiernoch beschrieben stoen, von des edeln hern wegen, hern Heinrichs graven zu Waldecken widder den edeln manne, hern Heineman von Ittere[e] und seinen erben. Wir sprechen von erst unnd zulest in alle dießen sachen uff unnse eide unnd uf unnse worheit unnd das wir unns nit rechters verstan, das der edelman, her Heineman von Ittere[f] unnd seine erben noch den brieben, die der edelman, her Regenhart, hern Heinemans vater, gegeben hait graben Adolphe[g] unnd graven Heinriche[h] von Waldecken unnd iren rechten erben, verbunden sein zu ewigem dinste widder allermenniglich an[1] das stiffte von Corbey[i], das in denn brieben ußgescheiden ist.

Wir her Diederich vonn Mederich und her Johan vonn Rehenn, rittere, gekornn unnd gesatzt recht zu sprechende umb zweitall unnd stucke, die hirnochgeschriebenn sthan, vonn des edelenn hernn wegenn, hernn Henrichs graven zu Waldegken widder denn eddelman, herrn Heinemann vonn Itter unnd sein erbenn. Wir sprechenn vonn erst unnd zuletzt in allon dießen sachenn uf unser eide unnd uf unser warheit unnd das wir und nit rechters verstan, das der edelman her Heineman von Itter unnd sein erbenn noch denn briefen, die der edelmann her Regenhart, hern Heinemans vatter, gegebenn hat grafenn Adolfen unnd grafenn Henrichen vonn Waldegken unnd ihrenn rechten erbenn, verbonndenn sein zu ewigem dienste widder allermeniglich ann das stift vonn Corbei, das in denn brieffenn usgescheidenn ist.

Wir sprechen auch umb das gut zu der roden Litt[k] unnd umb das guth zu dem Winterkasten[l] unnd umb die gravenschafft zu dem Ossenbule[m], das die ligen sollen zu allem rechten unnd bescheide, als in den brieben beschriben stet, die daruf geschrieben seint.

Wir sprechen auch, das der vorgnante grave von Waldecken[n] unnd seine erben alle diße vorgenanten gude, die mit willen hern Reinhardes von Ittere, hern Heinemans vater, und alle sein rechten erben sunder underscheidt, alßo die brieff bewiset, em gegeben seint, besitzen sollen zu rechte, als ander ire guth, unnd die hern von Itter vor burglehen haben sollen von dem graben den teil desselben gudes, als die brieb bescheidet.

Wir sprechen auch, das alßo gethain burglehen unnd gut, alße die von Itter noch entschafft ire briebe haben soln von dem greben von Waldecken[o] zu rechte dem graben leddig wurden ist, wenthe der von Ittere vor guthen luden dicke gesprochen hait, das er kein burglehen habe von dem graben unnd sien burgman nicht ensie.

Wir sprechen auch umb die schulde, die mann umb die burger von Sassenhußen[p] gibbet, das die billiche unnd zu rechte ir schult unnd bruche verantworden selber, wi man sie schuldiget, wenthe der grabe sie wiel zu rechter antwurt halden unnd bringen dem hern vo Iter[q] und sein sonen.

Wir sprechen auch umb das frie hohegerichte zu Flechtorff[r], das der von Itter zu unrecht entpfangen hait zu burglehen von dem bischove zu Colne, widder frie machen sall, als es von aldere ist gewest, als er hait gelobet in truwen an des graben handt.

Wir sprechen auch umb den zenden von Affoldern[s], den des graben vatter ime geerbet hait unnd in seiner weren von langen ziden besessen hait als sein alt erbe, das he den zu rechte mit seime rechten behildet, wan ein nymant ime entzihe.

Wir sprechenn auch aus umb das gutt zu der rodenn Lit unnd umb das gut zu dem Winterkastenn unnd umb die graveschaft zu dem Oßenbul, das die leigen sollnn zu allem rechtem unnd bescheite, als inn denn briefenn beschriebenn stehet, die darauff geschriebenn seint.

Wir sprechenn auch, das der vorgnant grave von Waldegh unnd seine erbenn alle diese vorgenanten gude, die mit willenn hernn Reinharts vonn Itter, hernn Heinemans vatter, unnd alle sein rechtenn erbenn sonder underscheit, also die brief bewiset, em gegeben seint, besietzenn sollenn zu rechte, als ander ir gut, unnd die hernn vonn Itter vor burgklehenn habenn sollenn von dem graven den teill deßelben gutes, als der brief bescheidet.

Wir sprechenn auch, das also gethan burgklehen unnd gut, alse die vonn Itter noch entschaft ir briefe habenn soln vonn dem grafen vonn Waldegken, zu rechte dem grafen ledig wordenn ist, wenthe der vonn Itter vor gutenn leuden oft gesprochenn hait, das er kein burgklehen habe vonn dem grafenn unnd sein burgkman nit ensei.

Wir sprechenn auch umb die schulde, die man ume die burger von Sachßenhaußenn gibt, das die pillich unnd zu rechte ir schuldt unnd bruche verantworten selber, wie man die schuldiget, wenthe der grafe sie will zu rechter antwort halten unnd brengen dem hern von Itter unnd seinen sonen.

Wir sprechenn auch umb das frei hohegerichte zu Flechtorf, das der vonn Itter zu unrecht empfangen hait zu burgklehenn vonn dem bischofe zu Colnne, widder frei machenn soll, als es vonn alter ist geweßunn (!), als er hait gelobet in trewenn an des grafen handt.

Wir sprechenn auch umb denn zehendenn zu Afholdernn, den des grafen vader[a] iem geerbt hait unnd in seiner weren vonn langen zeidenn besessen hait als sein recht erbe, das he den zu recht mit seinem rechten beheldet, wan es niemant iem entzihe.

Wir sprechen auch umb den zenden zu Referdinghußen[t], zu Munden[u] unnd zu Affoldern[v], das der here von Iter[x] die zu rechte ledig unnd loes antworden soll dem graben, wan her das gelt betzalet, als der brieff ußwißet, der daruff beschrieben ist.

Wir sprechen auch umb das gut, das der von Itere[y] sone nomen mit gewalt uß dem kommer in des graben gerichte und nit warthen, das des graben frunden, die den komer gethoin hatten, mit rechte unnd mit gerichte, das der her von Iter[z] zu rechte widder thun sall, wenthe he des graven man ist unnd sine cleider hatte zu den ziden unnd uß siner burg geschach unnd darin von seinen soenen unnd seinen knechten, die von seinem brode unnd seinen cleidern sein.

Wir sprechen auch umb die zenden zu Selbach unnd zu Hufen, wenthe die grave zenden bey dießen hait, das sie underein mit einer landtscheidinge der kuntschafft unnd guder lude zu rechte sich scheiden sollen, wanthe im grave wol[aa] daran genoget.

Wir sprechen auch umb das korn zum Schivelscheide unnd zu Affoldern[bb], dar die von Iter[cc] umb claget, das es ime sey affgegangen unnd genommen, wenthe he der klage vor hern unnd vor ritteren hait vertzigen, alßo der grabe wil betzugen, das he der von Itter der clage zu rechte schwigen soll und nicht vorbringen sall, went es unns unnd andern bederven ludes das kuntlich ist, das ime der grabe auch des korns nicht genomen enhaitt.

Wir sprechen auch umb den walt unnd die jaget, went der grave sprechet, das der walt sie sein alt erbe unnd sein frie furst unnd sein vater ime hait geerbet, unnd den verstan will, als die herrenn teylen, das ein recht sie. Des sprechen wir vor ein recht, went eme der von Iter schult gibbet, das der grave bas den walt beheldet mit sime rechte, wan imant en ime entzihe.

Wir sprechen auch umb den schaden zu Dodingkußen[dd], zu Quernharst unnd zu Ephee[ee], went der grave dis verantwurtet, das he oder seine frunde nie kheinen schaden oder name haben gedain, da he deme von Itere[ff] habe umb

Wir sprechenn auch umb denn zehendenn zu Referdinckhausen, zu Monnden unnd zu Afholdernn, das der her vonn Itter die zu recht ledig unnd loes anttwortenn soll dem grafenn, wan er das geldt betzalet, als der brief usweiset, der darauf beschriebenn ist.

Wir sprechenn auch umb das gut, das der vonn Itter sone namen mit gewaldt aus dem komer in des grafenn gerichte unnd nit warthen, das des grafen frunden, die denn komer gethann hattenn, mit recht unnd mit gerichte, das der her vonn Itter zu recht widder thunn soll, wenthe he des grafen man ist unnd sine cleider hatte zu den zeiten unnd aus seiner burg geschach unnd darin vonn seinen sonen unnd seinen knechten, die vonn seinem brode unnd seinen kleidernn sein[b].

Wir sprechen auch umb die zehendenn zu Selbach unnd zu Hufenn, wenthe[c] die grafe zehendenn bei diesenn hait, das sie unterein mit einer landtscheidung der kunthschaft unnd gutter lude zu recht sich scheidenn sollenn, wanth iem grafe walrobe (!) daran genoget.

Wir sprechenn auch umb das korn zum Schivelscheide unnd zu Afholdernn, dar die vonn Itter umb claget, das er iem sei abgegangen unnd genohmenn, wenthe he der clage vor hern unnd vor ritter hait verzihenn, also der grafe will betzugenn, das he der vonn Itter der clage zu recht schweigen soll unnd nit vorbringenn soll, want es uns unnd andernn bederven[d] leudenn das kunthlich ist, das iem der grafe auch des korns nicht genomen enhait.

Wir sprechenn auch umb denn waldt unnd die jacht, went der grafe spricht, das der walt sei sein alt erbe unnd sein frei furst unnd sein vatter iem hat geerbet, unnd den verstan will, als die heren teilen, das ein recht sei. Des sprechenn wir vor ein recht, wenth iem der vonn Itter schult gibbet, das der grafe bas den waldt beheldet mit seinem rechten, want iemant ien iem entzihe.

Wir sprechenn auch umb denn schadenn zu Dodinckhausenn, zu Quernharst unnd zu Ephe, went der grafe dis verantwortet, das he oder seine freunde nie keinen schadenn oder name habenn gethann, da er dem vonn Itter hab umb

zu antworden, unnd zucht des in die kuntschaft, des sprechen wir, das man des zu rechte sal widder in die kuntschafft wießen.

Wir sprechen auch uff unse eide und unße recht, das der herre von Iter[gg] unnd seine erben zu rechte halden sollen dem graven unnd sein erben, wes he er uffen briebe hat, der widderschrifft wir uch antworden mit dießem briefe, da dieße recht an stoin.

Wir her Diderich[hh] von Medricke[ii] haben gebeden des pferners ingesigel von Corbike[kk] an dießen brieff, wenthe wir selber nicht ein ingesigel haben.

zu antwortenn, unnd zeucht des in die kuntschaff, des sprechenn wir, das man das zu recht soll widder in die kuntschaft weisen.

Wir sprechenn auch uf unser eide unnd unser recht, das der her von Itter unnd sein erben zu recht haltenn sollenn dem grafen unnd seinen erbenn, wes he er uffen briefe hait, der widderschrift wir euch antwortenn mit diesem brief, da diese recht an stain.

Wir her Diederich vonn Mederich habenn gebeten des pfernners ingesiegell von Corbecke an dießen brief, went wir selber nicht ein ingesiegell habenn.

Abschr. (A) (16. Jh.) StA Marburg, Waldecker Archiv, Ältere Kanzleien, Abt. 21, Samzkasten 2 Bl. 60^{v}ff.; dsgl. ebd., Samtkasten 5 S. 208f. (B); dsgl. ebd., Samtkasten 6 (C wie A).

[a] C: Dieterich [b] C wie B [c] C wie B [d] C: Rehen [e] C wie B [f] C wie B [g] C: Adolf [h] C: Heinrichen [i] C wie B [k] C: Roden Lit [l] C: Winterkasten [m] C: Ossenbul [n] C: Waldeck [o] C: Waldeck [p] C: Sachssenhausen [q] C wie B [r] C: Flechtorf [s] C: Afholdern [t] C: Referdinckausen [u] C wie B [v] C: Afholdern [x] C wie B [y] C wie B [z] C wie B [aa] C: Walrave [bb] C: Afholdern [cc] C wie B [dd] C: Dodinchausen [ee] C wie B [ff] C wie B [gg] C wie B [hh] C: Dieterich [ii] C wie B [kk] C: Corbeck

[1] = ohne!

[a] Fehlt in der Abschrift [b] Fehlt in der Abschrift [c] B: wnthe [d] Abschrift: bedern [e] Fehlt in der Abschrift

4538488
2025078
6200836
6201063